Italy

CODEX

DIPLOMATICUS CAVENSIS

TOMUS SECUNDUS

CODEX
DIPLOMATICVS CAVENSIS

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUS

CURANTIBUS

DD. MICHAELE MORCALDI. MAURO SCHIANI.
SYLVANO DE STEPHANO. O. S. B.

ACCEDIT

APPENDIX

QUA PRAECIPUA BIBLIOTHECAE MS. MEMBRANACEA DESCRIBUNTUR

PER

D. BERNARDUM CAIETANO DE ARAGONIA. O. S. B.

TOMUS SECUNDUS

MEDIOLANI PISIS NEAPOLI
HULRICUS HOEPLI
EDITOR BIBLIOPOLA

MDCCCLXXV.

BENEMERENTIBUS

QUORUM QUISQUE PER LARGITIONEM QUADRIGENT. VIGINTIQUI. NUMM.

CODICIS EDITIONI SUBVENERUNT

ADDENDUS

Illmus ac Revdmus D. RUDESINDUS SALVADO O. S. B. Epis: Portus Victoriae et Abbas Casinensis Monast: Novae Norciae Perthii in Australia Occid: numm. 500

NEAPOLI — EXCUDEBAT PETRUS PIAZZI MDCCCLXXV

MONITUM

Orsis *Codicem Cavensem* edere id primum nobis consilium fuit, uti cuncta perantiquarum chartarum series hoc altero volumine contineretur: at, quod erat in votis, minime absolvere licuit. Etenim Tabularii nostri scrinia tot decimi saeculi documentis redundant, uti, ne praesentis moles plus aequo succrescat, insequenti volumini, quae adhuc supersunt, committere cogamur. Attamen ea ipsa vetusta documenta, hactenus typis evulgata, sat luminis portendunt, quo eruditi, antiquioris Aevi occulta tentantes, salebrosum iter irradient. Quippe quae documenta binis voluminibus in lucem produntur, affatim materiae de rebus universis praeseferunt, quae publici Iuris, Oeconomiae socialis, et Consuetudinum naturam attingunt. Atque, etiamsi, in tanta chartarum congerie, numquam, vel raro admodum, speciosa formula occurrat; eas tamen naviter consulentibus, quae de maiorum usibus Historiarum scriptores inquirunt, ultro obvenient. At, nisi Notariorum instrumenta religiose explanata ederentur, per multa, quae in rebus commodandis, negotiis peragendis, promissisque servandis institui solebant, penitus laterent, eoque Historiae firmiores indices deforent. Et quoniam, historicae veritati inservientes, rem iam magnitudine sua laborantem suscepimus, haud hercle mirandum, si tot documenta, quamvis eadem formula expressa, nos typis tradere tantopere delectet.

Etenim cum nosse praestet (et id in Synopsi monuimus) quae totius vitae ratio fuerit hasce provincias incolentibus, undecimo saeculo adhuc Langobardorum ditioni subiectas; cumque de his, quae homines arant, quae aedificant, quae navigant, coaeva Chronica sileant, Notariorum instrumenta, quae ad huiuscemodi notitias comparandas maximo usui sunt, blattis surripere, atque uti extant, in medium producere, gratum opus eruditis fore arbitramur.

Ad rem adest praeclarissimi viri Alexandri Manzonii sententia: *I pochi scrittori di que' tempi, e de' tempi vicini non hanno voluto, nè potuto distinguere in ciò, che passava sotto i loro occhi, i punti storici più essenziali quello che importava trasmettere alla posterità; riferirono de' fatti, ma le istituzioni ed i costumi, ma lo stato generale delle nazioni, ciò che per noi sarebbe il più nuovo, il più curioso a sapere, era per loro la cosa più naturale, più semplice, quella che meritava meno di essere raccontata* [1]).

Praeterquamquod, ex tanta chartarum copia alius aliam aptam studiis suis materiam sumet: tum qui nonnullorum locorum oppidorumque ortum medii aevi tenebris obvolutum, tum qui familiarum origines, vel tandem Salerni principum chronologiam historica certitudine firmare enitentes, opportunas notitias abunde colligent. Et, quod in *Codicis Cavensis Prospectu* monuimus, quem, anno millesimo octingentesimo sexagesimo nono, *Marianus Lombardus Neapoli* excussit, hic repetere liceat: novissimas langobardicae dominationis vicissitudines e cavensibus chartis historicam veritatem prorsus haurire.

Igitur, quo ordine hactenus progressi sumus, haud temere contendimus salernitanorum principum seriem, quippe quae innumeris documentis ful-

---

[1]) Discorso sopra alcuni punti della Storia Longobarda in Italia: Cap. 1.

citur, inoffenso pede percurrisse. Et a Siconolfo, sub anno octingentesimo quadragesimo, eorumdem successionem exorsi, ad Gisulfum ex ordine devenimus, qui Aerae vulgaris anno nongentesimo tricesimo tertio, vix quadrimus, a patre Guaimario socius in imperium assumitur. Quare Petrus Iannones perperam asseruisse videtur: Guaimarium eodem anno, quo sibi filium addidit, naturae concessisse [1]). Et florentissimum Historiae civilis Neapolitani regni auctorem hac de re tota via errasse coniicimus, quod, associationis Gisulfi nulla ratione habita, nimiam fidem priscis chronicis habuerit. Et revera illud Cavense ita rem memorat. » ANNO 933 GUAIMARIUS PRINCEPS MORITUR, ET EIUS FILIUS QUATRIENNIS SUBLIMATUS EST SUB TUTELA PRISCI THESAURARII [2]).

Verum sat compertum habemus, id Chronicon a Pratillo editum non idem esse ac quod Petrus monachus et Cancellarius scripsit. Et si quae Chronographus memorat documentis cavensibus exaequentur, meridiana luce patebit quantopere eius de successione principum mentio a veritate desciscat. Et sane, ne ad alia distrahamur, quae in subiecta materia de Prisco thesaurario Gisulfi tutore refert, tabularii nostri documentis penitus adversantur. Ex quibus liquet, Gisulfum, Guaimario vita defuncto, neque Prisci, neque alterius tutoris curae creditum fuisse. Cuius quidem rei novitatem a praeclaro viro D. Salvatore de Blasio accepimus, qui narrat: Pellegrinum, sibi mortem imminere ratum, ancillae praecepisse, uti statim atque de sua vita spem medici abiicerent, *anecdota* omnia ingenti labore et sumptu undique conquisita igni comburenda traderet. Inter ea Chronici cavensis autographum (quo facto nescio) in Pellegrini manus inciderat. Sed postquam convaluit, frustra inconsultum mandatum questum fuisse, quod ancilla, medicorum dictis nimium obsequens, promptis-

[1]) Istoria Civile del Regno di Napoli L. VII. c. 4.
[2]) Apud Pratillum Tom: IV. HISTORIA PRINC: LANGOB:

sima voluntatate curaverat [1]). Itaque quod nunc extat de cavensi Chronico exemplar (id nec Perthium neque Koepkum fugit) Franciscus Pratillus e quodam vulgavit apographo undique sphalmatis referto; cui nulla adhibenda fides, ubi de Salerni principum successione disserit At de hoc ad necessitudinem rei satis locuti, ad inceptum revertamur.

Igitur e chartis, quae binis hisce voluminibus continentur, omnino liquidum erit, blasianam chronologiam, quamquam pluribus in locis diversam ab ea, quam plerique auctores, Pratillus praesertim et Iannones, et quandoque clarissimus Muratorius obtinent, historicae veritati consonam, penesque Blasium integram fidem esse de iis, quae ab eruditis in controversiam solent adduci. Is enim innumeris propemodum documentis Tabularii cavensis chronologiam suam roborat, atque his nonnulla nobis patefiunt, de quibus ne verba quidem faciunt Chronistae. Proinde e cavensibus documentis editis comperimus, Gisulfum a Guaimario patre imperii consortem factum, saltem decem annos cum eo principatum tenuisse, et, patre defuncto, anno nongentesimo quadragesimo tertio, solum regnasse ad annum, quo Pandolfum Capiferrei filium principatus socium assumpsit. Cuius rei causa, ut principum successio magis clareat, supra repetenda.

Postquam Landolfus, Atenolfi II iam Beneventi Capuaeque principis filius, Deo hominibusque infestus, e capuano principatu excedens, se Neapolim recepit, Gisulfus, qui e matre nepos erat, avunculum miseratus, in Salerni aulam humanissime excepit. At Landolfus, tanti beneficii immemor, et salernitanum principatum affectans, Gisulfo insidias parat; et nocte intempesta, captum cum uxore Gemma, in carcerem detrudit. Crastina autem die utriusque morte mendaciter evulgata, cum filio suo, cui

[1]) Series Princip: Langob: Praefatio. Neapoli 1785.

et Landolfo nomen erat, multitudine magna procerum favente, se Salerni principem clamat. Verum paucis post mensibus Pandolfus Capiferreus, Beneventi et Capuae princeps, tam immane facinus indignatus, magna armorum vi Salernum obsidet, usurpatorem profligat Gisulfo imperium restituit. Qui, anno nongentesimo septuagesimo quinto, principatus sui quadragesimo secundo, in grati animi tesseram, Pandolfum, legitimum Capiferrei filium, in filium atque imperii heredem adoptat. Praeterea Guaimarium et Guaiferium Gisulfi nepotes, qui in tam nefaria Salernitanorum proditione, ei magna fidelitatis documenta dederant, ingenti terrarum copia impertivit. Quod e quadam sententia perspectum habemus lata in iudicio inter ipsos Guaimarium et Guaiferium, et Guidonem Guaimarii Comitis filium, Ademario et Petro iudicibus [1]).

Postquam Gisulfus fato concessit, Pandolfus cum eius superstite uxore Gemma uno vel altero mense imperavit, et, Gemma defuncta, patrem suum Capiferreum principatus socium adscivit. Sed, patre amisso, qui mense martio octogesimo primo anno supra nongentesimum mortem occubuit, unus imperavit toto forsitan anno, quo principatus sui res male verti ceperunt. Nam, cum Otho II imperator, exercitu ex colluvione Germaniae Italiaeque gentium mixto Graecorum ditiones in Calabria et Apulia aggressus est, is post varios belli casus, a Saracenis Graecorum auxiliariis, fusus est, et in fugam coniectus. Atque hac clade, qua Germaniae et Italiae tot hominum millia obtruncati sunt, universam principum Beneventi familiam, omnesque Pandolfi Salernitani principis consanguineos, Pandolfum scilicet principem Capuanum, fratremque Atenolfum, Othonem secutos, misere caesos fuisse memoriae proditum est. Interim Manso, Amalphiae Dux iampridem Salernitani principatus adpetens, Salernum terra marique obsidet,

[1]) Vide presentis Volumis pag. 209.

Pandolfum fugat, eiusque solio potitur. Haec anno nongentesimo octuagesimo evenisse cavenses chartae testantur. At vix aut ne vix quidem expleto biennio, Salernitae Mansonem eiusque filium imperii consortem perosi, eiciunt, et Ioannem Lambertum sibi principem creant. Hic equidem Ioannes, filius Ioannis Lamberti e Spoletinis Ducibus, opitulante Pandolfo II, cuius sororem, vel, ut alii asserunt, filiam Sigelgaitam uxorem duxerat, facile sibi principatum parare poterat.

Equidem Lambertum ad principatum evectum, vertente anno nongentesimo octuagesimo tertio, nonnulla Tabularii nostri documenta testificantur, quibus Chronici Cavensis ad unguem verba respondent: « *An. 983 Salernitani suos principes* (Mansonem eiusque filium) *expellunt, et in eorum principem extulerunt Ioannem de Lamberto Tuscanense in pridie Kalendas Ianuarii*. Quod vero pratillianum chronicon reticet, e cavensibus documentis habetur, scilicet Ioannem Lambertum ipsis ab initiis filium suum Guidonem socium sibi addidisse, et huic quinque post annis vita defuncto alterum filium Guaimarium III nomine, successorem dedisse: anno autem nongentesimo nono, quo Lambertus repentino morbo exanimatus est, Guaimarium solum principatum tenuisse. Sed haec hactenus. Nunc de huiusce nostrae editionis proposito pauca addere vacat.

Igitur sive in diplomatis transcribendis, sive in vernaculis vocibus adnotandis, sive denique in syllabicis indicibus conficiendis, eodem prorsus instituto, eademque methodo, qua primum, nunc alterum codicis volumen in lucem prodimus. Sed inter utrumque id solummodo interest, quod in diplomatum transcriptione conclusionis formulam, ne, eadem semper canendo, frustra operam teramus, omittendam duximus. Quae quidem omissio nullatenus documentorum sensui obficiet, cum centies eisdem verbis espressa lectoribus occurrat, scilicet: *Quod si taliter, ut dictum est illud semper tibi tuisque heredibus non defensaverimus, aut si nos, nostrique successores*

aliquid exinde tollere aut contrahere vobis quaesierimus, obligo me et meos heredes ad componendum vobis etc. . . . Compositionum tantummodo, seu multarum rationem innuere libuit, ut ex earum incremento, coniicere fas sit , quodnam progressu temporis pecuniae pretium invaluerit, et quemadmodum contrahentium fides ita conventis paullatim defuerit, uti graviores multae promissa solvere renuentibus indicerentur.

Sunt vero quibus is nominum agnominumque syllabicus index , ingrato quidem labore perfectus, non admodum arridere videtur. Cuia retulerit, aiunt, tot nomina, et quaedam centies repetita legisse. At non ita sensit praestantissimus vir Bluhmius, cuius quidem iudicio adquiescendum, quique ad rem haec habet : « *Unter den eigenen Zugaben der Herausgeber haben wir eine: die sehr vollstaendigen alphabetischen Personen — und Ortsregister, dankbar zu ruehmen, nicht bloss weil sie zur raschen Orientirung in den Details der Sàmmlung vielfach behuelflich sind, sondern auch weil sie ein reiches Material zur Ergaenzung des Foerstemann' schen Namenbuchs enthalten* [1]). Quod enim tantum virum minime latuit, si omnes ad unum eruditi, qui illa obiiciunt parumper perpendere velint, pro certo habemus, syllabici indicis cum ad ethnographicas, tum ad genealogicas quaestiones definiendas praestantiam testaturos. Namque ex tot alienigenae et latinae stirpis nominibus ibi conscriptis, quodammodo adfirmatur , qui fuerit societatis status in italicis provinciis ad undecimum saeculum Langobardorum ditioni subiectis , quae familiarum nonnullarum origo saeculorum tenebris obruta, quae tandem proprietatis iura, victorum consensu , romano colono superfuerint.

Sunt et alii, qui onomastici indicis praestantiam neutiquam abnuentes, alium syllabicum res et verba complectentem singulis voluminibus ad-

[1]) Sybel, Historische Zeitsohrift 1873 p. 397.

dendum reputant. Fatemur idem propositum principio nobis fuisse, at inde, mutata mente, operae pretium factum iri arbitramur, si eiusmodi index, quo plenior et ex omni parte absolutus sit, ad postremum Codicis volumem amandetur. In hoc autem conficiendo, neque voluntatem, neque diligentiam nobis defore pollicemur: eoque veluti totius Tabularii cavensis ordine Collectanea redactum iri, ita ut universa quae apud eruditos in controversiam veniunt, uti ritus et pacta in conventis servata, mores et consuetudines, quae publici iuris vim sibi vindicabant, commercii modus et natura, nummorum nomina et usus, iuris dicendi ratio et formulae, aliaque id genus ibidem latissime pateant. Denique vernaculae voces, seu medii Aevi latinitatis vocabula, quae in opere Du-Cangii desiderantur, quaeque passim ad documentorum cavensium calces explanata lector inveniet, in eadem extrema operis parte in glossariolum digesta dabuntur.

Nos vero confisos, uti inceptum opus communi favore exciperetur, haud falsos spes habuit. Namque principes, proceres, Academiae per Europam nonnullae, pleraque Italiae municipia auxilium, quo nobis opus erat, perhumaniter tulerunt. Nec defuere viri, et doctrina et eruditione praestantes, qui *Codicem Cavensem* singulari quodam studio prosequerentur. Ex his Bluhmii, Caroli Hops, et Comitis A. Circourtii nomina recensuisse satis sit.

Postremo SS. D. N. Pius Pp. IX suae erga nos singularis clementiae titulo, uti ad opus in Antiquitatis studiorum commodum animus noster magis excitaretur, non dedignatus est chyrographum, cuius exemplum infrascriptum, mittere.

Tot igitur laetis ominibus, et quo nobis est ingenio, diligentia, alacritate ad Tabularii cavensis reliqua pergimus, Deum precati, uti nobis operis absolvendi propositum, legentibus prospera fata integret.

Dabamus in Tabulario Monasterii SS. Trinitatis Cavae Tyrrhenorum MDCCCLXXIV

D. MICHAEL MORCALDI.
O. S. B.

PIUS PP. IX.

Dilecte Fili Religiose Vir salutem et Apostolicam Benedictionem.

Excepimus volumen *Codicis diplomatici Cavensis* nunc primum tuis aliorumque istius Religiosae Familiae sodalium curis in lucem elegantibus typis editum, eodemque tempore eas quas ad Nos huius rei gratia dedisti, litteras observantissimas. Vidimus, Dilecte Fili, omnem vos curam et industriam adhibuisse, ut diligenti et accurata hac ecclesiasticae et civilis historiae documentorum editione antiquitatis studio prodesse possetis, et agnovimus ex vestris litteris, praecipue vos in votis habuisse, ut hoc munere ad Nos mittendo sincerum argumentum vestrae erga Nos et hanc Aplicam Sedem devotionis et obsequii praeberetis. Haec testimonia animorum vestrorum paterno prorsus cum affectu complectimur, ac debitas vobis pro vestrae oblationis officio gratias et agimus et habemus. Rogantes autem benignissimum Deum, ut te, Dilecte Fili, tuosque omnes religiosos sodales uberibus suarum gratiarum muneribus ditet, quo Ejus nominis gloriae tam necessario tempore strenue inservire valeatis, Apostolicam Benedictionem in pignus paternae caritatis Nostrae tibi atque ipsis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 28 Junii Anno 1873.
Pontificatus Nostri Vicesimoctavo

PIUS PP. IX.

Dilecto Filio Religioso Viro
Michaeli Morcaldi ex Ordine S. B.
Priori et Praefecto Tabularii Cavensis

In Coenobium SS. Trinitatis
CAVAE TYRRHENORUM

INDEX CHRONOLOGICUS

MEMBRANARUM QUAE IN HOC VOLUMINE

CONTINENTUR

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCXI	960	Augusto	III	28. GISULPHI	*Causatio* sive iudicium inter Gregorium abbatem S. Maximi de Salerno et Joannem filium Taxili et alios, pro terra cum arbusto in loco *Nobara* et Puteoregente apud Nuceriam, coram Sica, Petro et Maione gastaldeis.	II	81	1
CCXII	961	Maio	IV	22. LANDOLFI et 18. PALDOLFI eius filii	Memoratorium Andreae filii Loperissi, quo declarat intus Avellinum *se coniunxisse in bona convenientia* cum Cicero filio Ursi pro una cartula, quam cum eo communem habebat, circa quamdam possessionem in loco *Baneo* in finibus Avellini, eamque cartulam tradit tali pacto, ut quocumque tempore ipsi Andreae vel suis haeredibus necesse fuerit, sibi restituatur.	II	82	2
CCXIII	961	Novembri	IV	28. GISULPHI	*Thingatio* seu obligatio, qua se nec venditurum, nec donaturum de rebus suis stabilibus sibi pertinentibus a genitore suo Joannes filius Benedicti promittit Stephano uterino fratri suo nisi ipsi Stephano, vel alteri, obtenta eius licentia, pro iusto pretio.	II	83	3
CCXIV	962	Aprili	IV	29. GISULPHI	Locatio ad novem annos facta per Gregorium abbatem S. Maximi duarum terrarum intra Nuceriam, ubi ad *Puteumregente* dicitur, Amato presbytero filio quondam Adelgrimi. Transactis vero novem annis, ipse Amatus, si adhuc retinere vellet praedictas terras, det quotannis tertiam partem fructuum.	II	84	4
CCXV	962	Aprili	IV	29. GISULPHI	Memoratorium, quo Gregorius abbas S. Maximi ad novem annos locat cuidam Amato filio Adelgrimi duas terras in loco *Puteoregente* intra Nuceriam iisdem pactis, ut in praecedenti summario.	II	85	6
CCXVI	962	Iulio	V	30. GISULPHI	Sententia Radelgrimi et Petri iudicum in sacratissimo salernitano palatio, qua contra			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					Maranculum et fratrem eius filios Ioannis definitum fuit, Ecclesiam S. Maximi libere et secure possidere sine alia contrarietate terram cum *casa solarata* intra Salernum.	II	86	7
CCXVII	962	Augusto	V	30. GISULPHI	Memoratorium, quo Gregorius abbas S. Maximi declarat guadia recipere a Garofalo filio Ioannis pro locatione ipsi facta ad annos decem terrae et castaneti et *vacui* in *Montoru* apud Rotam.	II	87	8
CCXVIII	962	Augusto	V	30. GISULPHI	Testamentum, quo mulier nomine Richarda filia quondam Gaidenardi uxor prius Gaildegardi et postea Bassi filii Comperti, donat utramque quartam partem bonorum, quae per Morgincaph a dictis viris recepit, cuidam Gaidenardo rectori Ecclesiae S. Marcelli intra Nuceriam. Si vero post septem dies ab eius morte filii sui, sive quos habuit a Basso, sive a Gaidelgardo, sex solidos isti, quatuor aureos illi dictae Ecclesiae solverint, descripta bona iis remaneant.	II	88	9
CCXIX	962	Novembri	VI	30. GISULPHI	Locatio ad quindecim annos facta a Gregorio presbytero et abbate Ecclesiae S. Maximi unius terrae cum arboribus et *vacuo* in finibus Nuceriae in loco *Barbazzano* Ado filio Ioannis et Ioanni filio Ursi, acceptis ab iis guadiis, pro medietate vini et terratico consueto.	II	89	11
CCXX	963	Ianuario	VI	30. GISULPHI	Fideiussio pro terris et vineis in loco Veteri in finibus Salerni praestita inter Bisantium comitem filium Adelferii thesaurarii, et Madelfrit thesaurarium filium Landolfi thesaurarii, et Adelferium gastaldeum filium quondam Roffrit comitis, et Madelfrit referendarium filium Adelferii referendarii et comitis ex una parte, et Mansonem filium Sergii et			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					Ursum filium Marini iudicis ex alia.	II	90	12
CCXXI	963	Ianuario	VI	30. GISULPHI	Oblatio bonorum suorum facta a Guidone filio quondam Ursi de *Lauriiana* et modo habitante in loco *Ancilla Dei*, Monasterio S. Archangeli de Cilento, reservato sibi et suis haeredibus tantum usufructu.	II	91	13
CCXXII	963	Februario	VI	30. GISULPHI	*Causatio* seu iudicium inter Gregorium presbyterum abbatem et rectorem S. Maximi de Salerno et Roffum filium Guisenolfi de loco *Barbazzanu* in finibus Nuceriae, circa quasdam possessiones in eodem loco, coram Petro gastaldeo.	II	92	14
CCXXIII	963	Maio	VI	31. GISULPHI	Traditio ad tres annos facta a Mansone filio quondam *de Musco* amalphitani portionis suae in monte S. Pantaleone, ubi dicitur *ad ipsa Turella*, cuidam Petro filio quondam Madi de Nuceria; et = Memoratorium, quo Manso amalphitanus filius quondam *de Musco* amalphitani tradit ad tres annos cuidam Leocario portionem suam in monte, qui dicitur de *Pinzillu* et *ad Caprile* et aliam *de ipsa clusa de ipsa aqua de ballitellu*, reservato iure habendi pretium et alia, inter quae ius piscandi in praedicto *ballitellu*, sicut et alii *consortifices*.	II	93	14
CCXXIV	963	Septembri	VII	31. GISULPHI	Memoratorium, quo Stephanus filius quondam Ermenandi dat guadia Gregorio abbati S. Maximi pro terra in loco *Plubviciano* in finibus rotensibus sibi in locationem tradita ad decem annos. Quibus elapsis, si ipse Stephanus adhuc retinere et laborare vellet terram praedictam, obligat se tradere ecclesiae S. Maximi medietatem fructuum.	II	94	16
CCXXV	964	Ianuario	VII	31. GISULPHI	Declaratio, qua Ioannes magister filius quondam Ursi tra-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					montani cum Maria uxore sua concedit cuidam servo suo Ioanni, ex genere Francorum, libertatem, qua tantum post obitum eorum frui possit.	II	95	17
CCXXVI	964	Iulio	VII	32. GISULPHI	Donatio bonorum omnium in loco *Beteri subtus montem* non longius a Salerno facta a Maraldo et Iaquinto fratribus Domnando et Iaquinto aurificibus filiis quondam Amasiani aurificis.	II	96	18
CCXXVII	964	Augusto	VII	21. PALDOLFI et 3. LANDOLFI	Memoratorium *causationis* seu iudicii coram Siconolpho comite palatii, quo Andreas gener Domenekae monachae accusat Ursum et Gencum germanos filios Ciciri, qui Castelmannus vocabatur, *malo ordine* et *sine ratione* illos tulisse fructus de rebus suis in loco *Vaneo* et *Caprilia*.	II	97	20
CCXXVIII	964	Decembri	VIII	32. GISULPHI	* Concessio terrae cum vinea et *vacuo* et castaneto et saliceto de loco Lyrino, facta Leoni *calzolario* filio Maionis monachi a Grimoaldo presbytero filio quondam Ciceri ad *tria frugia recolligenda* pro medietate vini et terratico consueto, si seminaverit.	II	98	21
CCXXIX	965	Februario	VIII	6. Imperii BASILII et CONSTANTINI	Traditio Morgincaph facta Bisantiae filiae Magni ex *civitate Melphi* ab Urso filio Ioannis ex loco Jana in pertinentiis civitatis tranensis.	II	99	21
CCXXX	965	Aprili	VIII	32. GISULPHI	Conventio coram Petro iudice inter Petrum presbyterum et Abbatem ecclesiae S. Maximi et inter Ioannem et Maurum atrianenses filios quondam Leonis qui dicitur *Pirrola*, de terra cum *pastino* et *vacuo* in loco *Mairano*, quam serendam dederunt Petro libero homini Petrus presbyter et abbas S. Maximi et Romoaldus advocator dictae Ecclesiae, in quorum manus Petrus dictam terram posuit, data ab utraque parte promissione iuramenti praestandi.	II	100	22

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCXXXI	965	Maio	VIII	24. PALDOLFI et 8. LANDOLFI filii eius	Donatio terrae de loco *Gualdo* apud Avellinum ab Andrea filio Guiselmarii facta Gualdo filio Sindolfi, qui *Bricto* vocatur, et Marando et Riso et Sindolfo filiis ipsius Gualdi, et Gaulo filio Iaquinti et nepoti ipsius Gualdi, et Joanni filio Angeli monachi, et Fossemario et Troppoaldo et Mario filiis ipsius Joannis, et Joanni presbytero filio ipsius Fossemarii, et Domnando *magistro ferrario*, et Angelo filio Petri, et Marancio et Marino, ut omnes ibidem Ecclesiam facerent in commune habendum. Nemo autem ipsorum potestatem habeat aliquid ab ipsa Ecclesia alienandi; et presbyter, quem ordinaverint ad Ecclesiam regendam, habeat in potestate sua terram ipsam. Pro dicta donatione Andreas recepit launegild *camisum* unum.	II	101	23
CCXXXII	965	Iunio	VIII	33. GISULPHI	Memoratorium, quo Çorbus liber homo dat guadia Truppoaldo et Maioni et Iaquinto germanis filiis quondam Maionis pro locatione terrae cum vinea et *vacuo* extra *portam rotensem* iuxta Ecclesiam S. Pauli et S. Cosmae, ad quinque annos pro medietate vini.	II	102	26
CCXXXIII	965	Decembri	IX	33. GISULPHI	Conventio inter Maurum atrianensem filium quondam Leonis, qui dicitur *Pirola*, et Petrum abbatem S. Maximi, pro controversia circa quamdam possessionem in loco *Mairano*, iuxta rivum qui dicitur *Arcello* in finibus Salerni.	II	103	27
CCXXXIV	966	Ianuario	IX	33. GISULPHI	Locatio unius terrae in loco Silia in pertinentiis Salerni facta per Guaiferium cuidam Urso genuensi ad decem annos; quibus peractis, fructus et vinum inter se dividerent.	II	104	28
CCXXXV	966	Ianuario	IX	33. GISULPHI	Guadia data de mandato Petri et Gaidonis iudicum a Moncola iudice filio quondam Moncolae Petro gastaldeo filio			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					quondam Romualdi pro parte Ecclesiae S. Maximi, ob quaestionem quam habebant de *caballo,* de servis et ancillis, et de rebus stabilibus, de quibus disposuerat Dauferius filius Guaiferii una cum Radelgrima genitrice sua, ut cum suis rationibus finem facerent iuxta legem langobardorum.	II	105	29
CCXXXVI	966	Februario	IX	33. GISULPHI	Memoratorium, quo Petrus filius Bisantii de Sarno promittit per guadia Maghenolfo filio quondam Madi se daturum ei in legitimam uxorem Mondam filiam suam, decurrente ipso mense.	II	106	31
CCXXXVII	966	Februario	IX	33. GISULPHI	Venditio medietatis terrae cum castaneto et sylva in loco *Silia* in finibus Salernitanis, facta ab Adelferio gastaldeo filio quondam Roderissi Landolfo filio Atenolfi, qui fuit princeps, pro tarenis auri quadraginta octo.	II	107	31
CCXXXVIII	966	•	IX	34. GISULPHI	* Locatio duarum terrarum in loco Uniano in finibus Nuceriae facta abbati S. Maximi ab Amato presbytero filio Ursi pro terratico consueto et medietate vini et decem solidis constantinianis.	II	108	33
CCXXXIX	966	Maio	IX	34. GISULPHI	Memoratorium Petri abbatis S. Maximi, quo Roffus filius quondam Guisenolfi et Ildericus clericus filius quondam Mirandi, qui sunt socer et gener, obligant inter se, obtenta facultate a principe Gisulpho, *vicariationem* facere de rebus et terris in pertinentiis Nuceriae spectantibus ad Ecclesiam S. Maximi de Salerno.	II	109	34
CCXL	966	Maio	IX	34. GISULPHI	Locatio facta ab Angelo filio quondam Ioannis per absolutionem Petri presbyteri et abbatis Ecclesiae S.Maximi unius terrae cum abellaneto in Nuceria , ubi dicitur *Barbazzano,* Ioanni presbytero ad tres an-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					nos pro medietate abellanarum.	II	110	35
CCXLI	966	Maio	IX	34. GISULPHI	Venditio omnium rerum in finibus Rotae, quae pertinent per successionem ad Mondam filiam Ioannis uxorem Maraldi et ad Salbiam et Visantiam filias dicti Ioannis et ad Andream filium Minuti, ab iis facta Petro gastaldeo filio quondam Landoari, una cum parte Ecclesiae S. Eustasii pro tarenis septuaginta duobus auri solutis dictis mulieribus et tarenis duodecim dicto Andreae.	II	111	35
CCXLII	966	Iunio	IX	34. GISULPHI	Traditio medietatis Ecclesiae S. Felicis et bonorum eius in pago Fonte facta Sergio amalphitano filio Stephani, qui appellatur *Kalendola, pro vice* mulieris nomine *Lintu* viduae Ursi germani Petri, per Petrum episcopum Salerni pro duabus libris argenti et annuo censu unius tareni et dimidii.	II	112	37
CCXLIII	966	Augusto	IX	34. GISULPHI	*Vicariatio*, seu permutatio duarum terrarum intra Nuceriam prope castrum, ubi est Ecclesia S. Marcelli, cum alia terra prope Nuceriam in loco ubi *Casolle* dicitur, facta inter Petrum abbatem S. Maximi de Salerno et inter Mondam filiam Garaldi ac Grimam filiam Petri.	II	113	39
CCXLIV	966	Augusto	IX	34. GISULPHI	*Vicariatio*, seu permutatio duorum mancipiorum nomine Mariae et Petri ex genere Francorum, et unius librae argenti, cum alia serva nomine Riganda filia Mariae monachae, facta inter Ioannem presbyterum filium Leonis atrianensis, qui vocatur *Lucuzza*, et Ecclesiam S. Maximi de Salerno, sub cuius potestate remanet Joannes filius predictae Rigandae.	II	114	41
CCXLV	966	Augusto	IX	34. GISULPHI	Concessio seu locatio ad annum unum terrae cum arboribus abellanarum in loco Rota in finibus Salerni, facta Cicero			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					filio Ermengarii a Petro diacono filio Maraldi presbyteri pro annuali terratico; ita tamen, ut de sex mensuris, vulgo *Cupella* nuncupatis, det unam, item de septem.	II	115	42
CCXLVI	966	Octobri	X	34. GISULPHI	Locatio ad quatuor annos facta per Ecclesiam S. Maximi de Salerno Mario filio Amelgardi unius terrae cum arboribus vitiferis in loco *Barvazzano*, ubi *Rusticianus* dicitur, pro medietate vini et consueto terratico.	II	116	43
CCXLVII	966	Octobri	X	34. GISULPHI	Locatio unius terrae in pertinentiis Nuceriae, in loco *Barvazzanu* facta a Petro presbytero et abbate S. Maximi Minuto filio Fredemundi pro consueto terratico.	II	117	44
CCXLVIII	966	Octobri	X	34. GISULPHI	Conventio inita inter Petrum presbyterum et abbatem S. Maximi de Salerno et Musandam filiam Framperti cum Urso viro eius, circa possessionem terrae intra Nuceriam apud Ecclesiam S. Petri.	II	118	45
CCXLIX	966	Decembri	X	34. GISULPHI	Concessio terrae intra Salernum ad novem et viginti annos facta Petro clerico, qui Bisantius vocatur, filio Ildeperti presbyteri a Petro abbate S. Maximi, quibusdam oneribus servandis, inter quae, ut det quotannis praedictae Ecclesiae olei quantitatem pretio quattuor denariorum aequiparatam.	II	119	46
CCL	967	Aprili	X	7. BASILII et 4. NICEPHORI et CONSTANTINI	Declaratio Ioannis abbatis S. Gregorii de Regionario a Neapoli facta Leoni presbytero, qui dicitur *Sparano*, et Palumbo monacho filio Ioannis monachi, cuius vi dat eis facultatem retinendi bona oblata Ecclesiae S. Angeli de Montecalbo ab Agatha filia quondam Lupi, usquedum ipsi viverent. Post vero eorum mortem, eadem bona, quae iuxta testamentum dictae			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					Agatae post eius obitum ad Monasterium S. Gregorii pertinebant, eidem Monasterio restituantur.	II	120	47
CCLI	967	Augusto	X	35. Gisulphi	Oblatio terrae cum arbustis in loco Nuceriae, ubi *ad Clioru* dicitur, facta Ecclesiae S. Maximi de Salerno a Benedicto presbytero.	III	1	48
CCLII	967	Augusto	X	9. Ducatus Amalphiae Mansonis	Donatio medietatis vineae in pago Fonte facta Ioanni presbytero per Mastalum patrem eius filium Leonis Roibuli; qui Mastalus eam ipsam vineam excolendam recepit ab episcopio salernitano.	III	2	50
CCLIII	967	Octobri	XI	35. Gisulphi	Conventio ante Gaidonem iudicem circa fines duarum terrarum cum arbustis in pertinentiis Nuceriae, ubi *Novara* dicitur, facta inter Ecclesiam S. Maximi et inter Petrum presbyterum et Adelchisium germanos filios Constantini.	III	3	51
CCLIV	968	Martio	XI	25. Paldolfi et 7. Landolfi	Traditio, sive commendatio duarum chartularum et trium brevium circa possessiones bonorum in loco *Vaneo* facta Urso filio Ciceri ab Andrea genero Domenekae monachae, qui tamen retinet sibi ius requirendi chartas praedictas, quoties ei sint necessariae ad causam accipiendam.	III	4	52
CCLV	968	Martio	XI	25. Paldolfi et 7. Landolfi	Venditio terrarum in loco *Caprilia* et *Baneo* prope Abellinum et domorum intus eamdem civitatem, facta Andreae filio Loperissi genero Domenekae monachae pro triginta tribus tarenis a quodam Andrea, reservata sibi medietate usufructus, dum viveret.	III	5	55
CCLVI	968	Augusto	XI	36. Gisulphi	Locatio facta per Maraldum presbyterum filium Lamfrit terrae cum arbusto et abellanieto et castaneto in loco *Muntorio*, quae ad Ecclesiam S. Ma-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					ximi de Salerno pertinebant, Mauro filio Ruscinii et Falcho filio Maraldi ad medietatem vini et fructuum, ad tertiam partem castanearum et ad terraticum consuetum. Quod si haec omnia praedictus Andreas noluerit, emptores teneantur dare ei in festivitate S. Martini tarenos aureos quattuor.	III	6	56
CCLVII	968	Septembri	XII	36. GISULPHI	Testamentum Bosii, qui *Littusum* vocatur, filii quondam Framperti, quo inter alia, Iaquintae uxori suae, si ad secundas nuptias non transierit, licentiam tribuit usufruendi in vita omnibus bonis una cum filiis suis; hi vero, ubi ad legitimam aetatem pervenerint et nequiverint cum matre habitare, praedicta Iaquinta absolute habeat suum Morgincaph; de caeteris autem tantum medietatém.	III	7	57
CCLVIII	968	Martio	XII	36. GISULPHI	Donatio medietatis terrae et domus intra Salernum ad *Hortum magnum*, facta a Iaquinto filio Adelcisi clerici et a Sellecta uxore eius filia quondam Petri presbyteri Ioanni presbytero germano et leviro eorum, ad domum ibi aedificandam, accepto pro launegilt *mantello uno*.	III	8	59
CCLIX	969	Maio	XII	37. GISULPHI	Sententia Petri iudicis lata in Salernitano palatio ad definiendam litem exortam inter Ursum atrianensem filium quondam Marini iudicis et Ioannem atrianensem filium Ioannis nuncupati *Buccabitello*, de quadam terra ab Adelmundo filio Aghenardi ipsi Urso donata.	III	9	61
CCLX	969	Iulio	XII	37. GISULPHI	Memoratorium, quo Landolfus filius bonae memoriae Atenolfi principis Beneventi locat ad quinque annos cuidam Urso filio Stephani terras cum vinea et castaneto in loco Silia apud Salernum pro medietate vini, fructus et castanearum.	III	10	62

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCLXI	969	Augusto	XII	12. Ducatus Amalphiae MANSONIS	Conventio, seu determinatio confinium castaneti supra Cetariam in loco *Carbonara*, facta ante Mansonem ducem inter Leonem filium Gutti de *domno Blattu* et Erinem, quae fuit uxor Ioannis de Gutto, et Ursum filium eius.	III	11	63
CCLXII	969	Augusto	XII	12. Ducatus Amalphiae MANSONIS	*Aliud exemplar praecedentis chartae.*	III	12	64
CCLXIII	970	Decembri	XIV	38. GISULPHI	Privilegium Petri episcopi salernitani de exemptione et libertate Ecclesiae S. Mathaei et S. Thomae a Petro gastaldeo filio quondam Landolfi constructae *in curte sua* Salerni in *Horto magno*, cum potestate ordinandi presbyteros in eadem Ecclesia liberos ab omni iurisdictione episcopatus salernitani, acceptis quinque libris argenti.	A.M. a.	10	64
CCLXIV	971	Ianuario	XIV	38. GISULPHI	Locatio ad tres annos terrarum, castaneti, abellanieti et arbusti pertinentium ad Ecclesiam S. Maximi de Salerno in loco *Montorio*, ubi dicitur *da Faraone* apud Rotam, facta per Maraldum presbyterum filium Lamfrid cuidam Petro filio Musi, pro consueto terratico et annuali censu tarenorum auri quattuor in festivitate S. Martini.	III	13	66
CCLXV	971	Martio	XIV	38. GISULPHI	Traditio Ecclesiae S. Mathaei et S. Thomae apostolorum, quam Petrus gastaldeus filius quondam Landolfi Salerni in *Horto magno* construxerat, facta ab eodem Petro *Cinnamo* presbytero filio Iannelgari, ad eius vitam, ut in ea sacra fiant et praedicto Petro cereum unum quotannis deferat.	III	14	67
CCLXVI	972	Martio	XV	39. GISULPHI	Oblatio omnium bonorum in Pasciano et Metiliano facta Monasterio S. Mariae et S. Michae-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					lis in loco *Duliaria* in finibus Amalphiae, ubi Ioannes abbas praeest, a Guaiferio monacho filio quondam Arechisi et ab Alpherada moniali habitu induta, uxore quondam Maionis, qui fuit filius dicti Guaiferii, et ab Aloara filia praedictorum Maionis et Alpheradae, et a Petro gastaldeo filio Aghenardi viro praedictae Aloarae.	III	15	68
CCLXVII	972	Septembri	I	40. GISULPHI	Donatio bonorum omnium in loco Veteri, ubi Ecclesia S. Ioannis dedicata est, et in locis *Fabale*, *Troccle* et *Ragitu* usque ad flumen *Albole*, facta Arechisio et Iaquinto gastaldeis filiis quondam Ioannis a Ioanne et Leone filiis quondam Gutti atrianensis, accepto launegilt *camiso uno*.	III	16	69
CCLXVIII	972	Octobri	I	40. GISULPHI	Guadia data coram iudice Truppoaldo, ut pergerent in locum *Correiano* ad litem componendam, quam inter se habebant Ermengarius filius Erchinperti et Bisantius filius Ioannis et Andreas clericus filius Mauri circa fines suarum possessionum.	III	17	71
CCXLIX	972	Octobri	I	40. GISULPHI	Divisio terrarum in loco Veteri iuxta litus maris in quo Ecclesia S. Ioannis constructa est, facta inter Adelgarium, qui *Domnandus*, et Gaidenardum, qui *Iaquintus* vocatur, filios Mascinii ex una parte, et Arechisium, alias *Riso*, et Iaquintum gastaldeum filios quondam Ioannis, sub conditione solvendi centum solidos constantinianos ab illo qui pacta non servaret.	III	18	72
CCLXX	972	Decembri	I	15. Ducatus MANSONIS	Divisio haereditatis bonorum in loco *Fonti* in finibus amalphitanis, quae ad episcopium salernitanum pertinebant, facta inter Petrum filium quondam Lupeni de *domno Erino* et Leonem nepotem suum filium quondam Sergii. Ipse vero Leo pro			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					sua medietate solvat solidos duodecim auri ipsi Petro pro expensis, servitiis et refectionibus in ea factis.	III	19	74
CCLXXI	972	Decembri	I	40. Gisulphi	Traditio terrae in loco *Correiano* in principatu salernitano, facta ad octo annos Petro filio Papari et Mario filio Ermengarii ab Adelferio gastaldeo filio quondam Moncolae; transactis vero ipsis octo annis, praedictus Adelferius habeat tertiam partem vini per singulos annos.	III	20	75
CCLXXII	972	Decembri	I	28. Paldolfi et 1. Landolfi filii	Instrumentum, quo Amatus clericus filius Sillicti de loco *Malecalbiato* alia die nuptiarum tradit uxori suae Gemmae filiae Ioannis de *Forinu meffium* et tarenos auri septem.	III	21	77
CCLXXIII	973	Ianuario	I	40. Gisulphi	Donatio et confirmatio portionis bonorum, quae a genitore suo Lupenus amalphitanus filius Sergii habuit in loco *Fonti ad Sanctum Felicem*, facta Leoni germano suo, recepto launegilt *camiso* uno.	III	22	78
CCLXXIV	973	Aprili	I	40. Gisulphi	Conventio in sacro salernitano palatio inita et per sententiam iudicis Gaidonis confirmata inter Leonem amalphitanum filium quondam Sergii de *Lupenu* de *Rini*, et Sergium amalphitanum filium Stephani de *Calendola* et Lupenum filium Leonis presbyteri, qua Ecclesia S. Felicis cum bonis suis in loco *Fonti* pertinere declaratur ad ipsum Leonem et eius haeredes.	III	23	79
CCLXXV	973	Septembri	II	1. Landolfi	Memoratorium factum a Ioanne filio Radelgrimi et Adelgrimo filio Framperti, quo declarant Romoaldum filium Teodici ad tres annos tradidisse eis terras cum arbustis in pertinentiis Nuceriae pro consueto terratico et medietate vini.	III	24	80
CCLXXVI	974	Ianuario	II	1. Landolfi et Landolfi filii	Concessio Ecclesiae S. Ioannis in loco *Veteri* ultra flumen *Boneia* cum omnibus rebus eius,			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					excepta terra cum vinea, quae est extra vineas dictae Ecclesiae, facta Guaimario presbytero et monacho neapolitano a Domnando et Iaquinto filiis Mascinii, ut in ea sacra peragat, et det quotannis tributum in festivitate S. Ioannis duorum parium oblatarum et quattuor cereorum, necnon viginti cedrorum, quando ibi fuerint. Ad obitum autem suum ipse Guaimarius relinquat praedictae Ecclesiae unum antiphonarium romanum, unum horarium et unum amictum.	III	25	81
CCLXXVII	974	Aprili	II	1. LANDOLFI et 1. LANDOLFI filii	Donatio terrae et vineae in loco *Fellina* extra Salernum facta a Landoario filio Landoarii et ab Alpherada filia quondam Ioannis uxore sua, Adelgardae, quae dicitur *Lusizza*, filiae eorum, cui etiam et sorori suae Aloarae, quae vocatur *Sammara*, donant unum pistrinum in rivulo Linilo extra Salernum, nonnullis oneribus servandis.	III	26	83
CCLXXVIII	974	Augusto	II	42. GISULPHI	Traditio terrarum in loco *Fonte* in finibus amalphitanis, ubi ecclesia S. Felicis aedificata est, facta Sergio Amalphitano filio Stefani, qui dicitur *Kalendola*, ab Amato presbytero per iussionem Petri Episcopi salernitani pro media libra argenti et pro annuali censu tarenorum auri unius et dimidii.	III	27	84
CCLXXIX	974	Augusto	II	42. GISULPHI	Confirmatio terrarum cum vinea et aliis in loco *Fellina*, quas Alphanus clericus filius Odelchisi diaconi tradiderat Leoni Atrianensi filio quondam Ioannis et de quibus inde controversia fuerat, facta ab ipso Alphano eidem Leoni.	III	28	86
CCLXXX	974[1]	» »	»	» GISULPHI et » GEMMAE et PALDOLFI optati filii eorum	Concessio terrae sacri palatii intra Salernum facta a Gisulpho et Gemma coniugibus et a Paldolfo optato eorum filio Langobardorum principibus Nicolao magistro filio Sergii cum per-			

[1]) Hoc Diploma omnino chronologicis notis destitutum sub hoc anno in Regesto inscribitur.

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					missione ibidem fabricandi iuxta parietem *viridiarii*, *ita ut nullum foramen ibidem faciat, ut inde aspicere possit in ipso viridiario.*	A. M. a.	11	87
CCLXXXI	975	Februario	III	42. GISULPHI et 1. GEMMAE et PALDOLFI optati filii eorum	Locatio ad sex annos terrae intra Nuceriam, quam Ioannes presbyter in beneficium tenet a parte ecclesiae S. Maximi, facta Urso filio Audoaldi pro medietate vini et terratico consueto ab eodem Ioanne.	III	29	88
CCLXXXII	975	Aprili	III	42. GISULPHI et 1. GEMMAE et PALDOLFI filii	* Ioannes et Leo atrianenses germani filii quondam Gutti, et Risus et Rodericus et Maraldus et Disigius germani filii Maraldi, et Leo amalphitanus, et Iaquintus, ut litem componant, fideiussionem dant invicem inter se coram iudice Gaidone circa possessionem cuiusdam clusurae et pistrini in loco *Veteri* et *Trasbonea* ad pedem montis qui dicitur *Catabulus* in finibus salernitanis.	III	30	90
CCLXXXIII	975	Maio	III	43. GISULPHI et 1. GEMMAE et PALDOLFI filii	Donatio terrae iuxta flumen Lyrinum facta Guaiferio filio quondam Guaimarii comitis a Petro gastaldeo, qui dicitur *Cristallo*, filio quondam Arechisi et ab Azzone filio quondam Azzonis, recipientibus ab eo launegildo duodecim solidorum tarenorum.	III	31	91
CCLXXXIV	975	Maio	III	34. LANDOLFI et 9. LANDOLFI filii eius	Memoratorium, quo coram Maraldo iudice dant *guadia* inter se Petrus filius Petri et Maurus filius Bassi de iuramento praestando circa possessionem domus in urbe Abellino.	III	32	92
CCLXXXV	975	Maio	III	43. GISULPHI et 1. GEMMAE et PALDOLFI filii	* *Aliud exemplar chartae sub numero* CCLXXXIII.	III	33	93
CCLXXXVI	975	Septembri	IV	43. GISULPHI et 1. GEMMAE et PALDOLFI filii	Donatio terrae intra Salernum in clivo *(plaiu)* prope ipsum fontem facta Falconi filio Amandi a Cicero filio Amelfrit, recepto launegildo *camiso* uno.	III	34	93

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCLXXXVII	975	Decembri	IV	43. GISULPHI et 2. GEMMAE et PALDOLFI filii	Locatio ad undecim annos terrae in loco *Felline* in monte qui dicitur *Vetrano* prope Salernum, facta Sasso libero homini ex genere Francorum a Mario filio Ciceri et ab Amato nepote eius filio Petri, cum obligatione laborandi eam, foveas faciendi et vineam plantandi; transactis vero ipsis undecim annis praedicta terra dividatur inter contrahentes, nonnullis pactis servandis.	III	35	94
CCLXXXVIII	976	Ianuario	IV	43. GISULPHI et 2. GEMMAE et PALDOLFI filii	Conventio coram Gaidone iudice in sacro salernitano palatio habita inter Petrum filium Truppoaldi et Maionem filium quondam Autari monachi, qui *Grimoaldus* vocabatur, de infantula nomine Miranda filia praedicti Petri, et de rebus Maraldae uxoris eiusdem Petri.	III	36	96
CCLXXXIX	976	Februario	IV	43. GISULPHI et 2. GEMMAE et PALDOLFI filii	Divisio bonorum pertinentium ad Ioannem atrianensem filium Gucti et ad Leonem germanum suum ex haereditate Maraldi et Iaquinti et Leonis amalphitani, et ex haereditate Teupi et Guisenolfi et Maraldi apud flumen *Veterem* in finibus salernitanis, facta inter praedictos fratres.	III	37	97
CCXC	976	Februario	IV	43. GISULPHI et 2. GEMMAE et PALDOLFI filii	Locatio terrae in loco *Balnearea* in finibus Metiliani ad sex annos facta Grimperto filio Odi a Martino presbytero et abbate S. Maximi pro medietate vini et fructuum.	III	38	99
CCXCI	976	Februario	IV	18. MANSONIS ducis Amalphiae	Donatio medietatis terrae in loco *Fonti* in finibus amalphitanis facta Lupino filio quondam Mauronis comitis a Sergio filio quondam Stephani *Calendola*. Ipse autem Sergius promittit se donaturum eidem Lupino medietatem bonorum cuiusdam Leontae, si praedicta Leonta ei relinqueret bona sua.	III	39	100
CCXCII	976	Februario	IV	18. MANSONIS ducis Amalphiae	Commutatio terrarum et vinearum in eodem loco *Fonti* facta inter Petrum filium quon-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					dam Sergii *de Erini* et Sergium filium Constantini *de Sergio de Constantino de domno Iannu* et inter Lupinum filium quondam Mauronis comitis.	III	40	101
CCXCIII	976	Maio	IV	44. GISULPHI et 2. GEMMAE et PALDOLFI filii	Concessio terrae et vineae in loco *Apus monte* ubi *Ubiliano* dicitur in finibus Sarni, facta Ioanni filio Ragemprandi dum viveret, a Leone presbytero filio quondam Ioannis presbyteri pro medietate vini et fructuum.	III	41	103
CCXCIV	976	Octobri	V	44. GISULPHI et 3. GEMMAE et PALDOLFI filii	Traditio *Morgincaput* a Cicero filio Agorusi facta Iaquintae uxori suae alia die nuptiarum.	III	42	104
CCXCV	977	Augusto	V	45. GISULPHI et 3. GEMMAE et PALDOLFI filii	Concessio tenendi et laborandi medietatem terrae cum vinea in loco *Tifano* apud Rotam facta Ioanni presbytero filio Leonis, et Ioanni filio quondam Ioannis et Iaquinto clerico germano eius a Martino presbytero et abbate S. Maximi de Salerno pro medietate vini et pomorum et pro consueto terratico.	III	43	105
CCXCVI	977	Novembri	VI	45. GISULPHI et 4. GEMMAE et PALDOLFI eius filii	Instrumentum venditionis omnium bonorum ad Episcopum poestanum pertinentium in loco qui dicitur *Arenosa et usque duo flumina* in Lucania, factae quibusdam hominibus atrianensibus a Pandone episcopo poestano, pretio millium librarum argenti, exceptis ecclesiis et aliis.	XVII	49	106
CCXCVII	977	Novembri	VI	45. GISULPHI et 4. GEMMAE et PALDOLFI eius filii	Venditio medietatis Ecclesiae S. Felicis et bonorum eius in loco *Fonti* facta Lupeno amalphitano filio Mauronis comitis a Ioanne Episcopo salernitano pro decem libris argenti et annuo censu unius tareni et dimidii.	III	44	109
CCXCVIII	977	Novembri	VI	45. GISULPHI et 4. GEMMAE et PALDOLFI eius filii	*Aliud exemplar praecedentis Instrumenti.*	III	45	111

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCXCIX	977	Decembri	VI	4. GEMMAE et PALDOLFI filii eius	Instrumentum venditionis terrarum in Lucania ubi ad *duo flumina* et *Vellonica* et *Arenosa* et *Silefone* dicitur, factae quibusdam hominibus atrianensibus ante Petrum iudicem a Pandone Episcopo poestano pro mille et quinquaginta librarum argenti, excepta terra, quam Constantinus filius Sergii comitis possidet *vicariationis* titulo.	XVII	98	111
CCC	978	Augusto	VI	35. PALDOLFI et 1. Salerni et 4. PALDOLFI filii eius	Leo amalphitanus filius Sergii *de Lupino*, qui dicitur *de Rini*, confirmat permutationem terrarum et vinearum in loco *Fonti* cum aliis terris et vineis in eodem loco iam factam inter Annam uxorem suam et Sergium amalphitanum filium Sergii et Petrum patruum eius, et inter Lupenum amalphitanum filium Mauronis comitis.	III	46	114
CCCI	978	Augusto	VI	35. PALDOLFI et 1. anno eius Salerni et 4. PALDOLFI eius filii	*Eiusdem chartae exemplar.*	III	47	115
CCCII	978	Augusto	VI	35. PALDOLFI et 1. anno eius Salerni, et 4. PALDOLFI eius filii	Conventio facta in sacratissimo salernitano palatio coram Gaidone iudice inter Ioannem Episcopum salernitanum et Guaiferium comitem filium quondam Guaimarii comitis pro quodam pistrino, quod fecit dictus Guaiferius in rebus Episcopii salernitani iuxta flumen Lyrinum.	III	48	117
CCCIII	978	Augusto	VI	35. PALDOLFI et 1. Salerni, et 4. PALDOLFI eius filii	Facultas data Mastalo amalphitano, qui dicitur *Roibulu*, et Ioanni presbytero filio eius a Ioanne Episcopo salernitano vendendi portionem illam bonorum in loco *Fonti*, seu vineae et canneti, quae praedicto Mastalo tetigerat ex divisione iam completa inter ipsum et supradictum Episcopum.	III	49	119
CCIV	978	Octobri	VII	36. PALDOLFI et 1. Salerni et 5. PALDOLFI eius filii	Memoratorium, quo Martinus abbas Ecclesiae S. Maximi declarat, Petrum et Guaiferium filios Silvestri nullam habere			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					portionem terrae sitae in loco *Angre*, sed totam et integram pertinere ad ipsam Ecclesiam, prout iudicatum fuit per Alphanum gastaldeum et Iaquintum.	III	50	120
CCCV	978	Octobri	VII	36. PALDOLFI et 1. SALERNI et 5. PALDOLFI eius filii	Promissio de restitutione terrarum et domorum in loco *Barbaciano* facta Martino abbati S. Maximi a Petro presbytero filio Cutunei.	III	51	121
CCCVI	978	Novembri	VII	36. PALDOLFI et 1. Salerni et 5. PALDOLFI eius filii	* Divisio unius terrae cum vinea in loco *Fonti* iuxta Ecclesiam S. Felicis, facta inter Ioannem presbyterum filium Mastali, qui dicitur *Roibulu*, et Lupenum amalphitanum filium Mauronis comitis.	III	52	123
CCCVII	978	Decembri	VII	36. PALDOLFI et 1. Salerni et 5. PALDOLFI eius filii	Conventio habita coram Iaquinto iudice inter Constantinum atrianensem filium Iaquinti et Leonem atrianensem filium Ioannis *Calbarusi*, circa possessionem aditus et scalarum, quae a domo Leonis deducebant ad domum ipsius Constantini.	III	53	124
CCCVIII	978	Decembri	VII	36. PALDOLFI et 1. Salerni et 5. PALDOLFI eius filii	* Venditio medietatis terrarum Ecclesiae S. Felicis in loco *Fonti*, facta Lupeno amalphitano filio Mauronis comitis a Ioanne presbytero filio Mastali amalphitani, qui *Roibulus* vocabatur.	III	54	126
CCCIX	979	Februario	VII	36. PALDOLFI et 1. Salerni et 5. PALDOLFI eius filii	Oblatio omnium bonorum in loco *Casole* apud Nuceriam facta Ecclesiae S. Maximi ab Aloara filia quondam Dauferii et uxore quondam Moncolae iudicis, consentiente Adelferio monacho filio eius.	III	55	126
CCCX	979	Februario	VII	36. PALDOLFI et 1. Salerni et 5. PALDOLFI eius filii	Traditio novem chartarum vel documentorum de possessionibus loci *Veteris* facta Urso filio Petri, qui dicitur *de Magenolfo*, et Richardo consobrino eius filio Ioannis ab Urso atrianense filio quondam Marini iudicis.	III	56	127
CCCXI		Martio	VII	36. PALDOLFI	Concessio terrae in loco *Fel-*			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
				et 1. Salerni et 5. PALDOLFI eius filii	*line* apud Salernum, in monte qui dicitur *Betranu*, facta ad novem annos Constantino et Petro filiis Ioannis, qui *Sparanus* vocabatur, a Mario filio Ciceri et Amato nepote eius filio quondam Petri, ut tamen post dictos annos praedicta terra inter contrahentes dividatur.	III	57	128
CCCXII	979	Martio	VII	36. PALDOLFI et 1. Salerni et 5. PALDOLFI eius filii	Memoratorium, quo Constantinus et Petrus filii Ioannis, qui *Sparanus* vocabatur, in sacro palatio ante testes declarant recepisse ad novem annos a Mario filio Ciceri et Amato nepote eius filio quondam Petri terram in loco *Felline*, in monte qui dicitur *Betranu*, ad plantandam vineam quae post novem annos inter contrahentes dividatur.	III	58	129
CCCXIII	979	Martio	VII	36. PALDOLFI et 1. Salerni et 5. PALDOLFI eius filii	Concessio terrae ultra Ecclesiam S. Ianuarii in loco qui dicitur *Balle*, facta ad annos decem Petro libero homini a Martino abbate S. Maximi; post vero decem annos, si dictus Petrus adhuc eam retinere voluerit, det ipsi Abbati tertiam partem vini et fructuum.	III	59	131
CCCXIV	979	Aprili	VII	36. PALDOLFI et 1. Salerni et 5. PALDOLFI filii eius	Concessio terrarum in loco *S. Quirico* ubi *Areola* dicitur, facta ad annos duodecim Nando filio Ursi, qui *Maino* vocabatur, filio Leonis et Ioanni *Ballensi* filio Ciceri, a Martino abbate S. Maximi pro consueto terratico; transacto autem eo tempore, pro tertia parte vini, fructuum et terratici retineant terras praedictas, si voluerint.	III	60	132
CCCXV	979	Iunio	VII	36. PANDOLFI et 5. PANDOLFI filii.	Venditio partis terrae et domus intra Salernum in vico *S. Trofomes*, facta Sergio atrianensi ab Urso et Ioanne fratribus eius filiis quondam Leonis, pro solidis tarenorum auri triginta quattuor.	III	61	134
CCCXVI	979	Iunio	VII	37. PALDOLFI et 11 LANDOLFI filii	Instrumentum pignorationis terrae et vineae in loco *Monteaperto* ubi *Curti Gualduli* dici-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					tur, factae ad duos vel decem annos coram iudice et clerico Riso per Ademarium filium quondam Sassi pro quinque solidis aureis, quos ipsi Ademario Dilectus filius quondam Lupi commodavit; si vero Ademarius dictos quinque solidos minime restituere potuerit, tunc eidem ipse Dilectus alium solidum det, ac ita in suam proprietatem retineat terram et vineam in pignus donatas.	III	62	135
CCCXVII	979	Septembri	VIII	37. PALDOLFI et 2. Salerni et 5. PALDOLFI filii	Concessio Ecclesiarum S. Liberatoris et S. Viti in monte prope Salernum et bonorum earum facta a Ioanne salernitano Episcopo cuidam Susannae, ut ibi aedificet monasterium puellarum.	III	63	137
CCCXVIII	980	Ianuario	VIII	37. PALDOLFI et 2. Salerni et 6. PALDOLFI filii	Locatio terrarum et silvarum in loco *Tusciano* extra Salernum facta Petro et Nicolao fratribus filiis quondam Ioannis ab Alphano filio quondam Areghisi, ita ut per decem annos ipse Alphanus recipiat tertiam partem fructuum ob locationem terrarum, et per sex annos consuetum terraticum pro silvis.	III	64	138
CCCXIX	980	Ianuario	VIII	37. PALDOLFI et 2. Salerni et 6. PALDOLFI filii	Permutatio bonorum Petri filii quondam Voniti in loco *Spiano minori* in finibus Rotae cum alia portione bonorum, quam in commune habet cum eodem Petro Benedictus frater eius.	III	65	139
CCCXX	980	Februario	VIII	37. PALDOLFI et 2. Salerni et 6. PALDOLFI filii	Locatio ad septem annos terrarum in locis *Angre*, *Casamavile*, *Pratellu* et *ad Casale* facta Petro Cicero et Guaiferio germanis filiis quondam Silvestri de civitate *Angre* a Martino abbate S. Maximi pro consueto terratico.	III	66	141
CCCXXI	980	Februario	VIII	37. PALDOLFI et 2. Salerni et 6. PALDOLFI filii	Locatio terrae et vineae in territorio *Angre*, ubi *Casamavile* dicitur, facta ad viginti			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					quinque annos Garamo et Petro germanis filiis Dominici a Martino abbate S. Maximi pro consueto terratico, portione vini et aliis oneribus.	III	67	**142**
CCCXXII	980	Februario	VIII	37. PALDOLFI et 2. Salerni et 6. PALDOLFI filii	Locatio ad septem annos terrae et vineae, quas Ecclesia S. Maximi possidet iuxta viam maiorem supra *Barbacianum*, ubi *ad arbustu* dicitur, facta a Martino abbate S. Maximi Ioanni filio Palumbi, Ioanni filio Andreae et Ioanni filio Ursi, qui vocatur *Sardone*, pro medietate vini et solito terratico.	III	68	**144**
CCCXXIII	980	Martio	VIII	37. PALDOLFI et 2. Salerni et 6. PALDOLFI filii	*Guadia* data a Domnando et Iaquinto germanis filiis Mascani, et a Mario filio ipsius Domnandi cuidam Leoni presbytero filio quondam Leonis amalphitani, de non tollendo a potestate ipsius Leonis diebus vitae eius Ecclesiam S. Ioannis in loco *Veteri* et bŏna eius, pro annuo censu medietatis oblationum et viginti cedrorum in festivitate S. Ioannis.	III	69	**145**
CCCXXIV	980	Aprili	VIII	37. PALDOLFI et 2. Salerni et 6. PALDOLFI filii	Locatio terrarum in Lucania, ubi *ad Gulie* dicitur, facta ad tres annos Petro atrianensi filio Ioannis, Leoni filio Petri *Ungri* et Faracco filio Teudelgrimi a Petro comite filio quondam Petri pro consueto terratico; excepta dumtaxat illa terrarum parte, quam laborandam cum duobus paribus bovium concesserat Petro filio Petri iudicis.	III	70	**146**
CCCXXV	980	Aprili	VIII	37. PALDOLFI et 2. Salerni et 6. PALDOLFI filii	Locatio ad annos octo terrarum cum abellaneto et vinea in loco *Luriniano* apud *Rotam*, facta Lupo filio Adi a Martino abbate S. Maximi, pro medietate abellanarum; post autem id temporis, si ipse Lupus adhuc terras retinere voluerit, praebeat Ecclesiae S. Maximi consuetum terraticum, medietatem vini et tertiam partem castanearum.	III	71	**147**

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCCXXVI	980	Maio	VIII	37. PALDOLFI et 2. Salerni et 6. PALDOLFI filii	Memoratorium, quo Ursus atrianensis filius Marini iudicis declarat Mansonem et Leonem germanos eius vendidisse Ioanni amalphitano filio Mauronis comitis bona sua in loco *Cetaria*, ubi *ad Fonti* dicitur, prope Ecclesiam S. Felicis, et ei tradidisse breves et iudicum sententias de ipsa possessione; quibus documentis praedictus Ursus uti posset, si opus fuerit.	III	72	149
CCCXXVII	980	Maio	VIII	37. PALDOLFI et 2. Salerni et 6. PALDOLFI filii	Locatio ad decem annos terrae cum nonnullis arboribus vitiferis, et abellanis, et nucibus in loco *Muntoru* ubi *Preturu* dicitur in finibus rotensibus, facta Manno filio Bocci a Martino abbate S. Maximi, pro terratico et medietate vini et fructuum; post vero decem annos, si ipse Mannus vel eius heredes terram adhuc retinere et laborare voluerint, praebeant tantum terraticum consuetum et tertiam partem vini et fructuum.	III	73	150
CCCXXVIII	980	Maio	VIII	37. PALDOLFI et 12. LANDOLFI filii	Donatio terrae et partis aquae fluminis Lyrini, in quo molendinum aedificatum est, facta Ioanni comiti palatii salernitani et filio Lamberti comitis a Gariperto filio Landoarii comitis et a Landolfo filio Landoarii, etiam et pro parte Landoarii nepotis ipsius Landolfi, recipientibus ab eo *launegilt camisum* unum.	III	74	152
CCCXXIX	980	Maio	VIII	37. PALDOLFI et 2. Salerni et 6. PALDOLFI filii	Declaratio Martini presbyteri et abbatis S. Maximi de *guadiis* acceptis a Manno filio Gocci (vel Bocci) pro locatione terrarum in *Muntoru*, uti in charta sub numero CCCXXVII.	III	75	154
CCCXXX	980	Maio	VIII	37. PALDOLFI et 2. Salerni et 6. PALDOLFI filii	* Venditio terrarum Cetariae in loco *Fonti*, prope aquam quae dicitur *de Flescketola*, et medietatis Ecclesiae S. Archangeli in eodem loco, facta Ioanni amalphitano monacho filio Mauronis comitis a Man-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					sone et Leone filiis Marini iudicis pro octoaginta et quattuor auri solidis tarenorum.	III	76	155
CCCXXXI	981	Aprili	IX	7. PALDOLFI	Memoratorium Martini presbyteri et abbatis Ecclesiae S. Maximi, quo ad viginti et quattuor annos concedit Mauro amalphitano filio Ligorii et Stephano filio Petri terram iuxta Ecclesiam S. Maximi, ut domum ibi aedificent, pro annuali censu unius aurei tareni *boni de moneta pesante.*	III	77	156
CCCXXXII	981	Iulio	IX	7. PALDOLFI	Venditio terrae in territorio Nucerino ubi *ad Campu* dicitur, facta Radoaldo filio quondam Iochardi a Petro filio quondam Gualcari, qui *Amatus* vocabatur, pro aureis tarenis decem et quattuor.	III	78	157
CCCXXXIII		Augusto	IX	7. PALDOLFI	Locatio terrae et vineae in finibus Nuceriae, ubi *Uniano* vocatur, facta ad tres annos Martino ex genere *Sclaborum* ab Urso atrianense filio Iannelgarii pro medietate vini.	III	79	158
CCCXXXIV	981	Augusto	IX	7. PALDOLFI	Alferada religionis velamine induta, filia Dauferii et vidua Petri, cum consensu Guaiferii gastaldei filii sui, concedit *mondissimam* libertatem, in perpetuum, infantulo Ioanni servo suo filio Delectae et Ioannis, et filiis vel filiabus, qui nascituri sunt.	III	80	159
CCCXXXV	981	Decembri	X	1. MANSONIS Principatus Salerni et 1. IOANNIS filii	Conventio facta coram Mansone glorioso duce et Ioanne filio eius inter Sergium filium Stephani *Calendola* et Lupinum filium Mauronis comitis *de Pantaleone* comite, circa possessionem et fines bonorum in loco *Fonti* apud ecclesiam S. Felicis, ob quae iam litem inter se habuerant.	III	81	160
CCCXXXVI	982	Ianuario	X	22. BASILII Imperatoris et 19. CONSTANTINI fratris	Concessio, in perpetuum, terrae in pertinentiis Neapolis in loco *Terrium* facta Ioanni filio Petri *de Gaiusu* a Gregorio			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					venerabili abbate monasterii S. Gregorii *de Regionariu* pro terratico consueto, quarta parte tritici, sexta lini, quinta fructuum aliisque oneribus servandis.	III	82	162
CCCXXXVII	982	Aprili	X	1. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Conventio coram Petro iudice et testibus facta inter Martinum presbyterum et abbatem S. Maximi et Petrum filium Madi a Nuceria, de possessione bonorum in loco qui dicitur *Angre* et *Casa-amabile*.	III	83	164
CCCXXXVIII	982	Maio	X	1. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Iudicium Petri iudicis, ut ad sancta Dei evangelia dent *guadia* invicem inter se Petrus filius Mirandi et Ursus atrianensis filius Leonis litigantes de quibusdam possessionibus ipsius Petri in loco Nuceria.	III	84	166
CCCXXXIX	982	Maio	X	1. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Coram Petro iudice ad sancta Dei evangelia dant *guadia* invicem inter se Petrus filius Mirandi et Sergius atrianensis filius Ioannis, qui vocabatur *Buccabitellu*, litigantes inter se, quia ipse Sergius fructus tulit et foveas fecit in terra supradicti Petri.	III	85	167
CCCXL	982	Maio	X	1. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Locatio ad decem annos terrae cum abellaneto et *vacuo* in loco *Flumicellu*, ubi *Bolaczanu* dicitur, facta Guinardo libero homini a Martino abbate S. Maximi pro consueto terratico et medietate abellanarum; post vero decem annos ipsa ecclesia S. Maximi recipiat tertiam partem fructuum abellaneti.	III	86	168
CCCXLI	982	Maio	X	1. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Memoratorium Guinardi liberi hominis, quo declarat in locationem accepisse a Martino abbate S. Maximi terram in loco *Flumicellu* iisdem oneribus, ut in praecedenti summario.	III	87	169
CCCX LII	982	Maio	X	1. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Memoratorium Stephani filii Petri, quo declarat recepisse a Martino venerabili abbate ec-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					clesiae S. Maximi terram intra Salernum subtus plateam, cum facultate destruendi domum ibi aedificatam et construendi aliam, cuius medietatem habeat ecclesia S. Maximi et aliam retineat ipse usque ad viginti etquatuor annos; quibus decursis, supradictus Stephanus habeat ius destruendi suam medietatem et tollendi ligna et mobilia.	III	88	171
CCCXLIII	982	Maio	X	1. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Testamentum traditum in manus Leonis presbyteri et rectoris ecclesiae S. Angeli in *Lenzaria* et Maionis, qui dicitur Musi, quo mulier nomine Ima filia quondam Maurontii et vidua Petri relinquit praedictae ecclesiae terram cum vinea et arboribus fructiferis in ipsa *clusa* eiusdem loci.	III	89	173
CCCXLIV	982	Augusto	X	1. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Donatio terrae in loco Nuceria procul balneum publicum, facta Iannacio atrianensi filio Ursi a Gemma filia quondam Mauronii et vidua Mirandi, recepto launegildo *mantello* uno; quam vero terram ipsa Gemma recepit per *morgencab* a Richardo anteriore viro eius.	III	90	174
CCCXLV	982	Octobri	XI	1. MANSONIS et IOANNIS filii eius	* Traditio bonorum Episcopii salernitani in locis *Fonti* et *Nuceria*, quorum alia fuerunt concessa aliaque permutata, facta nobilissimo viro Arechisio comiti ab Amato Episcopo salernitano, qui ab illo recepit libras decem argenti, ut atrium ecclesiae S. Mathaei restaurare posset.	A.M. a.	12	175
CCCXLVI	982	Octobri	XI	1. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Iudicium Romoaldi filii Alfani gastaldei, quo lis definitur inter Ioannem presbyterum filium Leonis a Salerno et Iaquintum filium Ermengardi a Nuceria, litigantes de bonis in loco Nuceria, ubi *ad Catacanzulu* dicitur, pertinentibus ad ecclesiam S. Maximi.	III	91	176

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCCXLVII	982	Decembri	XI	11. Imperii Basilii et Constantini fratrum post obitum Ioannis Cymischy	Diploma Tribuni Ducis Venetiarum, quo Ecclesiam beati Georgii martyris, ubi adest cappella S. Marci, cum toto hedificio, libris, thesauro, vinea, paludibus omnibusque rebus mobilibus et immobilibus concedit Ioanni Mauroceno monacho, ut Monasterium iuxta regulam S. Benedicti ibi fiat ad laudem Dei et tuitionem patriae.	A.M. a.	13	177
CCCXLVIII	983	Ianuario	XI	26. Imperii Basilii et 20. Constantini fratris eius	Donatio tertiae partis ecclesiae SS. Ap. Philippi et Iacobi cum terra praedictae Ecclesiae coniuncta in loco qui dicitur *Lamacupa*, facta Stephano clerico filio Theoderici presbyteri a Symeone presbytero filio Adelchisi, una cum Falcone filio eius e Luceria. Ipsa quoque uxor supradicti Falconis, nomine Dilecta, filia quondam Mari, consêntientibus viro et fratribus eius Ioanne et Petro, coram iudice Sadelfrit donat etiam eidem Stephano tertiam partem Ecclesiae et suum *morgencab*, recepto ab omnibus *launegilt camiso* uno.	III	92	181
CCCXLIX	983	Ianuario	XI	26. Basilii et 20. Constantini fratris eius	*Aliud exemplar praecedentis instrumenti.*	III	93	183
CCCL	983	Martio	XI	2. Mansonis et Ioannis filii eius	*Guadia* de iuramento praestando, data iuxta mandatum Ioannis iudicis ab Urso atrianense filio Ioannis *Inginiusi* et ab alio Urso atrianense filio Ioannis litigantibus, quia unus ex hiis arbores absciderat in bonis alterius in loco *Iovi* extra Salernum.	III	94	183
CCCLI	983	Aprili	XI	2. Mansonis et Ioannis filii eius	Traditio ad sex annos terrae de medietate agri, qui dicitur *Hare* in loco Nuceria, facta Mario filio Hamuniti e Nuceria a Maione filio quondam Maionis, pro consueto terratico. Expleto autem eo tempore, liceat eidem Mario abire et tollere omnia sua.	III	95	184
CCCLII	983	Aprili	XI	2. Mansonis	Venditio terrarum *Cetariae*			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
				et IOANNIS filii eius	ubi *ad Fonti* dicitur in finibus salernitanis, cum silvis, vineis et castanetis, quas per commutationem Areghisius comes filius quondam Ioannis iam acceperat ab Amato Episcopo salernitano, facta Ioanni amalphitano filio Mauronis comitis ab eodem Areghisio, soluto pretio quinquaginta auri solidorum tarenorum.	III	96	185
CCCLIII	983	Aprili	XI	2. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Memoratorium, quo ad viginti annos Guaiferius filius quondam Guaimarii comitis tradit Romoaldo filio quondam Leonis *Franci* terram intra Salernum sub Ecclesia S. Maximi, in qua ipse Romoaldus domum aedificavit, reservato iure destruendi eam et tollendi ligna et alia post ipsos viginti annos.	III	97	186
CCCLIV	983	Maio	XI	2. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Memoratorium, quo Adelferius qui *Musando* dicitur, filius Petri tradit ad octo annos pistrinum et domum in flumine *Rineclu*, ubi *Palomba* dicitur in finibus salernitanis, Grimoaldo filio quondam Radelghisi presbyteri et Mirando filio Teuderici pro medietate moliturae pretii, aliisque pactis servandis.	III	98	187
CCCLV	983	Iunio	XI	2. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Memoratorium, quo ante Amatum Episcopum sanctae Sedis salernitanae, Ademarium iudicem et alios testes conveniunt inter se Ioannes amalphitanus filius Mauroni comitis et Ioannes iudex advocator ipsius Episcopii, ut ipse advocator litem inferret contra filios Marini iudicis atrianensis circa possessionem bonorum *Cetariae* ubi *ad Fonti* dicitur, quae ipse Ioannes amalphitanus emerat ab Areghisio comite.	III	99	188
CCCLVI	983	Iulio	XI	2. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Traditio terrarum in loco *Agella* ubi ipse *plagarie* sunt in finibus Nuceriae, facta ad decem annos Ioanni, Racco et Petro germanis filiis quondam Petri			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					Lademari e Nuceria a Martino presbytero et abbate Ecclesiae S. Maximi e Salerno pro consueto terratico, ut ibi arbores et vites plantarent. Quo tempore expleto, si ipsi conductores terras praedictas adhuc retinere voluerint, ipsa Ecclesia S. Maximi habeat tertiam partem fructuum et vini.	III	100	189
CCCLVII	983	Iulio	XI	2. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Locatio ad octo annos terrae cum castaneto, *inseteto* et aliis arboribus in loco *Pucianu* sub monte Levino apud Salernum, facta Maraldo filio Petri *Scutarari* et Mirando filio Madelfrid pro annuali censu tertiae partis castanearum.	III	101	192
CCCLVIII	983	Iulio	XI	2. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Memoratorium Martini presbyteri et abbatis Ecclesiae S. Maximi, quo ipse abbas terras cum castaneto in loco *Agella* in finibus Nuceriae, in locationem tradit Cicero filio Cennami e Nuceria ad decem annos, pro terratico. Quibus decursis, si ipse Cicerus vel eius heredes adhuc retinere et laborare voluerint terras praedictas, tertiam partem terratici et vini praebeant Ecclesiae S. Maximi.	III	102	193
CCCLIX	983	Iulio	XI	2. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Memoratorium, quo Sellictus filius quondam Summi qui fuit Capuanus, et Maio filius quondam Madelmi e Nuceria declarant recipere terras ad laborandas et vineam plantandam in loco *Agella* in finibus Nuceriae, a Martino presbytero et abbate Ecclesiae S. Maximi ad decem annos pro consueto terratico; atque, his expletis, habeat ipsa ecclesia etiam tertiam partem vini et terratici.	III	103	194
CCCLX	983	Iulio	XI	2. MANSONIS et IOANNIS filii eius	Memoratorium, quo Cicerus filius Cinnami e Nuceria declarat sibi traditas esse terras in loco *Agella* ad laborandum per decem annos a Martino presbytero et abbate S. Maximi iisdem pactis, ut in Summario CCCLVIII.	III	104	197

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCCLXI	983	Augusto	XI	2. Mansonis et Ioannis filii eius	Chartula securitatis atque definitionis, qua per iudicium Mansonis ducis et Ioannis filii eius, Stephanus *Calendola* et Lupinus filius quondam Mauronis comitis *de Pantaleone* comite conveniunt inter se circa possessionem bonorum in loco *Fonti*, quae per chartam donationis tradita fuerant ipsi Stephano a Niciforo germano suo.	III	105	199
CCCLXII	983	Augusto	XI	2. Mansonis et Ioannis eius filii.	Donatio terrae iuxta flumen *Beterem* in finibus salernitanis facta Urso, Leoni et Lupeno germanis filiis Lupeni atrianensis ab Arechisio et Iaquinto comitibus filiis quondam Maraldi, recepto launegildo *manicione nuscinii pario* uno.	III	106	201
CCCLXIII	984	Ianuario	XII	2. Mansonis post recuperationem Principatus Salerni	Concessio dimidiae haereditatis cum *cammara*, via et aliis, quam Leo filius Ioannis *de Constantino, de Lupino de Constantino de Leone* comité et Maria uxor eius habent *Cetarae* in loco *Fonti*, facta Marino filio Ioannis *da Fonti* ab iisdem Leone et Maria, qui recipere debent quotannis duas partes fructuum et vini.	III	107	202
CCCLXIV	984	Ianuario	XII	1. Ioannis et Guidonis filii eius	Memoratorium, quo Cicerus et Marius germani filii Adelghisi et Ursus atrianensis et Ianelgarius, qui dicitur *Ingeniosu*, tradunt ad laborandum per tres annos terras in loco *Iobi* extra Salernum, Domnando filio quondam Turbi pro consueto terratico.	III	108	203
CCCLXV	984	»	XII	1. Ioannis et Guidonis filii eius	Venditio tertiae partis terrarum et silvae in loco *Beteri* ubi proprie *ad Molina* dicitur, facta Leoni filio Gutti a Lamfredo filio quondam Magelgardi *de Mitiliano* pro tribus tarenis auri.	III	109	204
CCCLXVI	984	Iulio	XII	1. Ioannis et Guidonis filii eius	* Ademarius iudex mandatum dat, ut Petrus atrianensis filius Sergii et Ioannes etiam atrianensis litem componant inter eos exortam.	III	110	205

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCCLXVII	984	Iulio	XII	1. IOANNIS et GUIDONIS eius filii	Venditio terrae cum nonnullis arboribus vitiferis et *vacuo* in loco *Fisciano* a Sellicto et Maione germanis filiis quondam Magelgari ex eodem loco *Fisciano*, facta Offo sculdai filio Genci pro triginta et duobus tarenis aureis.	III	111	206
CCCLXVIII	984	Septembri	XIII	1. IOANNIS et GUIDONIS eius filii	Conventio facta coram Ademario et Petro iudicibus inter Guaimarium et Guaiferium germanos filios quondam Guaiferii comitis ex una parte, et Guidonem filium Guaimarii comitis ex alia, litigantes circa possessionem bonorum in locis *Lyrino* et *Tusciano*.	III	112	207
CCCLXIX	984	Novembri	XIII	4. PALDOLFI	Donatio domorum Abellini, et bonorum in loco *Baneo* et aliubi, facta Riso filio Roderisi ab Andrea genero Dominicae monachae, recepto ab eo launegildo *camiso* uno.	III	113	214
CCCLXX	984	Novembri	XIII	4. PALDOLFI	Donatio domorum Abellini, et bonorum in loco *Baneo* et aliubi, quae eodem mense Andreas gener Dominicae monachae iam donaverat Riso filio Roderisii, facta Petro *de Serino* ab eodem Riso, recepto launegildo *camiso uno*.	III	114	215
CCCLXXI	984	Decembri	XIII	2. IOANNIS et GUIDONIS eius filii	Oblatio omnium bonorum cum vineis et castaneto facta Ecclesiae S. Martini, quae sita est *intus ipsa firmitate noba nucerina de ipsum monticellum*, a Stephano filio Maionis de loco *Tostazzu* in finibus Nuceriae et a Maralda uxore eius filiis carentibus. Terra cum vinea sita erat in loco *Tostazzu*, ubi dicitur *Toppi* et *Genunianu*; alia terra et vinea in eodem loco *Tostazzu*, ubi dicitur *Cannitu*; tertia autem cum castaneto in eodem loco *Tostazzu*.	III	115	216
CCCLXXII	984	Decembri	XIII	2. IOANNIS et GUIDONIS eius filii	Memoratorium Martini abbatis Ecclesiae S. Maximi, quo ad annos viginti et quattuor terram intra Salernum subtus Eccle-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					siam praedictam, tradit Constantino atrianensi filio quondam Constantini, ut domum aedificet et ibi moretur; transactis vero ipsis annis, praedictus Constantinus ius habet destruendi domum et auferendi secum omnia sua.	III	116	218
CCCLXXIII	985	Februario	XIII	2. IOANNIS et GUIDONIS eius filii	Conventio coram iudice Petro facta inter Martinum presbyterum et abbatem Ecclesiae S. Maximi et inter Petrum filium Benedicti et Maghenolfum filium Ciceri, qui in loco *Rota* morantur, de possessione ac divisione terrae et abellaneti in loco *Pulbiciano* apud *Rotam*. Quae terra per alia instrumenta praedictis Petro et Maghenolfo ad decem annos ab ipso abbate locata fuit, plerisque oneribus ab utraque parte servandis.	III	117	219
CCCLXXIV	985	Martio	XIII	2. IOANNIS et GUIDONIS eius filii	Venditio tertiae partis bonorum omnium Salerni et extra, in locis *Liciniano*, *Sepi* et *Trivio*, a Petro filio quondam Truppoaldi facta Urso genero suo et filio Iaquinti pro viginti et octo aureis solidis tarenorum, nonnullis oneribus servandis. De his vero bonis quartam excipit partem, quam iam per aliud instrumentum filiae suae Mirandae uxori supradicti Ursi dederat, et *Morgencab* uxoris suae Marantae.	III	118	222
CCCLXXV	985	Martio	XIII	2. IOANNIS et GUIDONIS eius filii	Venditio terrae et castaneti in loco *Casiniano* (quorum medietatem Amatus filius Ermengarii acceperat a genitore suo, aliam vero emerat a quodam Gualprando filio Leonis et a Mira genitrice eius) ab ipso Amato facta Cicero filio Adi et Leoni filio Ioannis, qui praedictam terram et castanetum dividunt inter se in duas partes, soluto pretio decem auri tarenorum et dimidii.	III	119	223
CCCLXXVI	985	Maio	XIII	2. IOANNIS et GUIDONIS eius filii	Oblatio terrae et vineae in loco *Puciano* sub monte *Levino* facta a Falcone filio Fasani, et			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					a Ioanne filio Corbini, et a Mirando et Petro germanis filiis Maraldi, et a Maione et Madelfreda germanis filiis Madelmi Ecclesiae S. Adiutoris in eodem loco *Puciano*, quam omnes supradicti restaurarunt.	III	120	224
CCCLXXVII	985	Iunio	XIII	2. IOANNIS et GUIDONIS filii	*Guadia* data iuxta mandatum Ademarii iudicis a Ligorio atrianense filio Ioannis et ab Urso atrianense filio Mauri, litigantibus circa possessionem terrae, domus ac terrae *vacuae* Salerni in *vico S. Trofomeae*, de iuramento praestando ab ipso Urso, ut legitimam proprietatem comprobaret.	IV	1	225
CCCLXXVIII	986	Ianuario	XIV	3. IOANNIS et GUIDONIS filii	Concessio terrarum in loco *Pasciano* facta Sasso filio Donoaldi a Blacta filia quondam Rodelgardi et vidua Ursi, et a Sergio filio eius, ut laboraret eas usque ad annos octo pro consueto terratico, medietate vini et tertia parte castanearum. Decursis autem ipsis annis, terrae supradictae redeant in potestatem ipsorum Blactae et Sergii.	IV	2	228
CCCLXXIX	986	Ianuario	XIV	3. IOANNIS et GUIDONIS filii	Memoratorium, quo Mauruntus filius Corbi et Petrus presbyter et rector Ecclesiae S. Martini apud flumen Lyrinum conveniunt inter se et dividunt terras iuxta mensuram in columna Ecclesiae S. Mathaei designatam.	IV	3	229
CCCLXXX	986	Ianuario	XIV	3. IOANNIS et GUIDONIS filii	*De eadem divisione, ut in praecedenti Summario.*	IV	4	231
CCCLXXXI	986	Ianuario	XIV	3. IOANNIS et GUIDONIS filii	Memoratorium, quo Petrus presbyter et rector Ecclesiae S. Martini apud Lyrinum concedit Mauronti filio Corbi terram in loco *Campiliano*, ut eam laboret et ibi cannetum plantet, usque ad tres annos; postea vero restituat praedictae Ecclesiae.	IV	5	232
CCCLXXXII	986	Ianuario	XIV	3. IOANNIS et GUIDONIS filii	Memoratorium, quo Iaquintus filius Mascinii et Marius et Ia-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					quintus filii quondam Domnandi in beneficium concedunt, nonnullis pactis servandis, Ecclesiam S. Ioannis in loco *Veteri* cum domo, vinea et aliis, Sabae presbytero et Abbati et Cosmae presbytero *ex genere graecorum*, qui eidem Ecclesiae donaverant plerosque codices, sacra vestimenta et alias suppellectiles.	IV	6	233
CCCLXXXIII	986	Februario	XIV	3. IOANNIS et GUIDONIS filii	Memoratorium, quo Martinus presbyter et abbas S. Maximi coram Petro iudice consentit, ut Maria mulier libera nubat Andreae famulo praedictae Ecclesiae filio Iordani; et liceat illis et filiis, si habuerint, *residere in rebus Ecclesiae sicut liberi homines;* ea tamen conditione, ut de omni quaestu ex suis *operibus personalibus* duas partes praebeant Ecclesiae, et alteram sibi faciant.	IV	7	235
CCCLXXXIV	986	Aprili	XIV	3. IOANNIS et GUIDONIS filii	Concessio terrae et domus apud Ecclesiam S. Mathaei Salerni a Guaimario filio quondam Guaiferii comitis facta ad decem et octo annos Petro magistro; ita vero, ut post duos annos domum restauret et singulis annis kalendis cuiusque mensis solvat tarenos auri duos, aliaque adimpleat.	IV	8	235
CCCLXXXV	986	Maio	XIV	3. IOANNIS et GUIDONIS filii	Venditio bonorum in loco *Campiliano* in pertinentiis Salerni a Ioanne filio quondam Ioannis *Gaidonis* facta Fero cognato suo filio quondam Ioannis qui dicitur *Vamvacari*, pro aureis solidis tarenorum quadraginta *ana quatuor auri tareni boni pro unoquoque solido.*	IV	9	236
CCCLXXXVI	986	Iulio	XIV	29. Ducatus Amalphiae MANSONIS et 11. IOANNIS filii eius.	Donatio omnium bonorum in loco *Veteri* ultro citroque flumen *Boneiae* et iuxta litus maris facta Niceto imperiali protospathario a Regale ducissa uxore supradicti Ioannis ducis, consentientibus viro eius et genitore nomine Arechisio.	IV	10	238

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCCLXXXVII	986	Augusto	XIV	3. IOANNIS et GUIDONIS filii	Conventio facta inter Leonem presbyterum et rectorem Ecclesiae S. Angeli in loco *Apus monte*, ubi dicitur *ad oliba*, et inter Amatum filium Theoderici, et Corbum filium Iaquinti, et Maraldum filium Ioannis, et Machenolfum filium Garami circa possessionem bonorum in loco *Tabellara*, ubi *Septinianu* dicitur.	IV	11	240
CCCLXXXVIII	986	Augusto	XIV	3. IOANNIS et GUIDONIS filii	Memoratorium, quo Ligorius atrianensis filius Ioannis tradit in beneficium Berenardo presbytero Ecclesiam S. Ioannis, quam construxerat in monte *Tulisino* in finibus Lucaniae, et terram apud ipsam Ecclesiam, nec non nonnulla animalia; ipse vero Berenardus offert unum codicem (*librum comitem*) ac eidem Ecclesiae dat quotannis tres solidos ex oblatis.	IV	12	241
CCCLXXXIX	986	Augusto	XIV	3. IOANNIS et GUIDONIS filii	* *Memoratorium de eadem donatione, ut in praecedenti Summario.*	IV	13	242
CCCXC	987	Ianuario	XV	4. IOANNIS et GUIDONIS filii	Divisio terrae, querceti et et castaneti in loco *Maimanu* in ipsa *balle super Paternu*, facta inter Faraccum filium Stephani et Petrum filium Ciceri, et Fortem et Ursum germanos filios Ioannis ex una parte, et Ruscinium filium Domnanci, et Cunzum filium Stephani, qui vocabatur *Grippa*, et Petrum filium Amati ex alia.	IV	14	243
CCCXCI	987	Februario	XV	4. IOANNIS et GUIDONIS filii	Locatio ad unum annum pistrini cum suis utensilibus in flumine *Lyrino*, facta Ermo molinatori a Sasso *vestarario* principum Ioannis et Guidonis; ita tamen, ut per omnes menses ipse Ermus praebeat misso principum *tertiaria de grano quatuordecim ad mensuram illam*, iuxta consuetudinem.	IV	15	244
CCCXCII	987	Augusto	XV	4. IOANNIS et GUIDONIS filii	Memoratorium, quo Cennamus presbyter et abbas S. Maximi et Maurus filius quondam Ru-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					scinii conveniunt inter se circa fines terrae in loco *Cirione* in finibus *Rotae*, designantes quoque terminos.	IV	16	245
CCCXCIII	987	Septembri	I	4. IOANNIS et GUIDONIS eius filii	Traditio terrae in loco *Balintino* ubi dicitur *at Cesine*, ad decem annos facta a Guidone filio Guaimarii comitis et a Guaimario et Guaiferio germanis filiis quondam Guaiferii, Ioanni filio Ursi et Ansifredo filio Prandi, ut ibi vites et arbores plantent; in posterum vero ipsi donatores recipiant pro annuo censu terraticum et medietatem vini.	IV	17	245
CCCXCIV	987	Septembri	I	20. Ducatus Amalphiae MANSONIS et 11. IOANNIS filii eius	Divisio bonorum *Cetariae* facta inter Guttum et Ioannem germanos filios Leonis *de Gutto de Ioanne de domna Blattu*.	IV	18	247
CCCXCV	987	Octobri	I	4. IOANNIS et GUIDONIS filii eius	Conventio coram Petro iudice habita inter Amatum filium Adelgrimi et Cennamum presbyterum et abbatem ecclesiae S. Maximi de Salerno, de possessione terrarum in loco Nuceria, ubi *ad Puteum regente* dicitur.	IV	19	248
CCCXCVI	987	Octobri	I	4. IOANNIS et GUIDONIS filii eius	*Eiusdem chartae aliud exemplar.*	IV	20	251
CCCXCVII	988	Martio	I	5. IOANNIS et GUIDONIS filii eius	Memoratorium Ioannis Atrianensis filii Gucti, quo convenit cum Ioanne amalphitano circa restitutionem terrarum et pistrini in loco *Beteri* pertinentium ad ipsum Ioannem atrianensem.	IV	21	251
CCCXCVIII	988	Aprili	I	30. MANSONIS ducis Amalphiae et 12. IOANNIS filii eius	Divisio bonorum in loco *Cetara* facta inter Leonem presbyterum et abbatem Monasterii S. Mariae de *Ircli* et S. Benedicti a *Caucas*, et inter Ursum, Mansonem et Marinum et Leonem germanos filios Marini iudicis.	IV	22	252
CCCXCIX	988	Aprili	I	5. IOANNIS et GUIDONIS filii eius	Memoratorium divisionis bonorum in loco *Cetaria* iam factae inter Leonem presbyterum			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					et abbatem monasterii S. Benedicti in loco *Ercle* ubi dicitur ad *Cauke*, et inter Ursum, Mansonem, Marinum et Leonem germanos filios Marini iudicis.	IV	23	253
CCCC	988	Iulio	I	5. IOANNIS et GUIDONIS filii eius	Faraccus filius Stefani a *Paternu* adoptat Ioannem filium Sassi *Magelchise sicut filium legitimum masculinum*, et donat ei omnia sua, ob quam donationem ipse Ioannes tradit launegildum *camisum* unum et puellam Bonam filiam praedicti Faracci uxorem ducit.	IV	24	255
CCCCI	988	Septembri	II	5. IOANNIS	Venditio omnium bonorum in loco Nuceria et alibi (exceptis duabus terris, una ad *Pratu* et alia *a la Fusara*) facta Sesamo et Litto filiis quondam Licti a Petro filio quondam Adelprandi et ab uxore eius Maralda filia Ioannis a Nuceria, recipientibus pretium viginti et duorum tarenorum auri.	IV	25	257
CCCCII	988	Octobri	II	5. IOANNIS	Memoratorium Ioannis filii quondam Sparani qui dicitur *Levoranu*, quo declarat recepisse a *Cennamo* abbate ecclesiae S. Maximi terram in loco *Angre* ubi *Tribanu* dicitur, ad excolendam per decem annos pro consueto terratico; postea vero, si adhuc terram retinere voluerit, praebeat tertiam partem vini praedictae ecclesiae.	IV	26	258
CCCCIII	988	Decembri	II	6. IOANNIS	Memoratorium, quo Cennamus abbas S. Maximi tradit Domnando *de Muntoru* filio quondam Rocci terram in loco *Muntoru* apud Rotam ubi *Cirione* dicitur, ad *plantandum arbustum et abellanietum* usque ad annos octo pro consueto terratico, tertia parte castanearum et aliis oneribus.	IV	27	260
CCCCIV	988	Decembri	II	6. IOANNIS	*✻ De eadem locatione ut in praecedenti Summario.*	IV	28	262
CCCCV	989	Martio	II	6. IOANNIS	Traditio terrae intra Salernum facta Lanfrido clerico filio			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					quondam Iaquinti a Cicero filio Sellicti, qui sibi retinet ius ibi aedificandi domum et recipiendi terram supradictam.	IV	29	262
CCCCVI	989	Aprili	II	6. IOANNIS	Permutatio bonorum in loco *Tronda* et *Pozzano* in finibus Lucániae, facta inter Landonem Episcopum sanctae sedis poestanae et inter Pinninum filium Mauri, ut ipse Episcopus cum decem solidis, quos Pinninus permutationis causa refundere debet , reficere possit aulam Ecclesiae S. Mariae, quae sita erat in castro *Caput-aquis*.	IV	30	263
CCCCVII	989	Maio	II	32. Imperii BASILII et 27. CONSTANTINI fratris eius	Venditio vineae apud flumen *Perticata* non longe ab urbe Luceria, facta Mario, Adoni et Poterisio filiis quondam Garempoti a Ioanne, Eodo et Godeno presbytero filiis Ioannis, pro sex auri solidis constantinianis.	IV	31	265
CCCCVIII	989	Iunio	II	6. IOANNIS et 1. GUAIMARII filii eius	Facultas in causam ingrediendi de bonis omnibus Salerni ad Lupenum atrianensem pertinentibus ex haereditate paterna, data Sergio *Calendola* filio Stephani a dicto Lupeno consobrino fratre suo, ut inde bona inter se dividantur.	IV	32	267
CCCCIX	989	Iulio	II	6. IOANNIS et 1. GUAIMARII filii eius	Concessio terrae in loco *Apus monte* ubi *Mariliano* dicitur, a Cennamo abbate ecclesiae Sancti Maximi facta Ioanni filio Sellicti et Madelmo filio Lanfranci, pro consueto terratico usque ad annos duodecim; quo tempore decurso, ipsa Ecclesia habeat tertiam partem vini et fructuum.	IV	33	267
CCCCX	989	Augusto	II	6. IOANNIS et 1. GUAIMARII filii eius	Conventio facta coram Totone *scriba palatii* inter Cennamum abbatem ecclesiae S. Maximi et Amatum filium Ruscinii de pactis non servatis ab ipso Amato circa locationem terrae, vineae, castaneti et abellaneti ad Ecclesiam praedictam pertinen-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					tium in loco *Muntoru* ubi *Cirione* dicitur, apud Rotam.	IV	34	269
CCCCXI	989	Augusto	II	6. IOANNIS et 1. GUAIMARII filii eius	Traditio *morgencab*, facta iuxta legem Langobardorum a Grimoaldo filio Garofali e *Mitilianu* uxori suae Mariae filiae Machenolfi e Nuceria.	IV	35	271
CCCCXII	989	Octobri	III	6. IOANNIS et 1. GUAIMARII filii eius	Diploma Amati Archiepiscopi salernitani, de libertate et exemptione S. Mariae, (quam Sicelgaita principissa construxerat Salerni inter *muro* et *muricino*) omniumque ecclesiarum eidem subiectarum, ab omni sua successorumque iurisdictione et potestate, ac concessione Parochiae in eadem ecclesia iuriumque paroecialium, Capitulo et Clero salernitano consentientibus.	A.M. a.	14	272
CCCCXIII	989	Octobri	III	6. IOANNIS et 1. GUAIMARII filii eius	Memoratorium, quo Ioannes *liber omo* filius Petri et Iaquintus *liber omo* filius Maghenaldi declarant sibi tradidisse ad annum unum duo pistrina in flumine *Lirno* a Cennamo abbate S. Maximi, qui singulis mensibus recipiet decem et octo *tertiaria* frumenti.	IV	36	275
CCCCXIV	989	Octobri	III	6. IOANNIS et 1. GUAIMARII filii eius	* *De eadem locatione, ut in praecedenti Summario.*	IV	37	276
CCCCXV	989	Novembri	III	6. IOANNIS et 1. GUAIMARII filii eius	*Guadia* data coram Petro iudice inter Cennamum abbatem S. Maximi et Lanfrit clericum, litigantes de terra et domo Salerni.	IV	38	276
CCCCXVI	989	»	»	6. IOANNIS.	* Donatio clausurae in loco *ulter Petralena* facta cuidam Disigio a Marino et Urso fabro filio quondam Ursi presbyteri amalphitani, recipientibus launegildum *camisum* unum.	IV	39	277
CCCCXVII	990	Ianuario	III	7. IOANNIS et 1. GUAIMARII filii eius	Memoratorium, quo Maio filius Mauronti, Marius et Alexander germani filii Mirandi, et Aghinus filius Ursi tradunt terram in in loco *Tabellara* apud Sarnum ad laborandam usque ad duode-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					cim annos Summo magistro filio Ioannis et Alagerno filio Basilio, plerisque oneribus ex utraque parte servandis.	IV	40	278
CCCCXVIII	990	Ianuario	III	7. IOANNIS et 1. GUAIMARII filii eius	Instrumentum *vicariationis*, seu commutationis, quo Marinus atrianensis filius Marini iudicis terram cum vinea in loco *Cetaria* permutat cum alia terra in loco *Beteri* ubi *Scrofole* dicitur, pertinente ad Monasterium Sancti Benedicti in loco *Cauke*, in quo Leo venerabilis abbas praeest:	IV	41	279
CCCCXIX	990	Ianuario	III	32. Ducatus Amalphiae MANSONIS et 13. IOANNIS filii eius	*De eadem permutatione, ut in praecedenti Summario.*	IV	42	282
CCCCXX	990	Ianuario	III	7. IOANNIS et 1. GUAIMARII filii eius	*Aliud exemplar chartae sub numero CCCCXVIII.*	IV	43	285
CCCCXXI	990	Ianuario	III	» » »	Venditio bonorum in *comitatu Teatino* in loco qui nominatur *Domo bona*, facta Petro filio quondam Ioannis et Sabino filio quondam Maionis a Credendeo filio quondam Nordemanni.	IV	44	288
CCCCXXII	990	Februario	III	7. IOANNIS et 1. GUAIMARII filii eius	Conventio facta coram Ioanne et Petro iudicibus inter Dumnellum presbyterum et abbatem ecclesiae S. Mariae et inter Radoaldum abbatem S. Mariae et S. Benedicti de terra *bacua* Salerni inter *muro* et *muricino*.	IV	45	289
CCCCXXIII	990	Martio	III	7. IOANNIS et 1. GUAIMARII filii eius	*Vicariatio*, seu permutatio terrae intra Salernum ad *ortum magnum* cum alia terra etiam Salerni inter *muro* et *muricino*, facta inter Iaquintum et Ursum germanos filios quondam Ioannis et Maraldum filium quondam Petri, et inter Ioannem atrianensem filium Campuli.	IV	46	295
CCCCXXIV	990	Aprili	III	7. IOANNIS et 2. GUAIMARII filii eius	Petrus iudex mandatum dat, ut Leo atrianensis qui vocatur *Flagilla*, et Cinnamus presbyter et abbas S. Maximi *guadient* inter se et litem componant de possessione terrae intra Salernum.	IV	47	296

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCCCXXV	990	Aprili	III	7. IOANNIS et 2. GUAIMARII filii eius	Diploma Ioannis Principis Salerni et Sicelgaitae uxoris eius, quo Ecclesiae S. Mariae (sive de *Domno*), quam ipsi construxerant Salerni inter *muro et muricino*, offerunt terram in qua aedificata est, terram *vacuam* ante ipsam Ecclesiam usque *medio labinario*, aliam terram in *fronte de palatio vetere*, *curtem* in loco *Liciniano*, medietatem Ecclesiae S. Eustasii, molendinum in flumine Lirino, necnon plerosque codices, argentea vasa et sacra ornamenta.	A. M. a.	15	297
CCCCXXVI	990	Maio	III	7. IOANNIS et 2. GUAIMARII filii eius	Fideiussio invicem praestita coram Petro iudice inter Landenolfum gastaldeum filium Petri et Andream filium Musandi, litigantes de bonis in loco *Capaczana*.	IV	48	300
CCCCXXVII	990	Iunio	III	7. IOANNIS et 2. GUAIMARII filii eius	Manso atrianensis filius quondam Marini iudicis e Salerno suam portionem ex paterna haereditate in loco *Cetaria* vendit Leoni abbati Monasterii S. Benedicti in loco *Ercle*, ubi *Cauche* vocatur in territorio amalphitano, pro *triginta ana quadtuor auri tari voni per unoquoque solidum*.	IV	49	301
CCCCXXVIII	990	Augusto	III	7. IOANNIS et 2. GUAIMARII filii eius	Memoratorium, quo Cinnamus abbas S. Maximi terram in loco *Agella* apud Nuceriam ad tredecim annos tradit Benedicto filio Ioannis et Vonizzo *libero homini*, pro medietate abellanarum et tertia parte vini post decem annos.	IV	50	303
CCCCXXIX	990	Augusto	III	7. IOANNIS et 2. GUAIMARII filii eius	* *De eadem traditione terrae, ut in praecedenti Summario.*	IV	51	306
CCCCXXX	990	Septembri	IV	7. IOANNIS et 2. GUAIMARII filii eius	Memoratorium promissionis, quo Petro filio Mauronti conceditur terra in loco *Campiliano* extra Salernum usque ad octo annos a Ferio filio Ioannis, pro medietate vini post annos quatuor; quibus vero expletis, terra inter eos dividatur.	IV	52	306

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCCCXXXI	990	Octobri	IV	7. IOANNIS et 2. GUAIMARII filii eius	Traditio terrae *vacuae* in *Stricturie* ubi *Derropate* dicitur, facta ad quatuor annos Sichenolfo filio Ciceri a Petro et Truppoaldo germanis filiis quondam Cacconi, pro consueto terratico.	IV	53	308
CCCCXXXII	990	Octobri	IV	7. IOANNIS et 2. GUAIMARII filii eius	Memoratorium, quo Cennamus abbas S. Maximi de Salerno tradit ad viginti et quatuor annos Ioanni *Portario* filio quondam Petri terram et domum apud ipsam Ecclesiam, pro annuo censu *unius tareni boni de moneta pesante.*	IV	54	309
CCCCXXXIII	990	Decembri	IV	7. IOANNIS et 2. GUAIMARII filii eius	Memoratorium, quo Leo presbyter et abbas Ecclesiae S. Maximi *de cibitate* . . . . . . declarat sibi traditum esse molendinum in urbe Salerno ubi *Spinacze* dicitur, a Domnello abbate Ecclesiae S. Mariae item Salerni, pro medietate moliturae singulis mensibus.	IV	55	310
CCCCXXXIV	990	Decembri	IV	34. Imperii BASILII et 29 CONSTANTINI fratris eius	Venditio terrae apud flumen *Salsulam* in territorio lucerino facta Mario, Poterisso et Ado germanis filiis quondam Garempoti a Ioanne clerico et iudice, et a Truppoaldo filio quondam Petri iudicis, et ab Auria filio quondam Azzari, pro duobus aureis solidis constantinianis *deithatis et nobem millia ex rame bona.*	IV	56	311
CCCCXXXV	991	Martio	IV	8. IOANNIS et 3. GUAIMARII filii eius	Memoratorium, quo Gaido filius quondam Leonis declarat se recepisse usque *ad sex vindemias* terram in loco Nuceria apud Ecclesiam S. Petri et Sancti Benedicti a Cennamo abbate Ecclesiae S. Maximi ad medietatem vini in palmento.	IV	57	313
CCCCXXXVI	991	Maio	IV	8. IOANNIS et 3. GUAIMARII filii eius	Venditio terrae cum vinea in loco *Faiana* facta Ioanni filio Ursi e *Barbaciano* a Petro presbytero filio quondam Ioannis e Nuceria , pro septem tarenis auri.	IV	58	314
CCCCXXXVII	991	Maio	IV	8. IOANNIS et	Disius et Lando germani filii			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
				3. GUAIMARII filii eius	quondam Inghelgardi presbyteri tradunt ad annum unum Petro *Magistro da Cilianu* montem cum silva et querceto in locis *Falerzu*, *Cetara*, *Carvonara* et *Ferolitu*, ut ligna abscidat ad faciendum *materie da barcha*, pro tareni sauri decem.	IV	59	315
CCCCXXXVIII	991	Maio	IV	8. IOANNIS et 3. GUAIMARII filii eius	Oblatio terrarum Salerni sub Ecclesia S. Michaelis facta Ecclesiae S.Martini, (quae a Guaimario comite fundata fuit ultra flumen Lyrinum) a Guidone filio ipsius Guaimarii et ab uxore eius Aloara filia quondam Landoarii comitis.	IV	60	316
CCCCXXXIX	991	Iunio	IV	8. IOANNIS et 3. GUAIMARII filii eius	*Guadia* data iuxta mandatum Petri iudicis inter Constantinum atrianensem filium Sellicti et Leonem presbyterum filium Sergii, ut litem inter se componant.	IV	61	317
CCCCXL	991	Augusto	IV	8. IOANNIS et 3. GUAIMARII filii eius	Traditio terrae et abellaneti in loco *Misciano* in finibus rotensibus facta in perpetuum Falconi et Grimo clerico filiis Ioannis a Cennamo abbate S.Maximi, pro annuo censu tertiae partis abellanarum aliisque oneribus servandis.	IV	62	318
CCCCXLI	991	Augusto	IV	8. IOANNIS et 3. GUAIMARII filii eius	Memoratorium, quo ad annum unum Garofalus filius quondam Leoti et Disius filius Inghelgardi presbyteri tradunt Ioanni filio Campuli de *Aliola* apud Amalphiam silvas in locis *Cetara* et *Falertiu*, ut excidat ligna ad faciendum *forcas*, pro duobus tarenis auri.	IV	63	319
CCCCXLII	991	Octobri	V	8. IOANNIS et 3. GUAIMARII filii eius	Guaimarius comes filius quondam Guaiferii qui *Imperatus* vocabatur, commutat terras et domos a tergo Ecclesiae S.Mariae (*de Domno*) intra Salernum, cum alia terra et ligneis domibus etiam Salerni pertinentibus ad ipsam Ecclesiam, in qua Domnellus abbas praeest.	IV	64	320

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCCCXLIII	991	Novembri	V	9. IOANNIS et 3. GUAIMARII filii eius	Concessio terrarum et silvarum in montibus *Carvonara* et *Cetara* ad tres annos facta Petro monacho filio quondam Campuli a Disio et Landone germanis filiis Inghelgardi presbyteri pro consueto terratico.	IV	65	322
CCCCXLIV	992	Ianuario	V	9. IOANNIS et 3. GUAIMARII filii eius	Memoratorium manifestationis, quo coram Leone iudice Cicerus et Sparanus filii Orseprandi, et Leo filius Minuti, et Ioannes filius quondam Ioannis declarant ad Ecclesiam S. Maximi pertinere terram *vacuam* in loco *Angre* ubi *Casale* dicitur, et seipsos servitium praestare iamdictae Ecclesiae.	IV	66	322
CCCCXLV	992	Februario	V	9. IOANNIS et 3. GUAIMARII filii eius	Venditio quartae partis bonorum in loco *Laurito* a Guilielmo presbytero filio quondam Ragimperti facta Ecclesiae S. Mariae Salerni, in qua Dumnellus presbyter et abbas praeest, pro viginti et quatuor tarenis auri.	IV	67	323
CCCCXLVI	992	Februario	V	9. IOANNIS et 3. GUAIMARII filii eius	Amatus Archiepiscopus Salerni commutat terram et silvam extra Salernum apud flumen *Beterem*, cum alia terra in loco *Mitiliano* sub Ecclesia Sancti Cesarii pertinente ad Ioannem atrianensem filium Gucti.	IV	68	325
CCCCXLVII	992	Aprili	V	9. IOANNIS et 4. GUAIMARII filii eius	*Guadia* data iuxta mandatum Leonis iudicis inter Ildericum subdiaconum et notarium et Lictum filium Bosoni, ut litem inter se componant de rebus in loco Nuceria.	IV	69	327
CCCCXLVIII	992	Aprili	V	9. IOANNIS et 4. GUAIMARII filii eius	Locatio terrarum sub Ecclesia S. Mariae *da Bico* a Petro et Truppoaldo germanis filiis Ermetanci facta Disio filio Ioannis ad quatuor annos, pro medietate nucum, et pro terratico *de decem modiis uno et exatico* de glandibus.	IV	70	328
CCCCXLIX	992	Maio	V	9. IOANNIS et 4. GUAIMARII filii eius	Conventio facta coram Ioanne iudice inter Lupenum amalphitanum filium Mauronis comitis et Risum filium Maraldi, litigantes de bonis in loco *Albole*.	IV	71	329

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
CCCCL	992	Iunio	V	9. Ioannis et 4. Guaimarii filii eius	Oblatio bonorum in loco *Laurito* facta Ecclesiae S. Mariae Salerni a Iohanne monacho filio quondam Mauri monachi, a Grimoaldo et Petro germanis filiis quondam Amandi et a Petro filio quondam Guisonis.	IV	72	331
CCCCLI	992	Iunio	V	9. Ioannis et 4. Guaimarii filii eius	Conventio facta inter Lamfridum diaconum filium quondam Iaquinti et Alphanum germanum eius de divisione terrae et domus intra Salernum.	IV	73	333
CCCCLII	992	Iulio	V	9. Ioannis et 4. Guaimarii filii eius	Memoratorium, quo Cennamus presbyter et abbas Ecclesiae S. Maximi tradit ad viginti et octo annos Petro *libero homini ex genere francorum* terram intra Salernum, in qua ipse Petrus domum construxerat, pro annuo censu unius tareni aurei.	IV	74	334
CCCCLIII	992	Augusto	V	9. Ioannis et 4. Guaimarii filii eius	Venditio bonorum in loco *Cetaria* ubi *ad Fonti* dicitur, facta a Mele atrianense filio quondam Ursi Ioanni amalphitano filio Mauronis comitis, pro aureis solidis tarenorum triginta *ana quatuor auri tari per solidum.*	IV	75	335
CCCCLIV	992	Decembri	VI	10. Ioannis et 4. Guaimarii filii	Concessio terrae *vacuae* in urbe Salerno, *ubi dicitur ad Oliba*, facta ad annos viginti Petro presbytero filio Stephani a Cennamo abbate S. Maximi, pro annuo censu olei et unius candelae parvae.	IV	76	339
CCCCLV	993	Ianuario	VI	10. Ioannis et 4. Guaimarii filii	Locatio ad decem annos unius clusurae cum vinea in loco *Barbacianu* apud ecclesiam *S. Polixti*, facta Petro filio Ursi et Cicero filio Adi a Cennamo Abbate S. Maximi, pro terratico consueto et medietate vini.	IV	77	340
CCCCLVI	993	Ianuario	VI	10. Ioannis et 4. Guaimarii filii	* *De eadem locatione, ut in praecedenti Summario.*	IV	78	341
CCCCLVII	993	Ianuario	VI	10. Ioannis et 4. Guaimarii filii	Conventio circa divisionem terrae et vineae in loco *Felline* facta inter Andream filium Ioannis fabri, qui *Pericus* diceba-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					tur, et inter Ursum clericum et Petrum germanos eius.	IV	79	342
CCCCLVIII	993	Februario	VI	10. IOANNIS et 4. GUAIMARII filii	Memoratorium, quo Dumnellus Abbas ecclesiae S. Mariae (*de Domno*) Salerni in locationem tradit molendinum in flumine Lirinum cuidam Ermulo ad annum unum, pro frumento *bono ad mensuria de ipsa molina culma mensurata.*	IV	80	343

EXEMPLA FORMULARUM

****
***

TRADITIONIS ecclesiae, domus et bonorum eius in beneficium presbyteri pro annuo censu Ch. CCLXV p. 67.

DECLARATIONIS et DONATIONIS Ch. CCLXVII p. 69.

DELIBERATIONIS et DEFINITIONIS circa divisionem bonorum Ch. CCLXX p. 74.

DONATIONIS atque CONFIRMATIONIS Ch. CCLXXIII p. 78.

SECURITATIS seu conventionis Ch. CCLXXIV p. 79.

CONCESSIONIS terrae ad aedificium conficiendum Ch. CCLXXX p. 87.

QUERELAE coram Iudice Ch. CCLXXXIV p. 92.

TRADITIONIS factae *libero homini* Ch. CCLXXXVII p. 94.

CONVENTIONIS de possessione cuiusdam infantulae Ch. CCLXXXVIII p. 96.

COMMUTATIONIS terrarum Ch. CCXCII p. 101.

VENDITIONIS factae ab Episcopo post absolutionem principis Ch. CCXCVI p. 106.

CONFIRMATIONIS de permutatione ab aliis facta Ch. CCC p. 114.

DIVISIONIS terrae inter dominum directum et emphiteutam Ch. CCCIII p. 119.

RESTITUTIONIS instrumentorum Ch. CCCX p. 127.

PIGNORIS pro commodata pecunia, sed statuto tempore non reddita Ch. CCCXVI p. 135.

CONCESSIONIS sive traditionis ecclesiarum ad monasterium puellarum ibi instituendum Ch. CCCXVII p. 137.

ACCEPTIONIS beneficii pro censu Ch. CCCXXIII p. 145.

DECLARATIONIS Ch. CCXXVI p. 149.

REMISSIONIS servitutis cuiusdam infantuli et haeredum suorum Ch. CCCXXXIV p. 159.

DONATIONIS morgencab factae per mulierem. consentiente filio suo Ch. CCCXLIV p. 174.

LOCATIONIS terrae Ch. CCCLVI p. 189.

CONCESSIONIS factae famulo ecclesiae, ut nubat et ipse et uxor sua morentur *in rebus ecclesiae sicut liberi homines* Ch. CCCLXXXIII p. 235.

ADOPTIONIS in filium Ch. CCCC p. 255.

PERMISSIONIS ad litem faciendam Ch. CCCCVIII p. 267.

MANIFESTATIONIS Ch. CCCCXLIV p. 322.

CODEX CAVENSIS DIPLOMATICUS

CCXI.

A. D. 960.

† In nomine Domini bicesimo octabo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense agustus quarta [1]) indictione. ante nos sica et petrus et maio castaldi coniunti sunt gregorius presbiter et abbas cappella sancti maximi, in quo nos petrus et maio pertinentiam abemus, et iohannes filius taxili, et petrus nepotem eius, et lupo clericus filius petri franco ad faciendum inter se finem de rebus predicte ecclesie de locum nucerie, hubi nobara et puteum regente bocatur, que ante nos inde ei monstratum abui, inter quos inde ei monstrabi una clusuria de terra cum arbustum per hec finis: de duobus partibus fine bia: de alia parte fine de eredes adelmundi, et de alia parte coniuntum est ad fine de eredes adelgari. unde interrogabimus per partes illis, ut quale monimen inde abere, eas ostendere; statim per ipsum abbatem et per romoaldus eius adbocatorem plures monimen ostensa et relecta est per finis et extra finis de ipsa rebus et de alia de ipsis locis erat continentem. ipsi iohannes, et petrus, et lupo clericus manifestaberunt dicendum, ut monimen exinde non abere: preter dicebat, ut genitori et abio eorum fuisset et eorum esset pertinentes per subcessione. nos superius dicti castaldi agnoscente, quod pars predicte ecclesie rebus ipsa per ipse finis esset possidentes et dominantes, ideo secundum illorum manifestationem audibimus, inter eis iudicabimus, ut pars ipsius ecclesie iuxta legem iurare, ut de monimina ipsa, que ante nos ostendit, inde esset pertinentes et per expleta possesione pars iamdicte ecclesie illut tenuisse et dominasse et legibus esset pertinentes ad pars iamdicte ecclesie, et abierunt. in die bero constitutum pariter ante nos sunt coniunti finem inter se inde faciendum, statim ipse abbas secundum legem paratus fuit sacramentum ipsum persolbendum ; cum autem ipsi nominati iohannes, et petrus, et lupo clericus ipsum abbatem paratus bidi sacramentum ipsum dandum, continuo profexi sunt et manifestaberunt se dicendum, sacramentum inde recipere non bolere, eo quod dixerunt, ut rebus ipsa per ipse finis ad pars iamdicte ecclesie esset pertinentes. et neque per testes, neque per monimen, nec per nullaquoque iubenta

[1]) *Quarta*, potius tertia.

ratione cum pars iamdicte ecclesie causare aut contendere non potere, eo quod dicebant, ut rebus ipsa ad pars iamdicte ecclesie esset pertinentes per ipse finis. post oc factum, bone sue bolumtati ipsi nominati iohannes, et petrus, et lupo clericus wadia ad ipsum abbatem et predictum eius adbocatorem dederunt; et per ipsa wadia hobligaberunt se suosque filios et eredes, ut si aliquando tempore cum pars iamdicte ecclesie de ipsa rebus, unde superius manifestaberunt per suprascripte finis, causare aut contendere presumserit per se aut per summissam personam, per bona combenientiam per ipsa wadia hobligaberunt se suosque filios et eredes ad componendum ad pars iamdicte ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos et taciti inde manere, et faciant tacere illi hominibus et partibus, qui pro illorum parte et datum inde causaberit. nos supradicti castaldi, dum taliter illis manifestantem audibimus et ipsa hobligationem facientem, ideo iudicabimus, ut amodo et semper pars iamdicte ecclesie rebus ipsa per ipse finis securiter sibi abere et possidere sine requisitione vel contrarietate de omnibus suprascripti et de eorum eredes; unde mediatores posuerunt se ipsis, et taliter scribere fecimus te petrus notarius.

† ego qui supra sico

† ego qui supra petrus

† ego qui supra maio.

CCXII.

A. D. 961.

† In nomine domini anno Vicesimo secundo domni landolfi gloriosi principis et anno hoctabo decimo principatus domni paldolfi filii eius, mense magius quarta indictione. Memoratorium factum a me andreas filius loperissi de hoc quod intus civitatem abellini ante nobiliorum subscriptorum testium coniuncxit me in bona convenientia cum cicero filio ursi pro una cartula, quod ei commendabit, quod commune habemus qui michi est pertinentes da domeneca monacha filia isi, sicut in omnibus exinde una continet cartula, quod aput me firmatam reteneor; et ipsa cartula, ut supra diximus, quod ei recomendata abeo, quod comune abemus, continebat, quomodo isengardo filius farecausi de loco pronella abellanense finibus una cum isenardo et cum erfelaitio filio suo venundederat sadelfrid filio cumprandi et guandelmari filio dominici ipsam rebus suas de loco baneo et totam ipsam rebus continebat per finis, et aliud continebat in ipsa cartula: scripta ipsa cartula per manu ragemprandi notarius in primo anno principatus domni nostri ursi de mense aprelis per indictione nona, et ibidem erat testis isengardo, et isenardo, et

urso et aliis bonis hominibus. Modo quidem ipsa cartula, ut supra declarabimus, cum alias moniminas, qui de ipsis rebus sunt pertinentes et continentes quod comune abemus, recomando tibi iamdicto ciceri. Unde guadia michi dedit predictus cicero et mediatorem michi posui seipsum hoc tinore, ut qualiscumque tempore necesse nobis fuerit ad causandum ipsa cartula, quod supra declarabimus nos et nostris eredibus ipse et suos eredes salba aput nos remitta, ut non fiat capsata [1]) aut falsata, ut illam ad legem ostendere possamus, et post finem factam salbe aput illis remittamus. Et si hec omnia, quomodo superius legitur, nobis nostrisque eredibus ipse quam et suis eredibus non adimpleberit. Post hoc brebem ostensum et relectum puplice fuerint et in antea perseveraverint, ideo ante omnia et quinquaginta solidos constantinos nobis componere hobligabit aut illius homini, cui iste brebe in manus paruerit, et adversus nos semper tacitis et contemptis maneant. Et oc brebe scripsi ego gaido subdiaconus atque notarius et interfui.

† ego ildeprandus

† ego sasso.

CCXIII.

A. D. 961.

† In nomine domini vicesimo octabo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis. mense nobember quarta indictione. memoratorium factum a me stefanus filius benedicti, eo quod ante presentia siconi castaldi et ante aliis bonorum hominibus, qui subter scripti sunt, per bonam convenientiam et sua bona bolumptate, sicut ambas partes complacuit, hobligavit et thingavit se mihi iohannes uterinus germanus meus filius predicti benedicti, et guadia michi dedit et mediatorem michi posuit benedictus filius iohanni calamare, tali ordine, ut per nullis modis vel rationibus nec ipse iohannes germano meus nec eius filiis et eredes de rebus suas stavile nec vindere nec donare, que ei est pertinentes sibe da genitore nostro seu da genitrice nostra, undecumque ei fuerit pertinentes, nec in sanctis locis offerire nec thingare, nec per qualecumque ratione illos ad aliis hominibus exinde dare, nec pro anima sua exinde iudicare aut dare nisi mihi qui supra stefani vel ad meis eredibus illos dare ad iusto valientem pretium, nec illos alicui iudicare nisi nobis et ad nostris eredibus, si illos iudicare voluerit, nobis illos iudicent et deant;

[1]) *Capsata*, ex verbo *cassare*, ut in *Gloss: Du Cange*.

et si nos illos tollere et emere voluerimus ad iusto valientem pretium, abeamus spatium per tertium constitutum, ubi nos scire fecerint de duodecim in duodecim dies usque dies triginta sex, ad illos tollendum et emendum ad iusto valientem pretium, sicut iustum fuerit adpretiatum per docti et tres boni hominibus. et si ipsa predicta rebus alicui hominibus ipse iohannes aut eius eredes absque nostra licentia et absolutione et bolumptate dederit vel venundederit aut iudicaverit, vel si in sanctis locis illos offerire presumpserit, vel si ipsa rebus alicui dare presumpserit absque nostra absolutione, ut de eius potestate siad distractum, tunc sine pretium redeant ipsa supradicta rebus ad meam vel de meis eredibus potestatem per supradicta guadia ; et si nos vel nostris eredibus ipsa supradicta rebus noluerimus eos tollere et emere ad iusto valientem pretium, licentiam et potestatem abeant a nostris partibus, ubi nos scire fecerint post ipsa constituta, illos dare cui voluerit. quod si ipse qui supra iohannes vel eius filiis et eredes omnia, quomodo et qualiter superius legitur, mihi qui supra stefani vel ad meis eredibus noluerit adimplire et aliquid exinde contradixerit, tunc hobligavit se ipse iohannes et suis filiis et eredes per ipsa eadem guadia ad componendum mihi qui supra stefani vel ad meis eredibus seu ad hominem illum, apud quem brebem iste in manu paruerit, viginti aurei solidi constantini, et omnia, quomodo et qualiter superius legitur, per invitis eos nobis compliret.

† ego guiso notarius interfui et hunc brebem scribsi.

† Ego qui supra sico.

† ego leo.

† ego romoaldo.

CCXIV.

A. D. 962.

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense aprelis quinta indictione. memoratorium factum a me amatus filius quondam adelgrimi, eo quod ante presentia maioni castaldi et ante alios bonorum homines, qui subter scribti sunt, laborandi et pastenandi ordine tradidit michi gregorius presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, qui situs est intus salernitanam civitatem, et una cum illum adesset guiso subdiaconus et notarius advocatorem suum, duabus pecie de terra campenses, quem prephata ecclesia abet in locum nuceria, ubi proprio ad puteum regente dicitur. una ex dicte ipse pecie habet finis : a meridie, quomodo ipse fluvius discernit, fine sancte marie de eodem locum nuceria, est ibidem la-

titudo passi quindecim et medium : ab occidente, qualiter limite et sepe discernit, fine mea que amati : a pars septemtrionis similiter fine sancte marie, quem ego ad laborandum et pastenandum teneo, est inde latitudo passi tridecim et medium : ab oriente similiter fine sancte marie, quem ego reteneo ad pastenandum, et est per longitudinem ab ipso fluvio usque ad fine prephate sancte marie passi quadraginta octo. et ipsa alia pecia habet finis : a meridie fine mea, qualiter media sepe discernit, est ibidem latitudo passi viginti duo et medium : ab occidente via antiqua : a septemtrione fine sicaite, est inde latitudo passi triginta : ab oriente fine prephate sancte marie et est per longitudine a fine mea usque ad fine sicaite passi quinquaginta quatuor. hec vero predicte duabus pecie de terra per supradicte finis et mensuria ad iusto passum homini mensuratum tote et integre michi ipse abbas michi tradidit. unde per bonam convenientiam guadia michi ipse gregorius abbas cum suo advocatorem dedit et mediatorem michi posuit maraldus subdiaconus et notarius filius petri de locum noceria, tali ratione, ut amodo et dum nos et nostris eredes voluerimus, liceat nos ipse duabus pecie de terra inclite ad nostram tenere potestatem et fovee et omnes nostras utilitates ibidem facere ; et amodo et usque novem anni, qualiter meruerit, arboribus et vitis plantemus, et propaginemus et cultemus eas de super et de subter, ut bene pareat laboratum, et omnes fruges et labores inde tollere et nullam sortionem inde nobis tollere querat. ad ipsi namque novem anni completi nos abeamus ipse duabus pecie de terra infra nominate finis et mensuria pastenate arboribus et vitis et factum ibidem arbustum vitatum, quomodo tantos annos locus ipse meruerit; et iam in antea, dum eos tenere voluerimus, omnem annum suis temporibus eos laboremus et cultemus et illi semper novum tempore se plicaret, et totum ipso vinum et terraticum in tertiam partem cum pars eidem ecclesie dividamus, nos due sortionis, et illis unam ; et dum eos tenere voluerimus in predicta ratione, non ipse abbas vel eorum successoribus eos nobis tollere aut contrare, set cum vice de via sua eas nobis da omnes homines defensaret. quod si nobis eos tollere et contrare quesierit, et si da omnes homines eas nobis et ad nostris eredibus da omnes homines non defensaverit, et si omnia, que supra legitur, nobis et ad nostris eredibus non adimpleverit, obligavit se per eadem guadia et pars eidem ecclesie et suos successores ad componendum michi meique eredibus decem aurei solidos constantinos, et a quo noluerimus eas in predicta ratione eas tenere, tunc ipse duabus pecie de terra cum arbustis vitatis remittamus ad illorum potestatem et soluti inde maneamus ab omni calupmnie.

† ego guiso subdiaconus et notarius interfui et hunc brebem scribsi.

† ego qui supra maio

† ego iohannes

† ego maraldus subdiaconus et notarius interfui

† ego gregorius abbas.

CCXV.

A. D. 962.

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense aprelis quinta indictione. memoratorium factum a me gregorius presbiter et abbas ecclesie sancti maximi et una mecum guiso subdiaconus et notarius advocatorem meum, eo quod ante presentia maioni castaldi et ante aliis subscribti testes laborandi et pastenandi ordine tradidimus amati filius adelgrimi de locum nuceria duabus pecie de terra campense, quem prephata ecclesia abet in eodem locum nuceria ubi proprio ad puteum regente dicitur. una ex dicte ipse pecie abet finis: a meridie quomodo ipse . . . . de eodem locum nuceria, est ibidem latitudo passi quindecim et medium : ab occidente, qualiter limite et sepe discernit, fine ipsius amati : a pars septemtrionis similiter fine sancte marie, quem ipse amatus ad pastenandum retinet, est inde latitudo passi tridecim et medium: ab oriente similiter fine sancte marie, quem ipse amatus retinet ad pastenandum, et est per longitudinem ab ipso fluvio usque ad fine prephate sancte marie passi quadraginta octo. et ipsa alia pecia abet finis: a meridie fine ipsius amati, qualiter media sepe discernit, est ibidem latitudo passi viginti duo et medium : ab occidente via antiqua: a septemtrione fine sicaite, est inde latitudo passi triginta: ab oriente fine prephate sancte marie, et est per longitudinem a fine ipsius amati usque ad fine ipsius sicaite passi quinquaginta quatuor. hec vero predicte duabus pecie de terra per supradicte finis et mensuria, qualiter ad iusto passum homini mensuratum est, tote et integre ipsius amati tradidimus. unde per bonam convenientiam guadia nobis ipse amatus dedit et seipsum mediatorem nobis posuit, et apposuit nobis ad pignerandum omnis pignera sua legitima et inlegitima, tali ordine, ut amodo et dum ipse amatus et eius[1]) voluerit, liceat illis tenere ipse duabus pecie de terra ad suam potestatem et fovee et omnis suas utilitatem ibidem facere, et amodo et usque novem anni, qualiter meruerit, eas arboribus et vitis plantare et propaginare et cultare de super et de subter. ut bene pareat laboratum, et omnes fruges et labores inde tollere, et nullam sortionem inde eis tollere queramus. ad ipsi namque novem anni completi ipse amatus vel eius eredes abeant ipse duabus pecie de terra infra nominate finis et mensuria pastenate arboribus et vitis et factum ibidem arbustum vitatum, quomodo de tantos annos locus ipse meruerit, et iam in antea, dum eos tenere voluerint, ipse amatus et eius eredes omne annum eos suis temporibus, qualiter merue-

---

[1]) Eius *heredes ?*

rit, laborare et propaginare et cultare de super et de subter ut bene pareat laboratum, et omne annum per novum tempore pars eidem ecclesie sancti maximi scire facere, et nos vel pars eidem ecclesie omne annum se ad ipsa vindemia plicare et illis eos vindemiare, et ipsum nostrum hominem, quem ad ipsa vindemia steterit, illis eum ad sua bibendum abere, dum ad ipsa vindemia steterit, et totum ipso vinum et ipso terraticum in tertiam partem nobiscum vel cum pars eidem ecclesie dividère: illis inde tollat due sortionis, et pars prephate ecclesie unam sortem; et ipsa sortionem, quem de predictum vinum ad pars eidem ecclesie evenerit, illis eos adducere usque ipsum cellarium sancti maximi ad ipsi parieti de locum nuceria, et a quo noluerint in predicta ratione eos ad laborandum tenere, tunc ipse duabus pecie de terra cum arboribus vitatis remittere ad potestatem prephate ecclesie. quod si omnia, que supra legitur, nobis vel ad nostros successores et ad pars eidem ecclesie non adimpleverit, hobligavit se per eadem guadia et filiis et eredes suos ad componendum nobis vel ad pars eidem ecclesie sibe ad successores nostros decem aurei solidos constantinos.

† ego guiso subdiaconus et notarius interfui et hunc brebem scribsi

† ego qui supra maio

† ego iohannes

† ego maraldus subdiaconus et notarius interfui.

CCXVI.

A. D. 962.

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense iulius quinta indictione. quadam vero die, dum exemus nos radelgrimus et petrus iudicibus in sacratissimo salernitano palatio ad signulis audiendum et diffiniendum causas, tunc quoram nostris presentiis coniuncti sunt gregorius abbas ecclesie sancti maximi et una cum illum adesset richardus notarius adbocatorem eius cum maranculo et . . . . . . naturali filii iohanni presbiteri ad faciendum inter se finem de terra cum casa solarata de intus hec salernitanam cibitatem propinquo eandem ecclesiam sancti maximi, qui supra statim ipsi germani ostenderunt due scriptionis, et ipse abbas una scriptione; et ideo monimen ipsa relegere fecimus. una scriptione de ipsi germani continebat, qualiter pro qua maralda, qui dicebat fuisset genetrice illorum, hobligaberat se deserbiendum ipsius iohanni presbiteri, et ipse iohannes presbiter per guadia se ipsius mulieri hobligaberat et dederat medietatem terra et casa sua. ipsa alia scriptione conti-

nebat, qualiter ipsius iohanni presbiteri ipsa casa ad residendum data fuit per guaiferius comes et maionem castaldum. ipsa scriptione, quod ipse abbas ostendit, continebat, qualiter ipse iohannes presbiter cum theodericus notarius adbocatorem suum manifestaberat de ipsa terra et casa per finis: de una parte fine ipsius ecclesie: de due partis bia: de super fine qui fuit iohanni acinelli, ut pertinentes esset de monimen ipsius ecclesie que ostensa fuit; et neque per testes, neque per monimen, neque per possessione, neque per nulla ratione adbersus prefata ecclesia de predicta terra et casa causare aut contendere non poteret, et ante presentia truppoaldi et pandoni castaldis et iudicibus sua bona bolumtate terra ipsa et casa pro partibus ipsius ecclesie per surte retradiderat ipsorum guaiferi comiti et maioni et guaimarii ad possessione ipsius ecclesie: scripto erat iudicatum ipsum per theodelgrimus notarius et ibidem scripti ipsi truppoaldus et pando. cum quo monimen ipsa per partes relecta est, interrogabimus ipsi germani, ut si per alia monimen et rationem ipsa terra et casa sua facere poteret; at illi manifestaberunt, ut per nulla alia scriptionem et rationem ipsa casa et terra sua facere poteret, nisi per ambo sue scriptionis quod ostenderunt. nos superius dictis iudicibus audiente et agnoscente per partes ipsa monimen, tunc iuxta legem iudicabimus, ut amodo et semper pars ipsius ecclesie sancti maximi et eius rectores terra ipsa et casa securo nomine abere et possidere sine requisitione vel contrarietate ipsorum germani et de eorum eredes, pro eo quod ipse iudicatum ipsius ecclesie continet, ut ipse iohannes presbiter genitor eorum manifestasset, ut de predicta terra et casa causare aut contendere non poteret, et inde pro perpetua securitate ipsius ecclesie hunc nostrum diffinitionis emisimus iudicatum, quod tibi petri notario scribere dictabimus qui interfuisti.

† ego qui supra petrus iudex.

† ego qui supra radelgrimo iudex.

CCXVII.

A. D. 962.

† In nomine domini anno tricesimo principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense augustus quinta indictione. memoratorium factum a nobis gregorius presbiter et abbas ecclesie sancti maximi unaque cum radechis notarius adbocatorem meum, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia wadia nobis dedit garofalus filius iohanni et ipse sibi mediator exibit tali ordine, ut amodo et usque decem anni completi liceat illum tenere et laborare una pecia de terra cum castanietum et bacuum uno teniente, qui pars eidem nostre ecclesie que habet in locum

montoru rotense finibus per ec finis: de suptus fine flubio riu sicchum: de uno latere fine de eredes iohanni capuani et deinde perbadit in fine leudi: de super capite fine bia pulbica: de alio latere fine ademari, et descendente in fine calendi et pertange in fine de eredes iohanni et descendente in fine . . . . . benebentano. infra ipse finis liceat illum in ipsa terra cum castanietum et bacuum . . . . . . laborare et ipsum castanietum bigilare et illum salbum facere, et per tempore ille eum colligere . . . . utilitatem iuxta rationem ibidem facere, et quante castanie exinde collexerit, castanie ipse seccare, et secche cum pars nostre ecclesie dibidere; ille tollere exinde due sortis, et in partibus nostre ecclesie dare una sorte, quod est tertiam partem: similiter et in ipsa terra bacua liceat illum ibidem laborare et in terra ipsa seminare, et de que annualiter ibidem seminaberit, stetit dare in pars nostre terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, scepto si pars prefate nostre ecclesie ipsa terra bacua infra ipso constitutum cuicumque ad pastenandum dare boluerit, potestatem abeat pars nostre ecclesie eos dare ad pastenandum cui . . . . et liceat illum de ipso castanietum arbores iuxta rationem inde abscidere . . . . . . de ipso castanietum. et si taliter omnia per supradicto ordine in partibus ipsius ecclesie ipse garofalus non adimpleberit, tunc per iamdicta wadia obligabit se ad componendum in partibus ipsius ecclesie decem solidos constantinos. et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfui.

† ego iohannes presbiter

† ego adelchisi presbiter.

CCXVIII.

A. D. 962.

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense augustus quinta indictione. ideo que ego mulier nomine richarda filia quondam gaidenardi et primis fui uxor gaidelgardi filius radelperti, et sequentem abui virum bassus filius comperti habitatores de locum nuceria, dum me invalida infirmitatem iacere cognosco, et nisi divina misericordia mihi obviaverit, citius ab ac luce vitam finire spero, set tamen profiteor me plenam abere mente et recte loquere valeo; cogitavi enim, quomodo rebus mea disponere et iudicare, et qualiter post meum ovitum ipsas rebus mea pro meis salutis anime distributum fiat, et ut pleniter eos iudicare et perficere valerem, ego superius richarda feci exinde notitiam gai-

doni et petri et achenolfi filiis meis, quem de ipso gaidelgardo priore viro meus genitis abui, et eis postulavi, ut mihi consentientes hunc adimplendum iudicatum testamenti ; et ideo ab ipsi filiis meis sum exaudita et ante presentia maioni castaldi et ante aliis subscribti testes ipsi nominati filiis meis mihi fuerunt consentientes. et ideo ego superius richarda et una mecum ipsi predicti filiis meis unanimiter parique consensu tradidimus tibi gaidenardi sacerdoti rectorem ecclesie sancti marcelli , que situs est in eodem locum nuceria , tote et inclite ambabus ipse quarte, quem per meus morginchap . . . . acceptura de omnibus rebus substantiis ipsorum gaidelgardi et bassi qui fuerunt viri mei ; in eo ordine , ut si iohannes et lando germani filii ipsius bassi infra septem dies post meum ovitum dederit vobis sibe ad hominem, aput quem iste scriptus paruerit, quattuor aurei boni, tunc ipsa quartam, quem me de ipse casa fabrita ipsius bassi contangere debet, qui sunt a super ipsa turre mediana domnica, remittite ad illorum potestatem cum finis et vias suas ad securiter et firmiter ipsi germani et illorum eredes illos abendum et faciendum omnia, que eis placuerit absque omni nostra mater et filiis et de nostris eredibus contrarietatem et requisitionem ; et ipsa terra cum ipsa casa lignitia, que est in ipso ortale a super ipsa curte que fuit ipsius bassi viro meus , inclitam casa et terra ipsa, ubi ipsa casa posita est, firmiter abeatis vestre potestatis, ad faciendum exinde omnia que volueritis, et omnia et qualiter illud dederitis, stabilis permaneat omni tempore absque omni requisitionem nostra nominati mater et filii et de nostris eredibus ; et ipso aliud, qui remanserit de ipsa quarta de rebus eidem bassi, et tota ipsa quarta, que me de rebus nominati gaidelgardi contangere debuit, sit in vestra potestatem in ea ratione , ut si ipsi nominati gaido, petrus, achenolfus et gaiderisi filiis meis infra dies septem post meum ovitum dederit vobis sibe ad hominem, aput quem iste iudicatus paruerit, sex aurei tari boni, tunc illud remittite ad illorum potestatem at securiter illis et eorum eredibus eos abendum et faciendum omnia que eis placuerit. et si infra septem dies post meam defunctionem ipsi nominati iohannes et lando et ipsi filiis meis predicti tari, qualiter superius dictum est, vobis non dederit , tunc licentiam et potestatem abeatis vos qui supra gaidenardus sibe homo ille, aput quem iste scribtus paruerit, ambabus ipse quarte inclite de omnibus rebus, que fuit ipsorum gaidelgardi et bassi viris meis, venundare, quomodo melius potueritis et deus vobis inspiraverit , et qualitercumque inde dederitis , firme et stabilis permaneat omni tempore, et quantum pretium de predicte ambabus quarte tuleritis, distribuite illud in ipsa congregatione de nuceria. de quibus obligavimus nos superius mater et filii et nostris filii et eredes, ut si de omnia, quomodo superius disposui et iudicavi, aliquid exinde remobere et retornare vel minuare inde quesierit , ad compositionem siant obligatus ille qui talia egerit ad componendum ad hominem, aput quem iste scribtus paruerit, quinquaginta aurei solidos; et il-

lorum questio modis omnibus tacita inde permaneat omni tempore. et te guisonem subdiaconum et notarium scribere rogabimus. actum nuceria.

† ego qui supra maio

† ego madelfrid

† Ego iohannes.

CCXIX.

A. D. 962.

† In nomine domini anno tricesimo principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense nobember sexta indictione. memoratorium factum a me gregorius presbiter et abbas ecclesie sancti maximi una mecum adesse petrus castaldus advocatorem meum, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia guadia nobis dederunt adi filius iohannis et iohannes filius ursi, qui sunt socrum et genero, et se ipsis nobis mediatores posuerunt, et per eadem guadia obligaverunt se suisque eredibus amodo et usque quindecim anni completi tenerent ad suam potestatem terra cum arbustum et bacuum, quod pars iamdicte ecclesie abet in locum barbazzano finibus nucerie; qui abet finis de una parte fine bia publica et pertanget in terra, qui fuit mauriperti, et inde coniungit in ipsa bia qui ibidem intrant et bia, qui badit in curte que fuit iohannis clerici, et pertanget in terra ipsius iohanni clerici, sicut bia commune discernit; et de alia parte fine terra qui fuit de eredes maurici, sicut semita discernit, et exiente in ipsa bia qui ad ecclesia sancti polisti deducit; et de alia parte fine terra supradicte ecclesie sancti polisti: et de alia parte fine terra de eredes grisioni clerici et reconiungente in ipsa bia publica quod est priore fines. hec vero res, qualiter ipse finis posite sunt, totum in integrum eos tenere ad suam potestatem tenendum et dominandum, et fobee et omnis sua utilitate ibidem faciendum, et casa ibi facerent, et ibidem residere et abitare, et annualiter ipso arbustum lavorarent de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, ut bene pareat lavoratum, et ubi meruerit illos propaginare et arbores plantarent et salbum eos facerent, et hoc annum illis facerent nobis. una bucte capientem horne decem et ad tempum facerent nobis una alia tale bucte, et per tempore de vindemie faciant illis scire pars predicte ecclesie et ibidem dirigamus hominem ad recipiendum ipsa nostra sortione, et illis eos vindemiarent, et quantum vinum et poma inde exierit, per medium inter nos dibidamus: pars nostre ecclesie tollad eos medietatem, et illis medietatem, et illis ipsa nostra sortione portarent

usque ipso castellum, et ponent eos in casa sua in ipsa organea et faciant eos salbum, dum inde illut tollamus absque degeneratione et igne ; et qualem hominem pars eidem ecclesie ibidem direxerit pro ipsa sortione recipiendum, illis eum notrire, dum ibidem fuerit, secundum sua possibilitate; et que annualiter infra ipse finis seminaverint , darent inde terraticum in ipsa ecclesia secundum consuetudinem de ipso locum. ad completo ipso constitutum, si illis vel eorum eredibus inde exire voluerit , licead illis inde exire cum omnis sua causa et ire ubi voluerit : tantum ibidem dimittant ipsa casa de ligna , quod ibidem factam abuerint, sicut conciata vel edificata fuerit. quod si taliter omnia suprascripta im pars eidem ecclesie non adimpleverint et quesierit aliquit exinde remobere aut contrarent, decem solidos costantinos componere obligaverunt se suisque eredibus nobis nostrisque successoribus et in pars iamdicte ecclesie. et ego petrus notarius interfui et hunc brebem scripsi.

† ego lamfreda

† ego madelmo

† ego madelmo.

CCXX.

A. D. 963.

† In nomine domini anno tricesimo principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense ianuarius sexta indictione. ante nos guaiferius castaldus et petrus iudicibus causaverunt bisantio comes filius quondam adelferi thesaurarii , et madelfrit thesaurarius filius landolfi thesaurarii, et adelferi castaldus filius quondam roffrit comitis et madelfrit referendario filius adelferi referendario et comes cum atrianensis hominibus, y sunt manso filius sergi et cum ursus filius quondam marini iudici, ut malo ordine tenere terris et vineis in locum beteri salernitane finibus pertinentem illorum per suis rationibus. ipsi suprascripti atrianensi dixerunt tenere terris et bineis in eodem loco beteri , set non malo ordine et rationem inde abere dixerunt ; et ipsi benebentani dixerunt similiter rationem inde abere. ex quo inter eis iudicavimus, et per partes illis guadiare fecimus utrisque partibus plicandum se cum suis rationibus, et secundum legem inter se exinde finem facere. unde ipsi benebentani posuerunt mediatorem madelfrit clericus et notarius, et ipsi manso et ursus posuerunt mediatorem sergius filius ligori qui dicitur botornino. et taliter pro parte de ipsi atrianensi scribere fecimus te petrus notarius qui interfuisti.

† ego qui supra guaiferius
† ego qui supra petrus iudex.

CCXXI.

A. D. 963.

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri Gysulfi Glorioso principe mens ianuario quinta[1]) indictione. Ego guido filius quondam urso, qui fui natibo de lauriiana[2]) et modo sum abitator in locum ancilla-dei,[3]) per combenientiam coram bonorum hominum supscriptorum testium et per anc cartula et per manus domno petrus abbas sancti archangeli, qui constructum est in mons capacii, optuli inclita mea rebus in iamdicto monasterio cultum vel incultum cum omnia intra ipsa rebus abentes indeque pertinentes cum aquis, finis et vice de biis, ubicumque vel quomodocumque per qualiscumque rebus michi est pertinente per tota fine de cilento; in tali vero hordine, ud ipsa suprascripta rebus fiat in mea meique eredibus potestatis usum fruendi nato nasciente et de frudio faciamus quod boluerimus, et faciamus serbitium annualiter in iamdicto monasterio, sicut aliis hominibus, qui abunt offerta rebus in predicto monasterio, et omni tempore retdamus rationem in parte iamdicta ecclesia. Et si sicut scripta vel ex eis quicquam remobere vel contrare, aut retroare[4]) quesierimus per qualiscumque ingenium vel rationem, per combenientiam obligo me ego guido et meis eredibus ad componendum tibi predictus abbas tuosque posteriores et in parte iamdicti monasterii, vel cui scriptum istum pro vice de iamdicta ecclesia in manu paruerit, triginta solidi auri costantini, et quod supra legitur in predicto hordine firme et stabile permaneat. Et iterum, si nos vel nostris filii et eredes sine filio vel filia defuctis fuerimus, vel si de anc terra exierimus, suprascripta rebus beniat in potestate de iamdicta ecclesia securo nomine. Et si in anc terra rebersi fuerimus usque in tribus annis, suprascripta rebus nobis nostrisque eredibus redeat potestatis, qualiter in die illa inbenerimus, et nos reddamus rationem et serbiamus in iamdicto monasterio omni tempore nos et nostris eredibus in predicto hordine. Et taliter scribere rogabi te sammarus presbiter et notarius.

† ego achinu presbiter.

---

[1]) *Quinta*, lege *sexta*.
[2]) *Lauriiana*, vicus in Cilento.
[3]) *Ancilla dei*, pagus in Cilento, nunc *Ancellara*.
[4]) *Retroare*, idem ac *retroagere* — abrogare.

CCXXII.

A. D. 963.

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri gisolfi glorioso princeps, mense februarii sexta indictione. ante me petrus castaldus causavit gregorius presbiter et abbas rector ecclesie sancti maximi una cum suo adbocatore cum roffus filius guisenolfi de locum barbazzanu finibus nocerie, ut malo ordine et sine ratione rebus teneret prephate ecclesie sancti maximi in locum predicto barbazzanu erga ipsa curte et terra de ex eadem locum barbaciano, quod domna rumelgaita in suo nomine comparatum abuit quondam iohannes filius griselgari clerici ad laborandum tenuit da partibus ipsius ecclesie. quo audito ipse roffus talia adbersum se causanter, responsum reddidi eorum dicendum, tenere rebus in ipso locum barbaciano erga ipsa curte et terra, quod superius legitur, pro qua mea esset pertinentem per mea ratione, et autorem inde abeo, qui rebus ipsa mihi benumdedi. unde nos superius castaldus taliter ipsum roffus manifestantem et dicentem haudibimus et agnobimus, iudicavimus et utrisque partibus eis guadiare fecimus, ut ipse roffus plicaret se cum suis rationibus, qualiter inde dicebam aberet et cum ipsum supradictum autorem, quot inde nobis secundum legem in manum mittere, ante presentia superii gloriosi principi et ante eius bestigiis et secundum legem inter se exinde finem faciat. unde ipse roffus de ipsa guadia mediatorem eorum posuit mari filius adelgardi clerici, et ipse predictus abbas cum suo adbocatore mediatorem ei posuit. et hunc iudicatum scribere fecimus te ildericus subdiaconus et notarius qui interfuisti.

† ego qui supra petrus.

CCXXIII.

A. D. 963.

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri gisolfi glorioso princeps, mense magius sexta indictione. memoratorium factum a me manso filius quondam de musco comes cibes amalfitanorum, eo quod in nuceria ante bonorum homines, quibus subter scribti sunt, tradidit atque dedit petri filius quondam madi, qui dicitur rodeghise de locum nuceria,

ipsa sortione mea de ipsum monte sancti pantaleoni ubi dicitur ipsa turella [1]), quantum mihi predicti mansoni amalfitani pertinet da dauferius socrum meum; talis namque ordine illos eidem petri tradidit adque dedit usque in tres annos espletos, ut liceret ei ipsa sortione mea de ipsa torella teneret et dominaret, et frugiaret et ad frugiandum daret. unde pro taliter guadia ipse petrus michi dedit et mediatorem mihi posuit urso germanum suum, tali ordine, ut daret michi ipse predictus petrus omnem annum usque ipsum constitutum de ipsum predictum frugium de ipsa sortione mea tantum pretium, quantum ipsi alii consortifices nostros de ipse sue sortionis per singulum de ipsa torella tollere debuerit. quod si taliter ipse predictus petrus et eius eredes nobis nostrisque eredes taliter non adimpleberit, obligavit se per eadem guadia ad duplum ipse predictus petrus et eius eredes nobis nostrisque eredes daret, et omnia suprascribta per ipsa constituta per invitis nobis adimplere. et hunc brebem scribsi ego ildericus subdiaconus et notarius qui interfui.

† Ego Iohannes

† ego petrus

† ego grimoald.

« *Eadem charta aliud continet documentum sequentis tenoris* »

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri gisolfi glorioso princeps, mense magius sexta indictione. memoratorium factum a me manso amalfitanus filius quondam de musco cômes cibes amalfitanorum, eo quod in nuceria ante bonorum hominibus de ex eodem locum, quibus subter scribti sunt, tradidit adque dedit leocari de locum sancto marzanu [2]) ipsa sortione mea de ipsum monte, qui dicitur de pinzillu ubi dicitur ad caprile, et ipsa sortione mea de ipsa clusa de ipsa aqua de ballitellu transactibus nomen ipsius leocari tradidit atque dedit usque in tres annos espletos ipsa sortione mea de ipsum monte de pinzillu, et ipsa alia sortione mea de ipsa clusa da ballitellu, qui michi est pertinentem da partibus dauferi socrum meum, tali ordine illos eidem leocari tradidit ipsa sortione mea de ipsum monte, ut liceret eum de ipsa sortione mea de ipsum frugium faceret quod ei placuerit usque ipsum constitutum, et pro ipsum frugium de ipsum monte daret nobis inde omne annum tantum pretium, quantum aliis consortifices nostris per singulum tollere debuerit, et de ipsa predicta clusa de ipsum predictum ballitellum teneret et dominaret et piscaret et ad piscandum daret, et de ipsa piscamen, quod in ipsa

[1]) *Turella* vel *Torella*, hodie *Torello*, qui est pagus prope Ravellum in territorio amalphitano.

[2]) *Sancto Marzanu*, pagus in comitatu S. Severini.

eadem clusa et in ipsa aqua piscaberit, daret nobis inde talem sortionem, qualem et aliis consortifices nostros per singulum inde tollere debuerit. unde pro taliter guadia ipse leocarus nobis dedit et mediatorem nobis posuit sergi filius quondam cali de locum pau [1]), tali ordine, ut si quis per ipsa constituta ipsum pretium de ipsum monte et ipsa piscamen de ipsa aqua et de ipsa clusa de ipsa aqua nobis ipse leocarus et eius eredes omne annum usque ipsum constitutum non dederit et taliter nobis nostrisque eredes non adimpleberit, obligavit se et suos eredes per eadem guadia ad componendum nobis nostrisque eredes decem solidos aureos costantinos et per invitis omnia suprascribta nobis adimplere, et ad completum constitutum ipsum remittere ipsa sortione mea de ipsum monte et ipsa sortione de ipsa clusa et de ipsa aqua ad nostram potestatem. et hunc brebem scribsi ego ildericus subdiaconus et notarius qui interfui.

† Ego Iohannes

† ego petrus

† ego grimoald.

CCXXIV.

A. D. 963.

† In nomine domini anno tricesimo primo principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense september septima indictione. memoratorium factum a me gregorius presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, una mecum adesse romoaldus notarius advocatorem nostrum, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia guadia mihi dedit stefanus filius quondam ermenandi et mediatorem mihi posuit seipsum, et per eadem guadia obligavit se suisque eredibus tenere ad sua potestate terra vacua, quod abet ipsa ecclesia in locum plubviciano rotense finibus per hec finis: de duobus partibus fine bie publiche: de alia parte fine rebus ecclesie sancte marie pertinentem episcopii salernitano, sicut limite discernit et termiti ficti sunt: de alia vero parte fine predicte nostre ecclesie, sicut limite discernit et termiti ficti sunt. hec vero res infra ipse finis totum ad suam potestatem tenere et dominare, et lavorare, et eos pastenare ad partionem arbustum amodo et usque decem anni completi, et usque ipso constitutum omnis sue utilitatis ibidem facere, et quantum vinum et frugens amodo et usque ipsi decem anni inde exierit, totum eos sibi abere et nullam inde queramus eorum tollere. ad completi autem ipsi decem anni

---

[1]) *Pau* vel *Pao*, vicus olim situs prope Nuceriam Paganorum.

ille autem et suis heredibus abeant tota ipsa terra pastenata et factos et operatos arbustum, sicut locus ipse meruerit ut bene paread factos, et operatos, et lavoratos, et plicaret se vel suis heredibus et nos vel successores nostros, et tota ipsa terra per ipse finis per medium dibidere: pars ipsius ecclesie prius tollad eos medietatem, et ipsa alia medietatem tradamus illorum per talem securitatem, sicut brebem eius continet. quod si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit removere aut contrare et talia non adimpleverint, componere obligavit se suisque heredibus nobis nostrisque successoribus et im pars ipsius ecclesie triginta auri solidos costantinos, et apposuit et obligavit nobis ad pignerandum omnes pignera sua legitima et inlegitima. et ego petrus notarius interfui et hunc brebem scripsi.

† ego audoaldus

† ego alfanus.

In calce eiusdem chartae describuntur fines a Notario = de una parte fine via que vadit per pedem de monte nostre hecclesie, inde sunt passi XXX VIIII et medium; alia quidem parte fine nostre hecclesie, sicut limite et media sepe disscernit, inde passi LXXII et medium; de alia parte fine bia publica, inde sunt passi LXXXI; alia quidem parte fine rebus hecclesie sancte marie, sicut limite et termiti disscernunt, inde sunt passi L.

CCXXV.

A. D. 964.

† In nomine domini anno tricesimo primo principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense ianuarius septima indictione. Ideo que nos iohannes magister filius quondam ursi, qui fuit tramontano, et mulier nomine maria qui sumus coniugatos vir et uxor, inspirabit nobis dei omnipotentis misericordia, ut pro nostre salutis hanime libertaremus unum serbum nostrum nomine iohannes qui fuit ex genere francorum; et ideo ego nominata mulier per consensum et volumtate ipsius viri mei, in cuius mundium me subiacere palamfacio, et ideo nos amboque vir et uxor pro cristi et salbatori nostro misericordiam quam et pro remedium salutis anime nostre per anc cartulam te nominatus iohannes tota tua persona libera absoluta costituimus inter omnes liberi ominibus, tali tinore, ut amodo et cumtis diebus bite nostre qui supra viri et uxori in omnibus nobis deserbiatis, ubi aut qualiter nobis placuerit. post vero nostrum hobitum ab illo die tu nominatus iohannes liberum et absolutum maneatis cum omnis vestrum

iusto conquisitum, ubi aut qualiter volueritis nichilque super vos abentem aliqua conducione [1]) vel aldietate, et ubi ab illo die ambulare et exe volueritis, liberam abeatis potestatem ambulandum et exe ubique vultis absque omni contrarietate vel requisitione de nostris heredibus aut cuiqua hominibus; et per anc cartulam obligamus heredes nostras, ut si aliquando tempore post nostrum qui supra viri et uxori obitum, ut si te nominatus iohannes in serbitium subdere aut replicare quesierint, aut si aliquit de ec carta contradisserit, tunc primum omnium questio et causatio illorum sit exinde tacita et vacua, et biginti auri solidos costantinos componere obligabimus heredes nostras tibi nominati iohanni, vel cui anc cartulam vice vestra im manu paruerit, et, sicut dictum est, omni tempore liberum et absolutum permaneatis, et vestrum conquisitum firmiter abere et possidere valeatis. et taliter scribere rogabimus te madelmus notarius. actum salerno.

† ego truppoald

† ego radechis notarius me subscribsi

† ego romoaldus

† ego maio

† ego ursu

† ego truppoald.

CCXXVI.

A. D. 964.

† In nomine domini anno tricesimo secundo principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense iulius septima indictione. hideo que nos maraldus et iaquintus germani. . . . . declaramus habere terre nostre bacue in locum beteri, qui est suptus ipso monte in ipso plano non multum a longe . . . . . . communiter illut donare domnandi et iaquinti aurifici filii quondam amasiani aurifex tota res ipsa que . . . . nobis pertinentes est res ipsa habere a partibus da predicto genitori nostro. et ideo nos superii nominati germani, vona etenim nostra vona volumtate, per hanc cartula donamus atque ad semper habendum confirmamus vobis nominati domnandi et iaquinti tota et inclita res ipsa, quantum quantoque in ipso locum veteri habemus suptus ipso monte, sic in integrum illut vobis eos donabimus cum

[1]) *Conducione*, idem ac *conductione*.

dibersis finis et biebus suis et cum omnia infra se habentibus omnibusque suis pertinentiis ad securiter hamodo et semper tu iamdictis germani quam et vestris heredibus ipsa nostra donatione omni tempore illut eos habendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum que volueritis apsque nostra vel nostrorumque heredibus contrarietate vel requisitione, aut de qualibet hominibus. Unde nec nobis de exdicta nostra donatione nec cuiylibet ominibus dicimus remanere aliqua sortione nec cuilibet hominibus; unde pro hanc nostra donatione firmandum, nunc a presentis iusta legem recepimus a vobis launegilt camiso uno: finitoque vero nostra donatione per supsceptum launegilt, ea quidem ratione obligamus nos qui supra maraldus et iaquintus donatori et nostris heredibus vobis nominati domnandi et iaquinti et ad vestris heredibus exdicta nostra donatione, velut superius legitur, vobis eos defensandum a partibus de uxoribus nostris et da omnis homines omnique partibus, cui per nos haut per nostris heredibus vel exinde datum vel obligatum paruerit, vel qui pro nostre partibus emiserit vobis quacumque causationis. quod si taliter nos vobis eos non defensaberimus predicta nostra donatione cum vice de via sua, ut dudum dictum est, vel si nos ipsi forsitans per quabis modis haut ingenium de predicta nostra donatione vobis aliquit inde tollere haut contrare quesierimus, tunc primum omnium questio et causatio nostra adbersus vos sint exinde taciti et bacui permaneamus, et ad compositione siamus nos suprascripti donatori vel filiis et heredibus nostris vobis nominati domnandi et iaquinti vel ad vestris heredibus de donum et launegilt vobis iustitiam persolbere obligamus. tamen, quando de exdicta nostra donatione vobis contentionis fuerit exurte, tunc vice nostra cum ipsa monimina, que modo vobis de ipsa res in defensione dedimus, de illi ominibus alterii vobis aliquit exinde contentionis preposuerit, tunc vice nostra cum ipsa monimina, que vobis in defensione, velut superius legitur, dedimus, in omnibus cum illis causare et omnis beram et legem et iustitiam exinde recipiatis, tamquam nos debueramus, et per vos ipsis siatis exinde auctores et defensores omni tempore illis et heredes eorum cum ipsa monimina in suprascripta ratione. tamen nos superdicti donatoris nos vobis et nostris heredibus defensemus da illi hominibus, cui per nos exinde per quabis modis datum vel obligatum paruerit, vel qui pro nostre partibus emiserit vobis quacumque causationibus et, ut superius dictum est, predicta nostra donatione securiter omni tempore vos vestrisque heredibus habeatis cum vice de via sua in supradicta ratione. et tali ordine te antipertus notarius scribere rogabimus. actum salerno.

† ego rodelchisi levita

† ego radecisi

† ego rodericu

† ego maio

† ego ademari.

CCXXVII.

A. D. 964.

† In nomine domini anno Vicesimo primo principatus domni paldolfi gloriosus princeps et tertio anno principatus domni landolfi eximii principi, mense agusto septima indictione. Memoratorium factum a me andrea genero domeneke monache, eo quod ante presentia siconolfi comitis palatii causabit cum ursu et cum genco germani filii ciciri, qui et castelmanno vocabat, dicendum, ut malo ordine et sine rationem tulisset frugium de ipsam rebus mea de loco valneo et de loco caprilia [1]), quod una cartula mea continet, quod presens ostendit et relecta est ante supradictum comitem palatii; que continebat, quomodo superius dictus castelmanno, qui et cicero vocatur filius ursi, donaberat michi quartam partem de ipsam rebus suas de iamdicto loco caprilia et de balneo, seo et de ipse case de intus civitatem abellini, quam et de ipsis mobilibus cum quartam partem de ipsas moniminas, que de ipsis rebus et casis sunt pertinentes adque continentes; et ipsis rebus ec sunt: curtis, ortalis, bineis et vinealis, castanieta, escleta, cerreta, monti, plano, cultum adque incultum, omnia et in omnibus ubicumque de rebus et casis adque mobilibus suis inbentum fuerit, inclitam quartam michi exinde donaberat, et aliis quibus in eadem cartula continet: scripta ipsa cartula per gaidone subdiacono adque notario in anno septimo decimo principatus domni landolfi gloriosus princeps et anno tertiodecimo principatus domni paldolfi filii eius de mense iulius per indictione quartadecima, et ibidem erat testi ildeprandus et maio et sasso. set dum causabit ego cum ipsi prenominati dicendo, ut malo ordine et sine rationem tulisset frugium de ipsa portionem meam de ipsam rebus et illos michi contrasset; quero enim exinde ab eo responsum audire et legibus exinde cum eo finem facere. supradictus comes palatii interrogabit eum quis exinde dicere; ille autem dicebat, ut non esset beritas. Quod audito supradictus iudicem, iudicabit adque per suum iudicium inter nos guadiare fecit, ut secundum legem iuraret michi ad sancta dei evvangelia et dicere, ut malo ordine et sine rationem frugium de ipsam portionem meam de ipsis rebus non tulisset nec illos michi contrasset, de taliter michi iurandum, mediatorem michi posuit bisanteo genero rodelgrimi, et ego mediatorem ei posuit. ego gaiderissi subdiaconus adque notarius oc brebe scripsit ex iussionem supradicti comitis palatii.

† ego qui supra siconolfus comes.

[1]) *Valneo*, vel *Balneo*, *Caprilia*, vici intra fines Salerni et Avellini.

CCXXVIII.

A. D. 964.

Summarium tantum hujus chartae, vetustate penitus abrasae, exibemus.

† Trigesimo secundo anno principatus domni Gisolfi , mense Decembri octava indictione. Concessio terrae cum vinea et vacuo et castanieto et saliceto de loco Lirino facta Leoni calzolario filio Maionis monachi a Grimoaldo presbytero filio quondam Ciceri ad tria frugia recolligenda pro medietate vini et consueto terratico, si seminaverit, pro ecclesia Sancti Maximi. *Finis textus*. . . . . quod si aliquit de quod superius legitur, quesierit removere aut contrare et talia nobis non adimpleverit, componere nobis se obligavit decem solidos constantinianos. et hunc brebem scripsi ego petrus notarius qui interfui.

† ego truppoald

† ego maraldus presbiter

† ego ursus presbiter

† ego petrus

† ego maio

† ego Leo.

CCXXIX.

A. D. 965.

† In nomine domini nostri ihesu Cristi sexto anno imperii domni basili et domni constantini sanctissimi imperatoribus nostris , Mense februarius hoctaba indictione. Ideo que ego urso filius iohanni, qui supranominatus da libolta se bocat, ex loco iana pertinentiis tranensis civitatis, Dum in dei omnipotentis misericordia te quidem puella nomine bisantia filia magni ex civitate melfi in meo sociavi coniugio, Tunc in alia die botorum nostrorum ante amicos et parentes secundum ritus gentis nostre langobardorum per hunc videlicet scriptum et a testibus roboratum do adque trado tivi predicte uxori mee morgincap, hoc est quartam pars ex omnibus rebus supstantiis meis stavilibus et movilibus, tam quod modo abeo, quam

quod amodo in antea parare aut conquirere potuero undecumque vel quomodocumque, Idest Casis, Casilis, Curtis et plateis, tam infra civitatem Quam et de foris per villis, Vineis, Vinealis, Territoriis, Campis, Silvis, pascuis, pratis, Aquis, Cisternis, facora [1]), piscine, Olibetis . . . . et ceteris arboribus pomis fructiferis atque infructiferis, Cultum vel Incultum, cum Servis vel Ancillis, peculia magna et parva, Aurum vel Argentum, de omnia et in omnibus, ut superius legitur, tivi que supra uxori mee quartam partem dedi adque tradidi, in ea quidem ratione, ut amodo et semper, quomodo in edicti continet pagina, in tua que supra uxori mee sit potestate; et neque a me qui supra viro tuo, neque ab eredibus meis neque a nullo quopiam hominem abeas aliquam requisitionem aut contradictionem de supradicta ec mea traditionem, set perpetuis temporibus securiter et firmiter, sicut prelegitur, tu que supra uxor mea posidead. Quam enim cartulam morgincap in supradicta ratione omni tempore firma et stavile permanead; sicut te Urso archidiaconus et notarius taliter scribere rogavi intus in predicta civitate. Actum Mense et Indictione nominata.

† Ego Kaloiohannes clericus et Iudex.

CCXXX.

A. D. 965.

† In nomine domini anno tricesimo secundo principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense aprelis octaba indictione. In sacratissimo salernitano palatio ante supradicta gloriosa potestate, astantibus ego petrus iudex, coniuncti sunt causatores pro pars et vice hecclesie sancti massimi petrus presbiter et abbas eumdem ecclesie et rumoaldus notarius advocatorem eius cum iohannes et maurus atrianense germani filii quondam leoni qui dicitur pirrola, ad faciendum inter se finem de terra cum pastino et vacuum de locum mairano [2]), quod ipsi germani ad pastenandum ad partione datum habent petri libero homine, et iam ante os dies ipse abbas et ipsum suum adbocatorem inde causaberunt cum ipsum petrus, et ipse petrus im manum inde illorum emisit predicti germani, et ipsi germani cum ipsum abbatem et cum ipsum eius advocatorem guadiati fuerunt pars partium, plicandum se cum suis rationibus et iusta legem inter se inde finem facerent. Modo autem propterea sunt coniunti, et ipse abbas oste-

[1]) *Facora*, a voce *Faco*, opificia.

[2]) *Mairano*, vel *Maiorano* apud Forinum in Princ: Salernitano.

dit inde una cartula offertionis, et ipsi germani ostederunt haliquanta monimen per finis et absque finis continentem, inter quos et inbenimus ibi una scriptione, qualiter ipse leo dederat illut in dote filie sue et ipsi germani ab illa eos recollecserat, set non abebat triginta annos. Cum autem tota ipsa monimina fuit relecta, ipsa cartula offertionis continebat, qualiter angelus filius lupi offeruerat in eadem ecclesia septem pecie per finis, set ipsa pecia, unde intentiones habunt que primum continet ipsa cartula per as fines: de una pars fine aqua de forino: de alia pars fine aqua qui dicitur arcella, et de alia pars fine de heredes benedicti: de capite fine de heredes bonilli. monimen, quam ipsi germani ostederunt, non continebat neque ipso forino neque ipsa arcella, nec coniungebat se ibi. una cartula illorum continebat, qualiter parentes eorum paraberat rebus in eodem loco mairano da una mulier, et sceptuaberat inde sortione ipsius angeli. unde interrogabimus ipsi germani, si secundum legem potuerit firmare, qualiter rebus ipsa de parentes suos vel illorum fuisse, sibe per possessione sibe per alia ratione: illis dicserunt talia facere non poterent. Ex quo inter eis iudicabi et per partes illis guadiare feci, pariter cum iudicem pergere super eadem rebus et pars ipsius ecclesie monstrare ipse finis, que ipsa primara [1]) pecia continunt ipsa cartula et iusta legem iurare, ut sicut eos monstraberint, sic legibus exe pertinentem ipsius hecclesie et ipsa cartula, de quantum ipsa prima pecia continet, inde exe pertinentes. unde ipsi germani posuerunt mediatorem costantinus atrianense filius iohanni qui dicitur de maietruda, et ipse abbas posuit ei mediatorem. et taliter scribere fecimus te madelmus notarius qui interfuisti.

† EGO D̅S̅ PETRUS IUDEX.

CCXXXI.

A. D. 965.

† In nomine domini quartodecimo [2]) anno domni paldolfi gloriosus princeps Et octabo anno principatus domni landolfi filii eius, mense magius octaba indictione. Ideo que ego andreas filius guilsemari qualiter ante nobiliorum scriptorum testium declaro me abere hereditatem ad ipso gualdo propinquo abellino; set dum venerunt ad me gualdo filius sindolfi, qui et bricto vocabat, et marando, et riso, et sindolfus germani filii ipsius gualdi, et gaulo filius iaquinti nepote ipsius

[1]) *Primara*, scilicet *primaria*.

[2]) *Quartodecimo*, perperam, lege *quarto* et *vicesimo*.

gualdi, et iohannes filius angeli monachi, et fossemari et troppoaldus et mari germani filii ipsius iohanni, et iohannes presbiter filius ipsius foscemari nepote ipsius iohanni, et domnandus magister ferrarius, et angelus filius petri, et amancio filius (*deest nomen*), et marino filius sofie et conloquium abuerunt mecum, ut de ipsis rebus meis illorum concedere, ut ibidem ecclesia feceremus, ut ego andreas una cum ipsis parentibus et consortibus nostris semper ad communem abeamus nati nascentes; set dum hoc audissem, optime michi faciendum esse comparuit. Propterea ego supradictus andreas, sicut michi congruum est, bona etenim mea voluntatem et per eadem cartula dono atque concedo vobis supranominati gualdo et alii consortibus nostris una pecia de rebus mea de eodem loco gualdo propinquo abellino, sicut videtur esse infra hec finis: de subtana parte fine via puplica: de alia parte fine mea que andree: de alia parte fine proprio limite de ista rebus mea: de alia parte fine similiter meaque andree, sunt passos quinquaginta et pedes quinque. Infra omnes supradicte finis et mensurie tota et integram ipsa pecia de terra vobis supra nominati parentibus et consortibus donavit, in tali vero ordinem, ut ego supradictus andreas vel meos eredes abeamus ibidem talem sortem, qualem unus per singulos de vobis, ut in ipsa terra ibidem ecclesia facere debeamus ad communem et semper ipsam ecclesiam abendum comunaliter ego et eredes meos nati nascentibus, et vos similiter et eredes vestros nati nascentibus. Et aliter statuamus in anc nostra convenientia, ut nos nec nostros heredes nati nascentes, et vos et vestros heredes nati nascentes ut licentiam et potestatem non abeamus ipsa ecclesia et rebus suas et ornatus suos et quicquid habet atque abitura est, ut stabilis debeat permaneret, et ut venderet, aut donaret, aut alienaret per qualibet modum aut ingenium aut inventam rationem ad aliquibus ominibus non abeamus potestatem. Et si surrexerit ex nobis doctos et scientes homines deum timentibus, qui ipsa ecclesiam ordinaverint pro se ipsis et eredes suos et pro vice nostras et eredes nostros, stabilis debeat permaneret, et hec convenientia permaneat in perpetuum nati nascentibus. Et presbiter qui ordinaverint ad regendum ipsam ecclesiam et ordinem ecclesiastico, ipso presbiter debeat ibidem nobis facere et mortuos in ipsa terra sepelire semper debeat, quando nobis necessum fuerit sine dampnu, et ipsa terra infra supradicte finis et mensurie semper debeat essere in potestate de ipso presbiter vel monachus, quod in ipsa ecclesia ordinaverimus pro ipsa ecclesia regendum ad tenendum ipsa terra seu vinea, aut viridiario quod ibidem fecerit, et dominandum et laborandum et usuifruendo de frugibus ipsis, faciendum exinde omnia quod voluerit ipse presbiter seu monachus, qui ipsa ecclesia tenuerit quod ibidem fecerimus. Et pro hanc mea donationem confirmandum atque costabiliscendum, continuo recepit da vos iusta legem launegilt camisum unum, que inter nobis comvenit: finita est ipsam meam donatio, de qua repromitto eo supradictus andreas, et obligo me et filii mei et eredes meos vobis supranominati gualdi et marandi, risi, sindolfi, gaugi, iohanni, foscemari, truppoaldi, et mari,

iohanni presbiteri, domnandi, angeli, marini, amanci, quam et ad vestris heredibus obligo me et meis eredibus vobis supranominati et ad vestris heredibus. Quod si aliquando tempore ipsa peciam de terra infra supradicte finis et mensurie, seu ipsa ecclesia quod ibidem fecerimus, vobis quam et ad vestris heredibus nati nascentibus, seu et ad omines vestros vel mulieribus vestris tollere aut contrare, aut de vestra potestate ipsam ecclesia presumserit, aut supradicta terra et ecclesia vobis da omnis homines ab omni ab omnibusque partibus non defensavero eo et eredes meos vobis et ad redes vestros; ideo ante omnia questio et causatio vacua et tacita sint, et centum solidi constantini vobis conponere obligo, et adversus vos et filiis vestris et vestros heredes eo et meos heredes semper taciti et contemptis maneamus per eadem obligata penam. Et semper debeamus ordinare presbiter aut monachus ad ipsa ecclesia regendum et dominandum et ordine ecclesiastico ibidem faciendum nobis, sicut supradictum est. De qua per bonam convenientiam guadia nos supranominati dedimus inter nos et mediatores nosmedipsos posuimus eo tinore, ut cuncta, que superius legitur, adimpleamus per eadem obligata penam. Et si surrexeri episcopus, aut abbas, aut quislibet homo, qui ipsa ecclesia seu ipsa terra substrahere voluerit de potestate de ipso presbiter qui in ipsa ecclesia ordinaverimus, ut ipsa ecclesia et terra redeat in potestate nostra et de nostris heredibus nati nascentibus. Et post reversionem redire semper debeat ad ipso presbiter, quod ibidem ordinaverimus, sicut supradiximus, et licentiam et potestatem abeat ipse presbiter seu monachus in rebus nostra, et ire ad ipsa fontana et de ipsa aqua aurire et utilitatem suam de ipsa aqua facere, et licentiam habeatis semper semper introire in ipsis rebus nostris de ipso loco gualdo et nos in vestris at lignamen faciendum in ipsa vinea et ad necessarium nostre ecclesie, et casa ibidem facere et ortum conciandum et claudendum, quod ibidem fecerit. Et si ea omnia, que iam supradicte sunt, nos et nostros heredes nati nascentibus non adimplerimus ad ipsa ecclesia, obligamus nos subiacere in supradicta obligata penam et iusto ordinem debeatis lignamen abscidere de ipsis rebus nostris et vos de vestris. Quod te iaquintus subdiaconus et notarius scribere rogavimus in abellino mense et indictione feliciter.

† ego sadelbertus

† ego maraldus

† ego lodoicus

† ego waimari.

CCXXXII.

A. D. 965.

† In nomine domini anno tricesimo tertio principatus domni nostri gisolfi glorioso principe, mense iunius octaba indictione. memoratorium factu a nobis truppoaldus et maio et iaquintus germani filii quondam maioni, eo quod ante subscripti testes volumtarie sue guadia nobis dedit corbus liber homo et filius (*deest nomen*) et ipse sivi mediator exivi, et per ipsa guadia obligavit se, ut amodo et usque quinque anni completi tenere et lavorare terra nostra cum vinea et vacuum uno teniente, que habemus foris porta rotense iuxta ecclesia sancti pauli et sancti cosme per hec finis : de subter parte fine bia que pervadit ad ipsa porta : de alia namque pars fine terra episcopio salernitano, quomodo cristone discernit : de super pars fine qualiter ballone discernit : alia vero parte fine aqua que de canali descendit, qui modo per medium ipsum ballone percurrit ; infra ipse finis ipse quidem corbi eadem vinea temporibus suis lavorare, potare, propaginare, ligare, zappare, et eas custodire et salba facere et bindemiare, et vinum ipsum medietatem nobis dare et medietatem eos sivi habere : et quando nos ibidem casa facere potuerimus, ille autem cum uxore sua ibidem residere et habitare, et omnis sua utilitate ibi facere, et vinea ipsa hoc annum custodire et salba illa nobis facere, et quantum vinum et frugiens hoc annum inde exierit, totum eos nobis dare et nulla sortiones nobis inde tollere querat. preter tollat exinde hoc annum pectiolum [1]) unum, nam da hoc annum in antea binea ipsa lavorare usque ipso constitutum, sicut superlegitur, et quantum frugium da hoc annum in antea inde exierit, medium illut nobis dare et medium eos sivi habere ; et si ipso vacibum nos pastenare potuerimus, tunc hubi illut pastenatum habemus, ille autem exinde curam et bigilationem habere et salbum illut nobis facere, tamen a circo in giro terra ipsa cum vinea et vacuum ex omni parte cludere, ut ibidem animalem maiorinum intrare non possat. et si taliter omnia, que superius legitur, amodo et usque ipso constitutum nobis non adimpleverit, tunc per eadem guadia obligavit ad componendum nobis decem solidos costantinianos et omnia nobis adimplere, sicut superius scriptum est. et hunc brebem scripsi ego radechis notarius et interfui.

† ego audualdus

† ego petrus.

---

[1]) *Pectiolum*, idest modica terrae pars. Addendum hoc exemplum illi allato in Du Cange sub voce *Petiolum*.

CCXXXIII.

A. D. 965.

† In nomine domini anno tricesimo tertio principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense december nona indictione. memoratorium factum a me maurus atrianense filius quondam leoni, qui dicitur pirola, eo quod ante presentia. . . . . . pro vice mea et iohanne germanus meus coniuntus sum cum petrus presbiter et abbas ecclesie sancti massimi et una cum eo esset romoaldus notarius advocatorem suum ad faciendum inter nos comvenientia de rebus de locum mairano salernitane finibus, da ribus qui dicitur arcello in pars meridie et da forino in illa parte, ut nos ammitteremus et adcommunaremus cum pars ipsius ecclesie tota et inclita nostra munimina quem nos inde abemus, et quanta res ibidem nobis fuit et est vel fuerit pertinentes et omnia quantum ipsa nostra monimima continet, et ille adcommunare nobiscum una cartula pertinentem ipsius ecclesie, quem abet da mulier nomine rosa abia nostra et una alia cartula offertionis da (*deest nomen*), et de ec omnia que utrumque inter nos ammisimus, pars ipsius ecclesie tollat et abead semper inde duobus sortionibus, et ego et ipsum germanum meum et nostris heredibus tollamus et abeamus exinde una sorte, quod est tertiam partem. et dum talia utrumque complacui faceremus, hec omnia nuptiandum diressimus supradicti gloriosi principi, ut per eius solutionem anc faceremus combenientia; ille autem dedit solutionem mihi et ad ipsum abatem faceremus ista comvenientia. et post hoc per vona comvenientia nos ammisimus pars ipsius ecclesie in ipsa rebus et in tota ipsa nostra monimina cum omnia quantum continet et pars ipsius ecclesie ammisit nos in ambo ipse cartule, sic tamen ut de ec omnia suprascripta communiter inde causemus cum hominibus, qui de ipsa rebus retinunt absque omni colludio usque ad veram et diffinitam legem ; et si sacramentum inde ceciderit ad pars ipsius ecclesie vel nostra, nos autem et nostris heredibus sacramentum ipsum demus et persolbamus, et quodcumque de ec omnia suprascripta adbincere potuerimus et quodcumque per quabis modis inde tulerimus, pars ipsius ecclesie tollat et abead inde duobus sortionis, et ego et ipsum germanum meum et nostris heredibus tollamus inde tertiam partionem. unde pro taliter per vona combenientia guadia mihi ipse abbas una cum ipsum suum advocatorem dedit per absolutione ipsius gloriosi principis, et mediator mihi posuit petrus atrianense filius leoni qui dicitur de sassa ; et per eadem guadia obbligabit se ipse abbas et suis successoribus et pars ipsius ecclesie omni tempore permanendum in suprascripta comvenientia, et si ibi noluerit permanere et quesierint eos remobere aut contrare, componere obligabit se suisque succes-

soribus et pars ipsius ecclesie nobis nostrisque heredibus triginta solidos costantinos. illut autem qui est illa parte de ipso ribus arcella, sicut iam inter nos diffinitionem factam abemus, sic flad inter nos omni tempore, et quanta res modo in eodem loco retinet pars ipsius ecclesie. abeant illut sibi. et hunc brebem scripsi ego madelmus notarius qui interfui.

† ego ademari

† ego alfanus

† ego adelferi me subscripsi

† ego petrus

† ego arechisi.

CCXXXIV.

A. D. 966.

† In nomine domini anno trigesimo tertio principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense ianuarius nona indictione. memoratorium factu a me guaiferius filius. . . . . eo quod ante subscripti testes per vona combenientia tradidit ego ursi, qui fuit genuense, ad laborandum . . . . . arbustum terra mea vacua, quod abeo in locum silia finibus salernitanis per as finis et mensurie : de una parte fine. . . . . . flubio pecentino : de alia bero parte fine bia pulbica : de alie duobus partibus fine nostra: per mensuria . . . . . flubio de longitudo passos centum, et per latitudo erga ipsa bia passos triginta tres, et erga fine mea per . . . . passos nonaginta, et per latitudo erga ipsa alia fine mea passos alios triginta tres. hec bero res, qualiter superius finis et mensurie posite sunt, ad iusto passum omini mensuratum totum et inclitum illut ei tradidit tali tinore, ut. . . . laborare et pastenare arbustum vitatum et pomis, et quantum vinum et frugens et labores annualiter exierit amodo et usque decem anni completi, totum illut sibi abead, faciendum omnia quod voluerit, et nos nostrisque heredibus nullam queramus inde ei tollere. ad completi autem ipsi decem anni, ille autem vel suis heredibus in tota ipsa terra per ipse finis et mensurie abeant arbustum bitatum factum et operatum et laboratum, sicut loci illius est consuetudo, ut bene paread laboratum et operatum; et si pomis ibi abuerit et . . . . . meruerit et iam in antea omni tempore ille et suis heredibus totum illut teneant et . . . . . . apto tempore illut laborare, sicut locus ipse meruerit ut bene paread laboratum et cultatum de super et de subter, et temporibus suis salbum illut faciant et bindemiare, et faciant nobis et nostris heredibus scire ad dirigendum ibidem missum nostrum pro recipiendum

nostra sortione de ipso. . . . ibidem ad palmentum, et omnis poma exinde per medium equaliter illut inter nos dibidamus, et nos vel nostris heredibus vel missus noster tollamus eos medietatem, et ille et suis heredibus medietatem. tantum ad completi ipsi decem anni, de que annualiter in antea seminaberit, deant inde nobis terraticum secundum consuetudine de ipso locum, et quale tempore da ipsi decem anni in antea ille vel suis heredibus illud laborare non voluerint, tunc inclita ipsa rebus arbustata et operata et laborata rebertas ad potestate mea vel de meis heredibus firmissime illut nobis abendum; et si talem culpam fecerint, unde res suas legibus ad palatium pervenire debead, vel si de anc terra exierit, tunc similiter inclita rem ipse rebertas ad potestate mea vel de meis heredibus. unde pro taliter per bona combenientia guadia mihi ipse ursus dedit et ipse sibi mediator exibit; et per eadem guadia obligabit se et suis heredibus, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare et talia mihi vel ad meis heredibus non adinpleberit, tunc per ipsa guadia obligabit se et suis heredibus ad componendum mihi vel ad meis heredibus triginta solidos costantinos et omnia suprascripta per inbitis nobis adinplerent. et hunc brebem scripsi ego madelmus notarius qui interfui.

† ego arechisi

† ego dauferius

† ego romoaldus notarius me subscripsi.

CCXXXV.

A. D. 966.

† In nomine domini anno tricesimo tertio principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense ianuarius nona indictione. In sacratissimo salernitano palatio ante supradicta gloriosa potestate, astantibus nos petrus et gaido iudicibus, coniuncti sunt petrus castaldus filius quondam romoaldi cum moncola iudex filius quondam moncole, ipse petrus pro pars et vice ecclesie sancti massimi, et ipse moncola pro pars et vice aloare uxori sue, et ostedit ei ipse petrus unum iudicatum et relectus est. continebat, qualiter dauferius filius quondam guaiferi una cum radelgrima genetrice sua iudicaberat adque disposuerad de cumta rebus substantiam suam stabile et mobile, et ipse dauferius ididem disposuerad, ut post eius hobitum ipsa radelgrima genetrice sua ad suam abere et detinere potestatem diebus bite sue cumta omnis rebus substantiam suam stabile et mobile, et serbis et ancillis ad dominandum et possidendum, et de ipsa mobile et de ipso frugium faciendum omnia quod voluerit, et familiis eius ei serbiendum. et uniter disposuerat atque tradi-

derat maioni castaldo congnato et barbane suo, ut post hobitum ipsius dauferi distribuere pro eius anima tres caballos, et due iumente, et octo solidos costantinos et una corcoma [1]); quam et post eius hobitum ipsa aloara uxor ipsius moncole iudici et imelaita uxore talarici, qui fuerunt sorores ipsius dauferi, dare ipsius maioni quinquaginta solidos costantinos, ut pro eius anima illis distribuere, et post obitum ipsius radelgrime ad ipse sorores pervenire potestate omnis rebus illorum, sceptuata mobilia, et omnes serbos et ancillas ipsorum matri et filio, qualitercumque illorum pertinentes fuerunt, liberi absoluti permanerent absque omni conducionem, et de mobile quam reliquerint ipse maio vel ille homo, aput quem iste scriptum paruerit, pro illorum salutis anime distribuere, et qualiter de cumta que predisserant per illis datum paruerit, firme et stabilis permaneret, et aliut continebat in ipso iudicatum. etiam et obligaberat heredes suas, ut si eos remobere quesierint, componere illi, adbersus quem inde contrare quesierint, centum solidos costantinos et eius questio tacita et vacua inde permanerent: scripto iudicatum ipsum per theodericus notarius roboratum sufficienter. cum quo iudicatum ipsum relectum est, dicebad ipse petrus, ut ipsa radelgrima modo defunta fuisse, et quando in ipsa infirmitate iacebad unde defunta fuisse, et quando in ipsa infirmitate iacebad unde defunta est, iudicabit et im manum mihi commisit, ut causam eius tollere et pro eius anima illud dare in ecclesia sancti massimi, ubi per illa per scriptum datum est: insuper et dicebat ipsius moncole, ut aput se abere de causa ipsius radelgrime, aurum, argentum, pannos, et animalia et halia mobilia, querebant, ut illut tollere et, sicut dictum est, pro eius anima illut in ipsa ecclesia darent. ipse moncola dicsit, ut de omnes mobili, quantum ipso iudicatum continet et quantum fuit ipsorum dauferi et radelgrime, nullam inde contrarent; et manifestabit se, ut nollo modum exinde causare aut contendere non poterent: preter dicebat abere inde unum caballum, quod ipsa radelgrima ei donasse et de ipso iudicatum contrabat, ut ipsi serbi ipsius uxori sue exse pertinentes pro quarta imelsende, et de ipsa rebus stabile dicebat eidem uxori sue pertinere. unde iudicabimus et per partes illis guadiare fecimus, ut ipse moncola de ipso caballum iurare secundum legem, et de ipsi serbi et ancillis et de rebus stabile plicarent se cum suis rationibus et iusta legem inter se inde finem facerent. unde ipse moncola posuit mediatorem truppoaldus filius maraldi, et ipse petrus posuit ei mediatorem. et taliter scribere fecimus te madelmus notarius, qui interfuisti.

† EGO DS PETRUS IUDEX

† ego qui supra gaido iudex.

---

[1]) *Corcoma* vel *curcuma*, idest capistrum.

CCXXXVI.

A. D. 966.

† In nomine domini tricesimo tertio anno principatus domni nostri gisolfi glorioso princeps, mense februarius nona indictione. memoratorium factu a me maghenolfus filius quondam madi, eo quod in nuceria ante subscribtorum testium per vona combenientia et vona sua bolumtate guadia mihi dedit petrus filius bisantii de locum sarnu, et mediatorem mihi posuit petrus filius quondam sadelperti de ex eodem locum nucera et adelghisi diaconus filius sarni presbiteri de ex eodem locum sarnu, tali ordine, ut isto mense februario stante diem una daret mihi at legitimam uxorem habendum monda filia sua; et si ipsa eadem filia sua mihi legitimam uxorem in dictum constitutum mihi non dederit, obligavit se per ipsa eadem guadia at componendum nobis quinquaginta auri solidos constantinos et per imvitis ipsa filia sua mihi legitimam uxorem daret. unde ividem presens per baculum ipse petrus ipsa filia sua mihi legitimam uxorem tradidit, et arre a me recepi pro ipsa filia sua solidum aureum costantinum unum, et per ipsum eadem baculum ipsius petri recommandavi ipsa filia sua usque in dictum constitutum, ut illam aput me legitimam uxorem remidteret ipsa guadia, sicut illam mihi guadia habui. et hunc brebem scribsi ego ildericus subdiaconus et notarius qui interfui.

† ego petrus diaconus.

† ego romoaldo.

CCXXXVII.

A. D. 966.

† In nomine domini anno tricesimo tertio principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense februarius nona indictione. Ideo que ego adelferi castaldus filius quondam roderissi, sicut mihi congruum est, per hanc cartulam vona mea volumtate ante petrus iudex et alii testes venumdedi tibi landolfi filius domni atenolfi, qui fuit princeps, terra mea cum castanietum et silba, quem habeo in locum silia finibus salernitanis, qui sunt petie due: unam ex ipse petie as fines et mensurie habet; de una pars fine radecisi, sunt exinde passos quinquaginta octo: alia vero parte fine bia, et inde sunt passos centum triginta duo; ex alia au-

tem parte fine tua quem supra, est inde passos octoaginta : de quarta vero parte fine tua que iamdicti landolfi, et inde habet passos octoaginta sex. ipsa alia petia ibi . . . . . et ipsa as finis et mensurie habet : de una parte fine vestra, quod paratum abetis da heredes quondam ratoni et da heredes guaiferi e da heredes bisantii . . . . . sartor et da uxor eius, sunt inde passos octoaginta octo ; alia igitur parte fine de heredes teodelgari , qualiter bia antica discernit, et sunt passos centum quinquaginta ; ex alia parte fine bia publica qui pergit ad iufuni, et inde sunt passos centum biginti ; de quarta autem parte fine terra sancti georgii monasterio puellarum et fine tua que landolfi , et inde sunt passos duocenti quadtuordecim. hec vero duobus petie de terra et castanietum et silba, qualiter superius finis et mensurie posite sunt, ad iuxto passum homini mensuratum inclita medietatem exinde tibi iamdicti landolfi venumdedi cum medietatem omnia infra se habentibus et cum suis pertinentiis ; simulque et venumdedi tibi a foris iste finis et mensurie similiter inclita medietatem, quantum quantoque ipse genitor et genetrice mea et aghenardo, qui fuit thio meus, et undecumque habuerunt abinde in foras usque bia campanina et usque ipsa bia qui pergit ad iufuni, et quomodo vadit directum . . . . qui in eodem loco fundata est, usque flubio pecentino, et sicut decurrit ipso flubio. ideo de istut quantum ipsi roderissi . . . . . . et uxore illorum ibidem habuerunt, inclita medietatem inde vobis venumdedi , et de illut intro ipse finis et mensurie de ambo supradicte petie, sicut diximus, inclita medietatem tibi iamdicti landolfi venumdedi cum medietatem omnia intro se habentibus et suis pertinentiis et cum vice de biis suis: reliqua ipsa alia medietatem tibi est pertinentem per datum da heredes ipsius aghenardi. unde de omnia, quantum superius tibi venumdedi , nullam mihi aut uxori mee vel cuiqua hominibus aut in quabis partibus exinde restitit aut dicimus remanere sortionem , sed , sicut superius dictum est, funditus illut tibi venumdedi ad securiter ac firmiter amodo et semper tu tuique heredibus illut habendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum, qualiter vobis placuerit abque omni contrarietate vel requisitione mea qui supra adelferi et de meis heredibus aut cuiqua hominibus. et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostra vindictione, nunc a presentis recepi a vos exinde statutum pretium , i sunt auri tari voni numerum guadraginta octo, sicut inter nos comvenit in omnis deliberatione. finitoque vero pretium aput nos ea ratione, per vona combenientia guadia tibi iamdicti landolfi dedi et me ipsum tibi mediatorem posui; et per eadem guadia obligo me meique filiis et heredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique heredibus predicta nostra vindictione cum vice de biis suis et suis pertinentiis da omnis homines omnique partibus. si autem, sicut dictum est, taliter illut vobis et ad vestris heredibus non defensaverimus, aut si nos nostrisque filiis et heredes vobis vel ad vestris heredibus eos tollere aut contrare seu removere quesierimus, aut si quacumque ca-

lumnie inde vobis emiserimus, tunc primum omnium questio et causatio nostra et de nostris filiis et heredibus modis omnibus sit exinde tacita et vacua, et duplum suprascripto pretium, quod sunt in simul auri tari voni nonaginta sex, nos nostrisque filiis et heredes componere obligavimus vobis vestrisque heredibus; et que aput vos vel vestris heredibus fuerit hanc nostra vindictione remelioratam vel factum edificium, sub estimatione pretii eos vobis vestrisque heredibus restituamus: de colludio autem legibus vobis iuremus per dei misteria. si autem, quando vos vestrisque heredibus volueritis per vos ipsis inde esset auctorem et defensorem quante vices volueritis, potestatem habeatis per vos ipsis inde esse auctorem et defensorem; nam quando vos vestrisque heredibus quesieritis nos nostrisque filiis et heredes inde habere auctorem, nos autem nostrisque filiis et heredes defensemus et adimpleamus vobis vestrique heredibus omnia, quantum et quomodo superius legitur. et taliter scribere rogavimus te petrus notarius. actum salerno.

† ego qui supra petrus iudex

† ego romoaldus notarius me subscripsi

† ego alfanus

† ego iohannes notarius me subscripsi.

CCXXXVIII.

A. D. 966.

Membranae supradicti anni penitus abrasae tantum exhibemus summarium.

† Trigesimo quarto anno Principatus Domni Gisolfi principis . . . . . . nona indictione. Locatio duarum petiarum terrarum *loco uniano a super ipsa statua acto nucerie* facta abbati S. Maximi ab Amato presbytero filio Ursi, ad terraticum secundum consuetudinem ipsius loci, et ad medietatem vini in palmento dictae Ecclesiae.

Pretium locationis. Decem solidi constantiniani.

Sequuntur firmae.

† ego petrus diaconus.

† ego iochardus.

CCXXXIX.

A. D. 966.

† In nomine domini anno tricesimo quarto principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense magius nona indictione. memoratorium factu a me petrus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante petrus castaldus, qui est unum de dominii ipsius ecclesie, ibique stante alii testes per vona combenientia vone sue volumtatis uno tinore guadia mihi dederunt roffus filius quondam guisenolfi et ildericus clericus filius quondam mirandi, qui sunt socrum et genero, et mediatorem mihi posuerunt amatus filius quondam guisoni, qui sunt abitatores de locum nuceria; et per ipsa guadia obligaverunt se, ut ubi potuerimus nos solutionem habere a supradictus domnus gisolfus, illis autem plicarent se et plicarent filiis suis, nomina illorum petrus et adelferi. et uxoribus illorum nomina grima et monda, qui fuit filia ipsa grima petri filius senatori et ipsa monda filia garaldi; sicut diximus, plicarent se cum ipsis filiis suis et ipse uxoribus illorum et uno tinore secundum legem facerent nobiscum firme cartule vicariationis vone facte cum penis obligate de quinquaginta solidis de inclite sortionibus illorum de rebus de locum nuceria, ubi residentes fuit petrus filius raudiperti; unde pars ipsius ecclesie de rebus istius petri quartam partem tollere debet pro pars anghelsende, qui fuit uxor eius, qui est ipsa rebus in eodem loco ante ecclesia sancti marcelli im partibus orientis, sic firma cartula vicariationis de ipsa rebus, quod illorum ominibus est pertinentem, undecumque de ipsa rebus, qui fuit ipsius petri im partibus iamdicte nostre ecclesie facerent, ut omni tempore firmiter partibus nostre ecclesie illut haberent, faciendum quod voluerimus, et illut ibidem defensarent omni tempore da omnis homines per supradicta obligatione, eo quod nos obligavimus eorum dandum vicariationis una pecia de terra ipsius ecclesie quod habent in locum casole. . . . . una parte ad finem ipsius ilderici coniunctum est. et si taliter omnia suprascripta non adimpleverint in partibus iamdicte nostre ecclesie de ipsa rebus de ipso locum ante ipsa ecclesia, et quodcumque causationes nobis vel in partibus ipsius nostre ecclesie inde preposuerint quomodocumque, componere nobis et in pars ipsius ecclesie obbligaverunt se suisque heredibus biginti solidos costantinos. et hunc brebem scripsi ego petrus notarius qui interfui.

† ego qui supra petrus.

CCXL.

A. D. 966.

† In nomine domini anno tricesimo quarto principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense magius nona indictione. memoratorium factu a me angelus filius quondam iohanni, eo quod in locum nuceria ante presentia petri presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi et petri castaldi filius quondam romoaldi, qui est unum de dominii predicte ecclesie, et ante alii testes, per vona combenientia et per absolutione ipsius abbati tradidit mihi iohannes presbiter terra cum abellanietum ipsius ecclesie, quod ille in veneficium retinet, de locum barbazzano; tali tinore, ut amodo et usque tres anni completi ad nostra et de nostris heredibus abeamus potestate tenendum et dominandum et omnis nostre utilitatis ibidem faciendum, et nos annualiter ipso abellanietum aremus et cultemus, ut bene paread cultatum, sicut locus ipse meruerit, et per tempore ipse abellane colligamus et secchemus, et quante abellane inde collexerimus, per medium inter nos dibidamus: ille vel missum eorum tollad eos medietatem, et nos medietate; et quando ille vel missum illorum ibidem venerit pro ipse abellane, nos illis notriamus secundum nostra possivilitate et illorum fuerit mensura, et obligavit se ipse presbiter amodo et usque ipso constitutum defensare nobis totum ipso abellanietum da omnis homines. unde de omnia suprascripta nobis adimplendum guadia mihi ipse presbiter dedit et mediator mihi posuit grimoaldus notarius filius teoderici; et per ipsa guadia obligavit se, ut si aliquit, de quod superius legitur, contradixerit et talia nobis non adimpleverit, componere nobis se obligavit decem solidos constantinos. verumtamen ipsa eorum sortione de ipse abellane salbe ille faciamus, dum ille inde tulerit absque degeneratio et igne. et ego petrus notarius interfui et hunc brebem scripsi.

† ego qui supra petrus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi.

CCXLI.

A. D. 966.

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri gisolfi glorioso principe, mense magius nona indictione. ideo que nos mulieri nomine monda filia iohanni, que sum uxore maraldi, et salbia et visantia filie supradicti iohanni, et andreas filius minuti, dum autem nobis

nominate mulieri congruum est communiter vindere res stabile et casis, quod nobis per successione habere pertinet. . . . . . . finibus rotensis et michi nominato andree congruum est vindere mediam sortionem qui fuit quondam petri germano meus, qui defunctus est, et ut illut iuxta legem bindere valeamus, nos nominate mulieri conbocabimus ipsum andream et balsamo filio meo que salbie, et ego nominata monda predictum viro meus, ut in ac vindictione nobis consentiens essent, et ideo ab illis sumus exaudite, et una simul pariter perreximus quoram presentia gaidoni iudici, cui hec omnia nota fecimus. ipse vero iudex secundum mandatum legis per ordinem diligenter nos interrogabit et inquisibit, ne forte aliqua violentia essemus patibule ab omnes suprascripti aut a quacumque hominem, in eius presentia manifeste sumus spontanee nostre esset bone volumtatis res ipse venumdandum, quorum nobis nominate salbie et visantie consentiente sunt suprascripti parentes et mundoald nostros, et michi nominate monde consentiente sunt ipsi parentes meos et predictum maraldus viro meus, et omnes suprascripti una cum ipso iudice in ac cartula suis manibus posuerunt, et per notum et absolutionem ipsius iudici, quam et per largietate supradicti magni principis, que nobis dandum direxit per ipsum iudex, ante presentia ipsius iudici et ante alios testes per hanc cartulam venumdedimus tibi petri castaldo nostro filius quondam landoari omnis res et casis, de quantum quantoque nobis per successione pertinentes fuit et est habere per tota supradicta fines; et ego nominatus andreas venumdedimus tibi inclita ipsa medietatem de omnis res supradicti petri germano meus, ubique exinde dederit inventus, trasactibus nomine et a funditus, sicut diximus, illut tibi venumdedimus cum vice de bie et andita sua et cum omnia intra se habentes et cum sortione nostra que supra mulieri de monimen inde pertinentes et sortione nostra de ecclesia vocabulum sancti eustasii, qui constructa est intus ipsa res, quod ipse genitor noster a nobo fundamine construxit. hec autem omnia, sicut diximus, tibi venumdedimus per consensum de suprascripti parentibus nostris et in suprascripta ratione, una cum illis nobis consentiens fuit cennamus fratrem nostrum. et pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostra bindictione, a presenti recepimus nos mulieri a te nominatus petrus statutum pretium auri tari boni numerum septuaginta duo, et ego nominatus andreas tari duodecim, sicut inter nos combenit. finitoque vero pretium aput nos ea vero ratione, ut a presenti die et perpetuis temporibus tu nominatus petrus quam et tuis heredibus predicta nostra bindictione securo nomine habere et possidere valeatis, et faciatis exinde quod volueritis. Ex qua repromittimus et hobligamus nos superius dicti monda, salbia, et visantia, et andreas et filios et heredes nostros amodo et semper antistandum et defensandum tibi nominato petri, quam et ad tuis credibus suprascripta nostra bindictione ab omnibus hominibus omnique partibus. quit si minime potuerimus aut noluerimus vobis illut defensare, aut si nos ipsi forsitans per quavis modis illut vel exinde tibi vel ad tuis credibus tollere aut contrare seu remobere que-

sierimus, aut quodcumque causatio tibi vel ad tuis heredibus exinde emiserimus, ante omnia questio et causatio nostra modis omnibus sit inde tacita et bacua, et duplum supradicto pretium nos nostrisque filios et heredes tibi tuique heredibus componere hobligamus, et que aput vos fuerit remelioratum et factum hedificium, sub estimationem pretii vobis restituemus; de colludio autem legibus vobis iuremus per dei misteria. si autem tu vel tuis heredibus per vos ipsis exinde esset auctores volueritis, tunc vice nostra licentiam et potestatem habeatis tu tuisque heredibus per vos ipsis inde esset auctores et defensores, qualiter volueritis; nam quando nos vel nostris filiis et heredes quesieritis inde habere defensores, nos et filios et heredes nostros illut vobis vestrisque heredibus semper defensemus et omnia adimpleamus, sicut superius legitur. quam te petrus notarius scribere rogabimus. hactum salerno.

† ego qui supra gaido iudex

† ego manni

† ego smaracdus notarius me subscripsi

† ego madelmo

† ego occzzo (?)

† ego maio.

CCXLII.

A. D. 966.

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense iunius nona indictione. declaro ego petrus domini misericordia episcopus sancte sedis salernitane, quia pars nostri episcopii habet ecclesia bocabulum sancti felici in locum ubi ad fonti dicitur finibus salernitanis, qui fundata est super mare, cum rebus et vineis et silvis et bacibum pertinentes nostri episcopii; modo autem per bona combenientia medietatem ipsa ecclesia et medietatem supradicta res dedimus ad tenendum petri amalfitani filius lupeni qui dicitur de rini, sicut eius continet scriptum; ipsa alia medietatem non potuimus invenire cui illa dare. nunc autem venit ad nos sergius amalfitanus filius stephani qui appellatur kalendola, pro vice et pars mulieri nomine lintu relicta ursi qui fuit germanum supradicti petri, et postulabit nos, ut pro eius parte dare nobis argentum libras duas et per omnis annum dare ad pars nostri episcopii censum unum tari bonum et medium tari de dinari, et ego eidem lintu dare medietatem supradicta ecclesia cum medietatem ipsa res ad tenendum

et dominandum et frudiandum diebus vite sue. et ideo complacuit michi talia facere, ut ipse vinee non redire in desertum. qui supra statim ego nominatus petrus domini gratia pontifex, una mecum adesset sichelmus diaconus et vicedomnus nostri episcopii et petrus iudex advocatorem nostrum, ante presentia moncole iudici et ante alios testes per bona combenientia per hunc scriptum pro vice ipsius lintu tradidimus tibi nominato sergi medietatem ipsa ecclesia cum medietatem omnis supradicta res tali ordine, ut amodo et cumtis diebus vite ipsius lintu ipsa predicta medietatem ecclesia cum medietatem ipsa res esset ad potestatem ipsius lintu et cui per eam data paruerit, tenendi, dominandi et omnis sue utilitati iuxta ratione ibidem faciendi, et ipsa res laborare, ut ipsa res proficiad et non disperead, et omnes fruges et vinum et canne et salici inde et medietate, quicquit in ipsa ecclesia introierit, in eius sit potestatem faciendi exinde quod voluerit. preter de movilia, que nunc ipsa ecclesia habet et in antea ibidem introierit, qui ad regimen et ornamentum ipsius ecclesie pertinuerit, sit ad potestatem semper de ipsa ecclesia ad regendum et ordinandum illut sacerdos qui in ipsa ecclesia fuerint ordinati; et amodo et usque mense octuber primo beniente coniungat se ipsa mulier vel alter pro eius parte cum supradicto petrus vel cum filiis eius, et faciad me vel successores meos scire, et nos pergamus illuc et hedificemus ipsa ecclesia, et quando illuc perrexerimus ad dedificandum ipsa ecclesia, ambas partes nos recipere et habere ad suum expendium et communiter nobiscum ibidem ordinarent sacerdotes, qui diebus hac noctibus ibidem officiet, sicut meruerit ecclesia billana, et ipsum presbiterum communiter illis expendiet. Unde hobligo me superius dictus petrus episcopus et meos successores et pars predicti episcopii amodo et semper antistandum et defensandum ipsius lintu, et cui per ea datum paruerit diebus vite ipsius lintu, ab omnibus hominibus omnique partibus, et non illut vel exinde nos aut successores nostros aut pars predicti episcopii tollere aut contrare queramus ipsius lintu, vel cui per ea illut vel exinde datum paruerit diebus vite ipsius lintu. quod si taliter, ut superius legitur, ipsius lintu et cui per ea datum paruerit, non adimpleberimus, tunc hobligo me meosque successores et pars predicti episcopii componere ipsius lintu, vel cui vice eius scriptum iste in manum paruerit, quinquaginta auri solidos constantinos. Unde de omnia et in omnibus, ut supradictum est, ego et successores meos et pars predicti episcopii ipsius lintu, et cui per ea suprascripta nostra tradictione vel exinde data paruerit adimplendum, guadia dare fecimus ipsum sichelmus et predictum advocatorem ipsius sergi, et mediator posuerunt petrus diaconus filius quondam potoni, pro eo quod et ipse sergius pro vice ipsius lintu dedit nobis ipso argentum et guadia ipsius sichelmi et predicti petri iudici dedit, et ipse sibi mediator exibit; et per eadem guadia hobligabit se et suos heredes, ut facere ipsa lintu diebus vite eius dare supradictum censum in ipsum episcopium per omnis annum in assumtione sancte marie, et ipsa res laborare et aliut adim-

plere, sicut scriptum continet, quod nunc ipse sergius ad pars nostri episcopii exinde emisit. Quam te petrus notarius scribere rogabimus. hactum salerno.

† ego qui supra petrus iudex.

CCXLIII.

A. D. 966.

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri gisolfi glorioso princeps, mense agustus nona indictione. hideo que nos . . . grima filia quondam petri, que sum uxor petri filius roffi et monda filia quondam garaldi, que sum uxor adelferi filius. . . . . . . facimus habere sortiones in rebus, que fuit quondam petri filius cuidam raudiperti quod commune habemus cum ecclesia sancti maximi, et congruum est nobis aliquantum exinde vicariare cum predicta ecclesia, et, ut firmiter illut perficere valeamus, nos iamdictes mulieres comvocabimus ipsis viribus nostris, ut nobis inde esset consentiens et una nobiscum hanc vicaria facerent, pro eo quod palam facimus in illorum mundum [1]) nos subiacere. illis autem nos exaudientes nobis inde consentiens fuerunt. . . . . mulieres grima et monda, et petrus et adelferi viros et uxores unanimiter parique consensum . . . . per consensum et volumtate de ipsum genitoribus nostris et per illorum solutionem nos omnibus ante presentia. . . . . . predicte ecclesie per vona comvenientia vicariationis hordine tradidimus tibi petri presbiteri et . . . . duobus pecie de terris de locum nuceria propinquo ipso castellu et ante ecclesia sancti marcelli a pars orientis, una cum arbustis et alia baciba cum aliquantis arboribus et cum parietibus suis, et cum palmentum frabitum et puteum. ipsa pecia cum arbustu, in quo aliquante case lignitie sunt, per as finis: de una parte fine bia pulbica, que pergit ante ipsa ecclesia sancti marcelli: de subtus fine bia carraria, que intrat in curte de heredes teodelgrimi: ab oriente fine de heredes radelgrimi, quod per datum retinet a pars episcopii salernitani, sicut termiti discernit, et fine predicta pecia: a pars septemtrionis fine predicta pecia et pertange ad fine de heredes ipsius radelgrimi, que fuit benedicti et liusperti et coniungente ad ipsa bia quod est priore finem; per iste finis tradidimus exinde per latitudo passos sex, et per longitudo passos quadraginta unum, et erga fine predicte ecclesie sancti maximi, quod vobis in sortione datum est de alii consortes nostros. ipsa

[1]) *Mundum*, scilicet *mundium*.

alia pecia as finis habet : ab oriente fine medio ballone, qui discernit a fine de heredes teodelgrimi: a septemtrionis fine bia et fine de heredes ragi clerici et fine de heredes rucci, et hiterum exiente per fine de heredes ipsius ragi clerici et coniungente ad fine de heredes gentili, sicut per ista fine aliquantum medium pariete et medio fundamentum de pariete antico discernit : ab occidente fine de heredes ipsius gentili, et rebolbente per ista fine et exiente per fine de heredes ipsius radelgrimi cum inclito ipso pariete, qui in ipsa parte est cum sericidia sua: a meridie fine predicta pecia cum arbustu, et hiterum sicut rebolbit et coniungit in fine de heredes ipsius radelgrimi et pergente per fine heredes leoni ragenolfi et coniungente in ipso ballone. de oc autem per iste finis tradidimus exinde tibi per latitudo in uno capu; ab occidente passos quattor et medium, et ab oriente passos quinque et medium, et per longitudo passos quadraginta uno, et a super ista mensuria tradidimus exinde vobis sortionibus nostre de ipse terra cum ipsi parietibus, in quo casis frabite fuerunt. de ec omnia suprascripta, qualiter superius finis de ambobus ipse pecie posite sunt, nullam nobis aut cuiqua hominibus vel in quabis partibus exinde restitit aut dicimus remanere sortionem, set totum funditus et cum omnia infra se habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de bia sua per ipsa mensuria ad iusto passum illut vobis tradidimus in ambobus predicte pecie erga fine predicte ecclesie, quod a nostris sortifices ibi in sortione datum est, ad securiter et firmiter amodo et semper vos vestrisque successoribus et pars predicte ecclesie illut habendum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis absque omni nostra nostrorumque heredes contrarietate vel requisitione. de qua nos nominate grima, monda, petrus, adelferi unanimiter per vona convenientia uno tinore wadia tibi nominato petri presbiteri et abbati dedimus et una tecum romoaldus notarius advocatore tuo, et mediatores tibi posuimus nos ipsos et ipsum ildericus subdiaconus et notarius ; et per eadem wadia obligamus nos et nostris heredibus amodo et semper antistandum et defensandum in partibus ipsius ecclesie ec omnia, quod superius tibi tradidimus, ab omnibus hominibus omnique partibus. quod si minime eos vobis et in partibus ipsius ecclesie defensaberimus, aut si nos ipsis aut nostris heredibus vicariatione ista remobere aud contrare quesierimus, componere obligamus in partibus ipsius ecclesie centum solidos costantinos. unde vos pro taliter per vona comvenientia vicariationis hordine per largietate supradicti glorioso principi et de omnes alios dominos ipsius ecclesie tradidistis nobis terra bacua pertinentem ipsius ecclesie in ipso locum nucerie, ubi casole dicitur. et tali ordine te grimoaldus notarius scribere rogabimus. actum nuceria.

† ego sico.

CCXLIV.

A. D. 966.

† In nomine domini anno tricesimo quarto principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense augustus nona indictione. ideo que ego iohannes presbiter filius leoni atrianense qui vocatur lucuzza, sicut mihi congruum est per hanc cartulam vicariationis ordine tradidi tibi petri presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi de intus hanc salernitanam cibitatem una tecum adesse romoaldus notarius advocatorem vestrum, duobus mancipiis meis, nomina illorum maria et petrus, qui fuerunt ex genere francorum, tote et inclite ipsorum marie et petri personis tibi iamdicti abbati et una libra de argentum tradidimus; unde de inclite personis de ambobus ipsis mancipiis et de ipsa libra de argentum nullam nobis vel cuiqua hominibus aut in quabis partibus exinde restitit aut dicimus remanere sortione; set, sicut superius diximus, inclite illorum personis et predictum argentum vobis tradidi ad securiter ac firmiter amodo et semper vos vestrisque successoribus et partibus predicte ecclesie illis ancillas et serbos habendum et de personis illorum et de filiis filiabus quod fecerit, et de ipso argentum faciendum omnia quod vobis vestrisque successoribus et pars iamdicte ecclesie placuerit absque omni contrarietate vel requisitione nostra et de nostris heredibus vel cuiqua hominibus. et pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostra vicariatione, nunc a presentis per alia cartula, que scripta aput nos retinemus, recepimus a vos et da dominos ipsius ecclesie alia mancipia ipsius ecclesie nomine riganda, qui est filia marie monache, que nobis congruum fuit pro hec vicaria recipere: finitoque vicaria ipsa aput nos ea ratione obligo me qui supra iohannes presbiter et meis heredibus amodo et semper antistandum et defensandum vobis vestrisque successoribus et im pars iamdicte ecclesie predictis mancipiis maria et petrus et filiis filiabus quod fecerit, et ipso argentum da omnes homines omnique partibus. si autem, sicut dictum est, taliter eos vobis vestrisque successoribus et im pars ipsius ecclesie non defensaverimus, aut si nos nostrisque heredibus quomodocumque illis vel filiis filiabus quod fecerit, vobis vel ad vestris successoribus aut ad pars iamdicte ecclesie tollere aut contrare quesierimus, aut vicariatione ista removere, componere obligo me et meis heredibus vobis vestrisque successoribus et im pars ipsius ecclesie mille auri solidos costantinos, et taliter scribere rogavimus te petrus notarius. actum salerno. verumtamen memoramus, quia ipsa nominata riganda habet unum filium masculinum nomine iohannes, quod mihi non dederunt, set ipsum iohannes filius predicte rigande reserbaverunt ad potestate ipsius ecclesie faciendum

de illius persona omnia, quod voluerit; et tantum ipsa riganda mihi tradiderunt, sicut ipsa cartula mea est continentem. et taliter te superius petrus notarius subiungere rogavimus.

† ego qui supra guaiferius

† ego lambertus

† ego grimo presbiter

† ego qui supra ioannes

† ego adelbertus

† ego maraldus presbiter

† ego adelmundu

† ego occzzo (?)

† ego iaquintu

† ego dauferi

† ego qui supra ioannes presbiter.

CCXLV.

A. D. 966.

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis. mense agusto nona indictione. memoratorium factu a me petrus diaconus filius maraldi presbiteri, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia guadia mihi dedit cicerus filius ermengari et mediatorem mihi posuit se ipsum, tali ordine, ut amodo et usque unum annum completum tenere ad suam potestatem una pecia de terra mea, ubi aliquante plante de abellane abent in locum rota finibus salernitane per finis: da duobus partibus fine bie: de capite et de uno latu fine ballone, quod mihi pertinet in sanctum andrea de eodem loco rota, quod ego in beneficium teneo a pars ecclesia sancti petri cappella sacri palatii: da ipsa semmita, qui est erga terra quod ego dedit iohanni presbiteri ad laborandum pro terraticum, in supto in partibus occidentis licead illum ad suam potestatem tenere et laborare et seminare, et de quod ibidem seminaberint, deant nobis exinde terraticum de sex cupella uno et de septem cupella uno, et faciad nos scire, ut dirigamus nos ibidem per tempore ad aera missos nostros pro recipiendum ipso terraticum. et dum usque ego vel missos meos ibidem fuerimus pro ipso terraticum, tunc ipse cicerus nobis nutrirent secundum sua possibilitate, ipse plante de abellane qui ibidem sunt, licead nos colligere et nostre potestatis habere, et illos ei defensemus amodo et usque in ipso constitu-

tum si parutus fuerit, quod illut ego in beneficium tenuero. quod si taliter, ut superius legitur, mihi non adimpleberit, tunc per ipsa guadia hobligabit se et suos heredes ad componendum mihi, seu cui brebem iste in manum paruerit, decem solidos costantinos, et ipse cicerus apposuit et obligabit se nobis ad pignerandum omnis pignera sua legitima quam et inlegitima. et hunc brebem scripsi ego constantinus notarius qui interfui,

† ego tofilactu

† ego romoaldus

† ego aghenardus.

CCXLVI.

A. D. 966.

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri gisolfi glorioso princeps, mense hoctubrii decima indictione. memoratorium factu a me petrus presbiter et abbas rector ecclesie sancti maximi, eo quod in nuceria ante presentia petri gastaldi et subscribtorum testium lavorandi ordine tradidit adque dedit mari filius amelgardi una pecia de terra cum arvoribus vitatis, quem da ipso mari conbincuit pro partibus ipsius ecclesie, que est in locum barvazzanu ubi rusticianu dicitur, que habet finis : de tribus partibus fine ecclesie sancti maximi, et de una parte fine via. hec tota ipsa pecia ipsius mari at lavorandum dedit usque in quadtuor annos completos tali ordine, ut amodo et usque ipsi quattuor annos suis temporibus eos lavorare de super et de subter, ut bene pareat lavoratum et cultatum, et ubi meruerit, arvores et vites eos ividem plantare et propaginare, et omne annum per ipse vindemie daret nobis et in partibus ipsius ecclesie medietatem ipso vinum, et sibi habeat medietatem; et dum super ipsa vindemia nos aut missos nostros steterimus, daret nobis manducare et vibere, sicut ille manducaberit et viberit in casa sua, et ipsa medietate nostra de ipso vinum ille adduceret nobis hic in nuceria ad ipsi pariti, et terraticum de ipsa eadem terra daret nobis et in partibus ipsius ecclesie secundum consuetudinem de ipso locum. si autem ipse mari et eius heredes amodo et usque ipso constitutum de super et de subter ipsa eadem pecia de terra cum arvoribus vitatis non lavoraret et cultaret suis temporibus, et medietatem ipso vinum et ipso terraticum omne annum nobis et in partibus ipsius ecclesie non dederit et omnia, qualiter prelegitur, nobis et in prephatam ecclesia non adimpleberit, et at completum constitutum ipsa eadem pecia de terra at potestate nostra et ipsius ecclesie non hemiserit, obligavit se

et suis heredibus per ipsa eadem guadia at componendum nobis et in partibus ipsius ecclesie decem solidos costantinos; unde guadia ipse mari nobis dedit et mediatorem nobis posuit lambertus clericus, ut taliter illos nobis adimplere per supradicta guadia per imvitis. et hunc brebem scribsi ego ildericus subdiaconus et notarius qui interfui.

† ego qui supra petrus

† ego ioannes.

CCXLVII.

A. D. 966.

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri gisolfi glorioso princeps, mense hoctuber decima indictione. memoratorium factu a me petrus presbiter et abbas ecclesie santi maximi, eo quod in nuceria ante presentia siconi gastaldi et subscriptorum testium dedit at lavorandum minuti filius fredemundi de barvazzanu una pecia de terra campense pertinentem uius ecclesie, que est in eodem locum barvazzanu, que est de una parte coniuncta at fine maioni gastaldi filius guaiferi qui fuit gastaldus, et fine de caudetani hominibus, et de alia parte fine leoni atraniensi, et de duobus partibus fine ipsius ecclesie sancti maximi; tali ordine ipsius minuti at lavorandum dedit, ut dum parutus fuerit, quod ipsa terra lavorare se potuerit et halii hominibus in eodem locum lavoraberit, ipse minutus et eius heredes illos lavorare et inde at lavorandum dare, ut suis temporibus illos lavorare omne annum et secundum consuetudinem ipsius loci terraticum in partibus ipsius ecclesie dare at ipsum vicedominum nostrum, qui in ipsa ecclesia fuerit. unde pro taliter guadia ipse minutus mihi dedit et mediatorem se ipsum mihi posuit tali ratione, ut si hec omnia que prelegitur, ipse minutus et eius heredes nobis et in partibus ipsius ecclesie non adimpleberit, obligavit se per ipsa eadem guadia at componendum nobis in partibus ipsius ecclesie decem solidos aureos costantinos, et per imvitis taliter illos adimplere. et hunc brebem scribsi ego ildericus subdiaconus et notarius qui interfui.

† ego richardus.

CCXLVIII.

A. D. 966.

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri gisolfi glorioso princeps, mense hoctuber decima indictione. memoratorium factu a me petrus presbiter et abbas rector ecclesie sancti maximi, eo quod in locum nuceria ante presentia petri gastaldo et unus de dominius ipsius ecclesie, astantibus hidoneis hominibus qui subter scripti sunt, et una mecum adessent iohannes advocatorem meum quem supradictus gastaldo modo causam. . . . . inferius declaramus iusta legem peragendum dedit et perficiendum, coniunctus sum ad vona comvenientia cum muliere nomine musanda filia et herede cuidam framperti propter causationibus, que cum ea habuit de terra cum arbustu vitatum in eodem loco nuceria subtus sanctum petrum propinquo ipsa ecclesia, unde iam ante os dies ego cum ursus atrianense viro eius causabit et wadiatus fuit secundum legem exinde finem faciendum. modo quidem, sicut diximus, venimus exinde cum eidem vir et uxor ad vona comvenientia, ut absque sacramenta per pactuationis hordine et per vona comvenientia inter nos exinde diffiniremus. dum autem, sicut inter nobis comvenit et complacuit, ideo per iussione et volumtate supradicti petri gastaldo, qui est unum de dominiis ipsius ecclesie, ipsa nominata mulier et ipse ursus viro eius manifestaberunt se de ipsa nominata rebus, unde causationes habuimus, ut predicte nostre . . . . . pertinentem per hec finis: de uno latere ab oriente et a meridie partibus fine quod retinet sergi atrianense, unde cum eo in causatione sumus: a partibus septemtrionalis fine bia antica: a pars occidentis fine terra sancte marie. infra hec finis manifestaberunt se ipsi nominati vir et uxor, quod ipsius nostre ecclesie esset pertinentes, et neque per testes, neque per monimen, neque per qualecumque ratione illis aut eorum eredes quacumque tempore nobiscum aut cum successores nostros, aut cum partibus nominate ecclesie causare aut contendere non potere, et nos per comvenientia et per pactuationis hordine manifestabimus eorum de cunta rebus que fuit madelberti, quod illis modo retinunt et dominaturi et possessuri sunt, ut nec nos neque successores nostros nec quicumque pro partibus ipsius ecclesie quacumque tempore per qualecumque ratione exinde . . . causemus, neque calumnie mittamus exinde eorum aut ad illorum heredes. ideo, sicut inter nobis complacuit et comvenit per pactuationis hordine, exinde inter nos diffinibimus, et ut firmiter permanendum omni tempore, sicut pars partium complacuit, wadiabimus inter nos et utrisque partibus mediatorem inter nos posuimus ipsum supradictus sergius atrianense filius quondam iohanni qui cognominatur de leone comite, et per partes

obligabimus per partes illis obligaberunt se et heredes suas, et nos obligabimus et successores nostros et partibus ipsius ecclesie omni tempore firmiter permanendum in ista comvenientia et manifestatione, et non queramus pars partium comvenientia ista per qualecumque ratione disrumpere aut retornare, set semper, sicut superius legitur, pars partium omni tempore firmiter permanead, et ad compositione obligabimus per ipsa wadia pars partium ego autem et seccessores meos et partibus ipsius ecclesie et illis se et heredes suas componere illis, qui talia quesierit remobere, ad illis qui firmiter permanere voluerit in ista comvenientia, biginti solidos costantinos vonos. et hunc brebem diffinitionis per comvenientia scripsi ego grimoaldus notarius in eodem loco nuceria, quia et interfui.

† ego qui supra petrus

† ego ioannes

† ego petrus presbiter.

CCXLIX.

A. D. 966.

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense december decima indictione. memoratorium factu a me petrus presbiter et abbas ecclesie sancti massimi, et una mecum adesset romoaldus notarius adbocatorem meum, eo quod ante subscribti testes guadia nobis dederunt petrus clericus, qui bisantius bocatur filius ildeperti presbiteri, et mediator michi posuit maghenolfus filius madelmi; et per eadem guadia obligavit se suisque filiis et filie, ut amodo et usque biginti nobem anni completi tenerem ad suam potestatem terra bacua pertinente ipsius ecclesie, quod abeo intus ec salernitanam cibitatem per as finis et mensurie; de super fine terra, in quo furnum est supradicti gloriosi principis et de eredes guaimari: alia parte fine bia, que discernit a fine de eredes roderissi: de subtus fine terra predicte ecclesie: ab oriente fine terra, que fuit guisoni filius guisemari; per mensuria longitudo et latitudo ex omni parte ana possos quinque ad iusto passum. infra suprascripte finis et mensuria totum et integrum illut ei tradidimus, ut amodo et usque ipsi biginti nobem anni de quantum boluerit ille et suos filios vet filias et ille omo, quam ibi ille miserit, casa facere et ibidem residere et abitare, et omnis sua utilitate ibidem facere, et diebus vite ipsius petri clerici nullam inde pars nostre ecclesie tollere queras. post obitum eius, si filios aut filias dimiserint, totum abeant illos usque ipso constitutum cum illo homine. quod ille ibi miserit,

et eius heredes, et deant inde annualiter usque ipso constitutum in ipsa ecclesia oleum baliente dinari quadtuor; et si filios vel filias ipse petrus clericus non dimiserint, tunc media ipsa casa, que ibi facta fuerit, rebertas ad potestatem ipsius ecclesie, et ipsa alia media licead inde escotere ille omo, quem ille ibi miserint, et eius heredes cum alia causa sua et ire ubi boluerit, et ipsa terra rebertas ad potestate ipsius ecclesie. et si usque ipso constitutum illut tenuerint, licead illum et omines, quam ibi miserint et eorum eredes disturbare exinde ipsa casa et portare ipsa lingna et omnia eorum causa ubi boluerint. quod si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere, et talia in pars nostre ecclesie non adimpleberint, tunc per ipsa guadia obligavit se et suis filiis et ille omo, quam ibi miserint, et eius eredes ad componendum in ipsa ecclesia triginta solidos constantinos. et ego toto notarius interfui et hunc brebem scribsi.

† ego petrus clericus

† ego ademari notarius me subscripsi

† ego petrus.

† ego truppoald.

CCL.

A. D. 967.

† In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu cristi imperante domno basilio magno imperatore anno septimo, sed et niciphoro et constantino magnis imperatoribus anno quarto, die vicesima septima mensis aprilis indictione decima, neapolis. Certum est me iohannem humilem abbatem monasterii beati gregorii quam de regionarium a presenti die promtissima voluntate promitto vobis leoni venerabili presbitero qui vocatur nomen sparano, et palumbo monacho filio quidem iohanni monachi propter integra ecclesia vocabulo sancti angeli constitutum bero in loco qui dicitur montecalbum, una cum omnibus rebus substantiis et possessionibus ipsius dicte ecclesie pertinentes omnibusque eis pertinentibus, quas in simul vos appreenxistis a quidem agathe filia quondam lupi per firmissima chartula, quam exinde apud vos habetis, que vero suprascripta ecclesia omnibusque eis pertinentibus, ut supra legitur, post ovitum suprascripte agathe debet obvenire in eodem sancto et venerabili nostro monasterio, sicuti et quomodo continet firmissimus dispositum suprascripte agathe. De qua enim promitto vobis, ut post ovitum suprascripte agathe ego et posteris meis a tunc et omnibus diebus vite vestre vobiscum esse et permanere debeamus secundum hordine et tenoris iam dicte chartule vestre, et a tunc numquam

presummo ego aut heredes meis nec habeamus licentiam vos vite vestre exinde iactare per nullum modum; set, ut diximus, post ovitum suprascripte agathe ambas partes permanere debeamus in omnes hordines, quos suprascripta chartula vestra continet vite vestre. post autem vestrum amborum transitum suprascripta integra ecclesia cum omnibus suprascriptis ex ea pertinentes omnibusque eis pertinentibus, ut supra legitur, rebertantur et sint potestatem de suprascripto sancto et venerabili nostro monasterio, Quia ita nobis Complacuit. Si autem ego aut posteris meis quovis tempore contra hanc chartulam promissionis, ut supra legitur, venire presumserimus per quovis modum aut summissas personas, tunc componimus vobis auri solidos triginta sex bytianteos, et hec chartula, ut supra legitur, sit firma: scripta per manus petri Gurialis per indictione suprascripta decima.

† Iohannes humilis abbas subscripsi †

† *Ego Teodorus filius domni Iohanni rogatus a suprascripto Iohanne abbate testi subscripsi.* † [1])

† ego athanasius filius domni leoni monachi rogatus a suprascripto iohanne abbate testi subscripsi †

† ego sergius filius domni gregorii monachi rogatus a suprascripto iohanne abbate testi subscripsi †

† ego petrus Curialis Complevi et absolvi per indictione suprascripta decima. †

CCLI.

A. D. 967.

† In nomine domini tricesimo quinto anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense augustus decima indictione. ideo que ego benedictus presbiter clarefacio, quem per firma cartula mihi donatum habuerunt guaimari comes filius guidoni comitis una cum mira uxore sua una pecia de terra cum arbustis in locum nuceria, ubi ad clioru vocatur per finis et mensurie, sicut ipsa cartula continet, quod ipsi vir et uxor mihi inde hemiserunt, qui scripta est per aldерissi notarius; et congruum est mihi ipsa predicta pecia de terra cum arbustum de predicto locum clioru per ipse finis et mensurie, sicut ipsi vir et uxor illos mihi dederunt, sic eos offerire in ecclesia sancti maximi intus hanc salernitanam cibitatem. et ideo ego nominatus benedictus presbiter, sicut mihi congruum est, per hanc cartulam pro meis salutis anime offerui in predicta

[1]) In fac-simile prephatae chartae habetur et characterum specimina huius subscriptionis.

ecclesia sancti maximi ipsa terra cum arbustum, quod ipsi guaimari et mira mihi donaverunt in ipsa locum clioru, qui habet finis et mensurie: de uno capite fine tassili, qui mira vocabad filius petri, sunt inde per mensuria passos biginti duo: de uno latere fine iohanni barbelle, et inde sunt passos triginta, et iterum revolbente per fino ipsius iohanni inde sunt passos triginta quadtuor, cubita tres, summisse unum: de supter fine grimoaldi et perexiente in bia, sunt inde passos triginta quadtuor: de alio latere fine iohanni traselperti, inde sunt passos quinquaginta unum, per medium sunt passos triginta duo, gubita tres, summisse unum ad iuxto passum homini mensuratum. hec vero res, qualiter superius ipse finis et mensurie posite sunt, totum in integrum cum omnia intro se habentibus et suis pertinentiis et cum vice de bia sua in iamdicta ecclesia sancti maximi offerui, unde de suprascripta rebus nullam mihi vel cuiqua hominibus aut in quabis partibus exinde restitit, aut dicimus remanere sortionem, set, sicut diximus, tota et inclita suprascripta rebus in eadem ecclesia offerui, sicut supra legitur; et ipsa iam dicta cartula, qualiter rebus ipsa mihi data fuit, cum omnia quantum continet in ipsa ecclesia offerui ad securiter ac firmiter amodo et semper ipsa ecclesia eiusque rectoribus illut habendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum, quod pars ipsius ecclesie placuerit, absque omni nostra nostrorumque heredibus contrarietate vel requisitione. de qua obligo me qui supra benedictus presbiter et meis heredibus amodo et semper antistandum et defensandum in ipsa ecclesia et ad eius rectores predicta nostra offertione da illis hominibus et partibus, cui per me illut vel exinde datum vel obligatum paruerit, et qui pro nostris partibus quodcumque causationes inde preposuerit. si autem, sicut dictum est, taliter illut ibidem non defensaverimus, aut si nos nostrisque heredibus quomodocumque aliquit inde de potestate ipsius ecclesie vel de eius rectores tollere aut contrare quesierimus, aut quodcumque causationes inde preposuerimus, tunc primum omnium questio et causatio nostra sint exinde tacita et vacua, et triginta auri solidos costantinos componere obligavi me et meis heredibus in ipsa ecclesia vel ad rectores eius. de alii vero hominibus et partibus potestatem habeant pars ipsius ecclesie cum ipsa cartula et cum quale monimen et rationem inde habere potuerit in omnibus inde causare et finem facere, qualiter voluerit. et taliter scribere rogavimus te petrus notarius. actum salerno.

† ego romoald

† ego guaiferius

† ego petrus

† ego madelmo.

CCLII.

A. D. 967.

† In nomine domini dei salvatori ihesu cristi, temporibus domni mansonis gloriosi ducis anno nono, die tertiadecima mensis agusti, indictione decima, amalfi. Certum est me mastalus filius leoni roibuli a presenti die et tempore pruntissimam voluntatem dare et tradere seu scrivere et firmare visus sum vobis domno iohanni presbitero filio meo, idest plenariam et integram ipsam portionem meam, qui me havet tetigere de tota ipsa vinea, quod tulimus at pastinandum a parte episcopii salernitani in fonti positum, quia ego et tu devemus tollere de tota ipsa vinea av ipso episcopio medietatem et de omnia quod ividem . . . . . et ipsa medietatem, qui nos av ipso episcopio devet tetigere de ipsa vinea et de omnia causa devemus eam partire ego et tu per medietatem: ego debueram tollere exinde medietatem et vos medietatem. iam ego ipsa medietatem meam, qui me exinde habuit tetigere, vobis eam dedi et tradidi, ut iam totam plenariam ipsa medietas, que nos a partibus episcopii tetigit de ipsa vinea et de omnia causa, vestre sit potestatis, quia michi exinde nichil reservavi pro bonitatem et maiorem vestrum servitium, quod nobis fecisti et pro eo quod dedi at leonem filium meum germanum vestrum solidos quindecim: ecce sunt anni octo et solidos quattuor dedisti calciario at domnum petrum episcopum, quando ipsa terra nobis dedit at pastinandum et solidos quinque dedisti pro anima theodonande vestre genitricis. deinde dedi et tradidi vobis plenaria ipsam portionem meam, qui me devet tetigere de omnia causa de fonti, de ipso quod tulimus at pastinandum a partibus episcopii salernitani. Unde nichil vobis exinde exceptuavi in omnem deliverationem et in omnem decisitionem, ut a nunc die presentem et in perpetuis temporibus omnia quantum nos av ipso episcopio tetigerit, in vestra et de vestri heredes sint potestatis havendi, fruendi, possidendi, vindendi, donandi, seu commutandi, liveram haveatis potestatem; ei iam aliquando exinde neque a nos neque ab heredibus nostris vel a nobis summissam personam nullam requesitionem exinde haveatis non vos non vestri heredes per nullum modum in perpetuum. et si per quovis tempore, per quovis modum vel ingenium, quavis persona magna seu parba extraneas vel de genere nostro, vos aut heredes vestri exinde querere aut molestare presumserit, haveat anathema et maledictionem a patre et filio et spiritu sancto, et partem haveat cum iuda traditore domini nostri ihesu cristi: insuper componere vobis deveat auri libra una bytiantea, et ec chartula sit firma in presentia testium iohanne presbitero de alfione, iohanne filio constantino de mauro comite, tauro filio petro de alfione.

† ego ursus scriva scripsi.

CCLIII.

A. D. 967.

† In nomini domini anno tricesimo quinto principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense octuber undecima indictione. memoratorium factu a me petrus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, una mecum esset romoaldus notarius advocatorem nostrum, eo quod ante presentia gaidoni iudici et alii testes coniuncti sumus cum petrus presbiter et adelchisi germani filii costantini ad faciendum inter nos finem de intentionem, quam cum illum habuimus de duobus petie de terris cum arbustis de locum nucerie ubi nobara dicitur, unde ante os dies cum illum causavimus, querentes illut facere pertinentes eundem ecclesie sancti maximi; set antequam per lex illut fineremus, pervenimus inde ad combenientia, ut pars predicte nostre ecclesie manifestarent eorum de ipsa terra cum arbustis per as finis: da pars occidentis fine bia: de alia parte fine ecclesie sancti venedicti; et revolbente per eadem fine et coniungente ad fine de filii petri monachi, qui fuit comes, et de heredes landoni, et sicut revolbit per eadem fine et coniungente ad fine, quod nunc retinet sasso filius orsengari, unde nos et illis in causationes sumus, et pergente per ipsa fine et iterum revolbente per ipsa fine et coniungente in bia, qui intrant in ipsa rebus, et per ipsa bia coniungente in ipsa supradicta bia, quod est priore fine. per ipse finis manifestavimus illorum, ut ipsorum germani esset, et pars ipsius ecclesie nullam ibi habere, et neque per testes, neque per monimen, nec per nullis rationibus cum illis exinde causare aut contendere non poteremus, et ipsi germani manifestaverunt nobis, ut omnis res quanta pars ipsius ecclesie modo dominaturi sumus per totum ipso locum nobara, ut totum predicte ecclesie esset pertinentes et nullo modum exinde causare aut contendere non poterent neque per testes, neque per monimen, nec per nulla ratione. ipsa alia pecia suprana dividamus inter nos per medium equaliter per as fines: a pars occidentis fine episcopii salernitano, sicut sepe et limite discernit: a pars septemtrionis fine predicte ecclesie sancti maximi, sicut termines ficti sunt: de una parte fine de heredes truppoaldi castaldi, qui maraldus vocabat: de alia pars fine de heredes ipsius truppoaldi, et fine de heredes lademari, et fine de heredes adelchisi capuani et coniungente ad ipsa fine predicti episcopii. per iste finis omni tempore pars ipsius nostre ecclesie habeant eos medietatem, et ipsi germani et illorum heredes medietatem, ita ut pars illorum dividant illut et pars ipsius nostre ecclesie prius inde tollad ipsa sua medietatem, et ipsa alia medietatem illis habere. hec supradicta comvenientia inter nos fecimus et per vona comvenientia guadia nobis ipsi germani petrus presbiter et adelchisi dederunt et mediatores nobis

posuerunt se ipsis; et per eade guadia obligaverunt se suisque heredibus omni tempore permanendum in ista comvenientia, et non querant eos removerent aut contrarent per nulla ratione et omni tempore illis suisque heredibus defensare in ipsa ecclesia ipsa medietatem de ipsa secunda pecitia [1]) et omnis res, quanta pars ipsius ecclesie in ipso locum nobara quomodocumque dominaturus est da pars ipsius genitori et genitricis illorum et da se et da omnis homines omnique partibus, qui pro pars ipsorum genitori et genetrix illorum et da illis quodcumque causationes ad pars ipsius ecclesie inde preposuerint. et si taliter omni tempore omnia supradicta rebus, sicut supra diximus, non defensaverint in ipsa ecclesia vel alique causationes illis vel suis heredibus per se vel per summissa suam de ipsa medietatem de ipsa supradicta secunda petia, aut de quanta rebus pars ipsius ecclesie in ipso locum nobara dominaturus est, preposuerit, aut si hanc combenientia removere aut contrare quesierint, componere obligaverunt se suisque heredibus mihi meique successoribus vel in pars ipsius ecclesie quinquaginta solidos costantinos. et ego petrus notarius interfui et hunc prebem scripsi.

† ego qui supra gaido iudex

† ego qui supra petrus presbiter.

CCLIV.

A. D. 968.

† In nomine domini anno vicesimo quinto principatus domni paldolfi gloriosus princeps, et septimo anno principatus domni landolfi eximii principi, mense martius undecima indictione. memoratorium factu a me andreas genero domeneke monache, eo quod intus civitatem abellini ante nobiliorum subscriptorum testium coniunxit me in vona comvenientiam cum urso filio ciceri pro ipsa monimina, quos comune abemus, que sunt cartule due et brebes tribus; una ex ipsa cartula continet, quomodo isengardo filius farecausi de loco pronella abellinense finibus una cum senardu et cum erfelaitio filio suo venundederant sadelfrid filio cumprandi et guandelmari filio dominici ipsa rebus sua de loco vaneo, et continebat per finis da una parte fine rebus teosperti de cirasulum [2]) subtus ipsa casa, et perexiente in ipsa via antica, qui badit ad sancta agathe et perconiunge in rebus sancti petri: et una alia pecia de binea,

[1]) *Pecitia*, scilicet *Petia*.

[2]) *Cirasulum*, apud Rotam in territorio S. Severini.

ubi betera liparrola dicitur, continebat per ec finis: de uno capite fine bia puplica et de uno latere fine rebus de heredes domni radelchisi, qui fuit princeps, et de alio latere fine rebus de heredes roffrid castaldi et perbadit usque in ipso ribo; et continebat alia pecia ex terra qui est ad ipso tribio: [1]) de uno capite via puplica: de uno latere fine rebus de heredes domni radelchisi principi: de alie partibus fine rebus qui fuit lopecasti, et continebat quomodo wilerada, qui fuerat uxor supradicti isenardi et filia termenandi, et adelchisa, qui fuerat uxor erfelaitii venumdederat ipse quarte sue, et ipsa cartula continebat toti de ipse finis de ipse curtis, et alium continebat in ipsa cartula: scripta ipsa cartula per manum ragemprandi notarii in primo anno principatus domni nostri ursi de mense aprelis per indictione nona, et ibidem erat testis isengardo et isenardo, et ursu. alia cartula continebat, quomodo sadelgrimo filio gucti et rodelgrimo filio domnolini venumdederat sadelfrid omnibus rebus suis, qui fuit tassiloni, quod abuerat in loco vaneo, et alium continebat in ipsa cartula: scripta ipsa cartula per manum nandelchisi subdiaconi adque notarii in quarto anno principatus domni nostri atenolfi eximii principi et secundo anno principatus domni landolfi filii eius de mense septembrio per indictione septima, et ibidem erat scripti sadelgrimo, et rodelgrimo, et audoini, et agenardus. Alium brebe, quod comune abemus, continet, quomodo castelmanno, qui et cicere dicitur, dederat ad pastinandum binea ciceri filio iohanni lauretani in casale vaneo per finis et mensurie, velut ipse iamdictum brebe continet, et ipsa medietatem de ipsa vinea est michi concessa, simulque et aliis causis continebat, que ibidem scriptum erat: scriptum erat ipsum brebe per gaiderissi clericum adque notarium in anno tricesimo nono regnante domno constantino magno imperatore et anno terticdecimo principatus domni landolfi et anno nono principatus domni paldolfi filii eius, de mense aprelis per indictione decima, et a testibus bene erat roboratus rodegrimo et guaiferi et arechis. Alium brebe dibisionis continebat per ec finis: septano [2]) latere fine ipso ribo de cerasulum ascendentes usque in ipso ribo, qui descendit da ipsa fontana, et per ipso ribo ascendentes usque ad ipsa fontana nostra comune; et de suprano capite fine ipsa via qui badit ad ipsa fontana, et rebolbentes per ipsi termiti, qui est infra curte mea et rebus nostra comune, et descendentes et rebolbentes per ipsa clusamen, qui est infra ipsa curte mea et ipsam rebus, qui fuit iohanni, et descendentes usque in ipsa via, qui pergit ad porca qui est comune ipse vinee, ut diximus, quibus fuerunt nominati iohanni erga ipso nocellitum nostrum comune, et rebolbentes et descendentes in ipso ribo de cirasolum, ut diximus, qui est prioras fines; et alium continebat

---

[1]) *Tribium*, idest *Trivium*.

[2]) *Septano*, idest *subtano* — inferiore.

in ipsum brebem : erat scriptum in anno nonodecimo principatus domni paldolfi gloriosus princeps, et primo anno principatus domni landolfi eximii principi de mense ianuarius quinta indictione : scriptum erat per manum gaideris subdiaconi et notarii, et ibidem erat scriptum ildeprandus, e potelgardus, et guaiferi, et gualdelferi. Alium brebe de ipsa dibisiones abet ec finis et mensurie : de suprano capite fine media trasenda, qui est inter ipsa casa mea et ipse case eorum, quod in sorte eorum tradidit, ex eo latere sunt pedes biginti tribus : de uno capite fine medio pariete, qui est inter ipsa casa mea et ipsum applectum, quod michi concessit radoaldu filius verenardi, es [1]) eo capite sunt pedes decem et nobem : subtano capite fine ipsa platea ; es eo latere sunt pedes biginti tribus : de alio namque capite fine ipsa platea, sunt pedes decem et octo, et ipse pedes est mensurato ad manus hominis, et talis est ipse pedes, quantum ipsum brebe in capite abet latitudinem, et erat scriptum in anno vicesimo domni paldolfi gloriosus princeps, et secundo anno principatus domni landolfi eximii principis de mense september, sexta indictione, et scriptum erat per manum gaiderisi subdiaconi et notarii et a testibus bene erat roboratus imetancus iudex et gaidone presbiter. Nam bero infra ipse finis donabit michi predicto andree de ipsis rebus et casis ipse castelmanno, qui et cicere bocabat, inclitam quartam partem. sicut ipse cartule mee sunt continentes ; simulque donabit michi ipse iohannes presbiter de ipsi rebus et casis, sicut ipse cartule mee continunt. Modo quidem ipse cartule et ipsi brebi dibisionis, quod supra declarabimus, et ipsa alias moniminas, que de ipsis rebus et casis sunt pertinentes et continentes quod comune abemus, recomendabo tibi predicto ursi filio ceceri ; unde guadia michi andree ipse predictus ursus [2]) et mediatorem michi posuit foleo filio radoaldi oc tinore, ut qualiscumque tempore necesse nobis fuerit ad causandum ipsas monimina cum ipse cartule, quod supra declarabimus, nos et nostris heredibus ipse et suos heredes salbe aput nos remitta, ut non fiat capsate aut falsate, ut illas ad legem ostendere possamus, et post finem facta salbe aput ipsi remittamus. et sic ec omnia, quomodo superius legitur, nobis nostrisque heredibus ipse quam et suos heredibus non adimpleberit, centum solidos constantinos nobis et ad nostris heredibus, vel cui istum brebem in manum paruerit, conponere placitabit, et cuncta, que prelegitur, conplire nobis per inbitis per supradicta guadia et iamdictum mediatorem et pena obligata. Et oc brebe scripsit ego iaquintus subdiaconus et notarius et interfui.

† ego potelgardus.

† ego mari

† ego maio

† ego garardus clericus.

---

[1]) *Es*, pro *ex*.

[2]) *Ursus dedit?*

CCLV.

A. D. 968.

✝ In nomine domini anno vicesimo quinto principatus domni paldolfi gloriosi principis et anno septimo principatus domni landolfi eximii principi, mense martius undecima indictione. Ego andreas filius (*deest nomen*) de oc quod ante nobiliorum subscriptorum testium declaro me habere rebus in loco baneo propinquo abellino et in loco ubi caprilia dicitur, et per alias singulas locas et case intus eodem civitate abellini pertinentem michi per una cartula donationis, quod michi donabit iohannes presbiter filius ciceri quando ad ovitus venit. Et congruum michi est tota et inclita ipsa rebus mea tam de loco baneo quam et de caprilia, et ipse case de intus civitate abellini cum ipsa monimina, que inde est pertinentem, vindere tibi andree filio loperissi ac genero domeneke monache. Propterea ego nominatus andreas, dum michi congruum esse videtur bona etenim mea voluntate, per anc quoque videlicet cartula vindeo tibi supradicto andree integra ipsa rebus mea et ipsa vinea mea, quod habeo in loco baneo per ipse finis, quomodo ipsa cartula mea continet, quod michi supradictus iohannes presbiter donabit, Et ipse case de intus eodem civitate abbellini et ipsa cartula que inde est pertinentes per ipse finis, sicut ipsa supradicta cartula declarat. Et ipsis rebus, ut diximus, hec sunt: curtis, ortalis, vineis, vinealis, castanieta, escleta, cerreta, monti, plano, cultu atque incultu, omnia et in omnibus ubicumque de rebus et casis meis inventus fuerit, inclitum vindeo tibi supradicto andree una cum inferius et superiusque suis, cum viis et anditis suis, cum aquis et cum omnibusque suis pertinentiis, ad semper eos habendum et possidendum tu quam et tuos heredes, et cui a vos datum esse paruerit, et faciendum exinde omnia quodcumque volueritis, sine contradictione mea et de meis eredibus, et sine cuiuscumque requisitione. Et pro hanc mea vinditione confirmanda, continuo recepi a te supradicto andree tari numero triginta tribus, Ea ratione, ut amodo et semper eadem mea vinditione habere et possidere securo nomine baleatis, et securiter faciatis exinde omnia, quomodo et qualiter volueritis. Et aliter statuimus, ut usque dum dominus michi spatium vite donare dignatus est, ipsis rebus mee sit potestatis usufruendi medietate de ipso frugio non bendendi nec donandi, nec per nullis modis alienandi, nisi tantum usufruendi medietate. Post meum vero obitum ebeniam in potestate tua et de tuis eredibus; Et unde obligo me ego qui supra andrea et meos heredes obligamus nos tibi et ad tuis heredibus. Quod si aliquando tempore eadem mea vinditione, sicut prelegitur, retornare aud removere quesierimus, Post hanc cartulam ostensam et relecta puplice fuerint, et in antea perseveraverimus eos removendum aud exinde causandum, vel si illos vobis

da omnis homines, cui a nos datum vel alienatum esse paruerit, non defensaverimus secundum langobardorum lege, ideo ante omnia questio et causatio nostra bacua et tacita sint adversus vos, Et viginti solidos constantinos Per hanc cartulam vobis prenominati andree quam et ad vestris heredibus nos et nostris heredibus componere obligamus, Et adversus vos per imbitis tacitis et contemptis maneamus. Igitur obligo me ego qui supra andrea adque heredes meos obligo tibi nominati andree, quam et ad tuis heredibus, iamdictam mea vinditione ab omnibus hominibus antistemus et defensemus secundum langobardorum legem. Da aliis vero hominibus sciatis exinde per vos autori et defensori cum ista cartula et cum moniminas ipsas, que de ipsis rebus et casis sunt pertinentes adque continentes, ut liceam te et tuos eredes per vos ipsi defensori essere et moniminas ipsas ad legem ostendere, et omnia exinde facere, sicut ego et meos heredes facere debuissemus, Et habeatis totam et inclita ipsam rebus mea de loco baneo quam et de caprilia, quod michi supradictus iohannes presbiter donabit, et supradictus cecere genitor ipsius iohanni presbiteri donabit michi predicto andree una peciola de vinea ibidem in loco baneo totum et integrum illud tibi vendidi supradicto andree filio loperissi hac genero domeneke monache cum viis et anditis suis, cum aquis et omnibus suis pertinentiis, Et faciatis exinde omnia, quomodo et qualiter volueritis sine contraditionem mea et de meis heredibus vel cuiuscumque requisitione per supradicta obligata pena. Quod taliter te gaidone subdiaconus atque notarius scribere rogavi in abellino mense et indictione feliciter.

† ego ildeprandus

† Ego potelgardus

† ego mari

† ego maio

† ego garardus clericus.

CCLVI.

A. D. 968.

† In nomine domini anno trigesimo sexto principatus domni nostri gisolfi glorioso princìpe, mense agustus undecima indictione. memoratorium factu a me maraldus presbiter filius lamfrit, eo quod ante subscripti testes tradidit ego ad tenendum et laborandum mauri filius ruscinii et falchi filius maraldi terris cum arbusto et abellanietum et castanietum et vacuum uno teniente qui est in locum montoru, quod ego im beneficium teneo a pars ecclesie sancti massimi tali tino-

re, ut amodo et usque tres frudia recollecta totum ad sua potestate eos tenere, et ipso arbustu et ipso abellanietum annualiter apto tempore eos laborare, et ipso arbustum potare propaginare, et ubi meruerit, bites traere et eos laborare de super et de subter, sicut locus ipse meruerit ut bene paread laboratum et cultatum, et ipse terris vacibe apto tempore laborare et seminare et recolligere ; et de que annualiter ibidem seminaberint, deant inde nobis terraticum secundum consuetudine de ipso loçum, et ipso arbustum apto tempore eos bindemiare et ipse abellane colligere. preter si voluerimus nos tollere medietatem ipso vinum et ipse abellane et tertiam parte de castanee, que de ipso castanietum collesserit, deant illut nobis; et si non voluerimus eos tollere, per omnis annu deant nobis in festibitate sancti martini quadtuor auri tari voni, et illis abeant sibi ipso vinum, et ipse abellane, et predicte castanee et ipso terraticum. unde per vona combenientia guadia mihi ipsi nominati maurus et falcus dederunt et ipsi sibi exierunt mediatores; set per eadem guadia obligaberunt se et suis eredibus, ut si aliquit, de quomodo superius legitur , quesierit remobere aut contrare , et talia nobis vel in pars ipsius ecclesie non adinpleberint, componere obligaberunt se suisque eredibus nobis vel im pars ipsius ecclesie decem solidos costantinos. et hunc brebem scripsi ego madelmus notarius qui interfui.

† ego adelmundu

† ego potio

† ego iaquintus.

CCLVII.

A. D. 968.

† In nomine domini tricesimo sexto anno principatus domni nostri gisolfi glorioso princeps, mense september duodecima inditione. hideo que ego boso, qui littusum vocatur filius quondam framperti, dum a grabissima infirmitate sum deprehensus, unde nisi si dibina misericordia mihi non hocviaberit, cizius ab ac luce uius seculi puto vitam finire ; set tamen plenam profiteor me habere mentem et recte loquere valuit, cogitabit enim que dei sunt iudicia et humano hordo decurrit, ne subito preoccupet me mors, et rebus et causam meam iniudicatam relinquam. primitus quidem iudico adque statuo, ut si iaquinta uxore mea casta lectum meum custodierit et non nupserit, habeas unaque cum filiis nostris ad suam potestatem laborandi et frugiandi nomine, et regendi et gubernandi casis et omnis mea rebus sta-

bile et mobile uniter adque communiter ipsa cum filiis nostris permanendi et abitandi, et regendi et gubernandi, dum ipsis filiis nostri pervenerint ad legitimam etatem ; et a quo ipsi filii nostris pervenerint ad legitimam etatem et non comvenerit se uniter permanendi ad uno convibio, ipsa nominata iaquinta uxor mea habeas et deteneas ad suam potestatem vibendi nomine super suum morgincap media omnis rebus mea stabile et mobile et casis meis, scepto quantum modo ego in aliis partibus iudico, nam illo aliut totum habeas medietatem vibendi nomine, dum lectum meum custodierit et non nupserit; si autem ipsa iaquinta uxore mea nupserit aut mortua fuerit, ipso vibendum rebertas ad potestatem de meis heredibus. hiterum iudico, ut filie nostre infantule nomine malsenda et letitia pervenerint ad legitimam etatem, habeas ipsa uxore mea ad suam potestatem inclita sortionem meam de terra cum arbustis que dicitur ad campu da alberone, et frugium exinde tollere et de ipso frugium parare serra ad ipse filie nostre, qualiter potuerit; et ubi ipse filie nostre pervenerint ad legitimam etatem et ad maritum ambulaberit, deant earum ipsi filii nostri mascolini, qui illis diebus fuerint, per unam quoque de ipsa fine ana quattuor solidos de tari voni, ut inter ambe compliant hocto solidi de tari ana quattuor tari voni per solidum. et si forsitans ipsi filii nostri ipsi solidi ipsarum filie nostre dare noluerit, habeant ipse filie nostre trasactibum ipsa rebus mea de predicto locum campu, qui dicitur alberona, et illarum heredes faciendum exinde omnia quod voluerit, absque cuiuscumque contrarietatem vel requisitione, et ipsis filiis et heredes meas omni tempore illut earum vel ad ilarum heredes defenset da omnis homines omnique partibus : si forsitans unam ex ipsa filie nostre antequam ad maritum ambulaberit, mortua fuerit, tunc eius sortione illius que fuerit defuncta, rebertas ad potestatem de ipsis filiis et heredibus meis. simulque et iudico, ut si de hanc infirmitate fuerit defunctus, venumdetur medietatem meam de una ienca [1]), quod commune habeo cum leone cognato meus, et sella mea cum frenu et paraturia sua et una spata, et pretium, quod exinde tulerit, distribuat pro anima mea, et unum de una butte plena badat pro anima mea, et iohannes genero nostrum unaque cum gaita filia nostra uxore eius hamodo habeas firmiter illis et illorum heredes medium ortum meum, quod habeo iusta ipso castello infra hec finis: de due partis fine bia pulbica, et de una parte fine de heredes ragi clerici, et de alia parte fine nostra, sicut pariete discernit, et exiente in ipsa bia infra hec finis, de quantum per successione mihi ibidem habere pertinuit et per meam parationem, de totum habeas ipse iohannes et ipsa uxore eius et illorum heredes medietatem, simulque et habeas unum aplittu de terra nostra, quod cum germanis et sortifices meos habeo coniunctum ad ipso muro de ipso castello. ideo qualem sortionem ibi habere visus sum, habeas inde ipse iohannes cum ipsa uxore

[1]) *Ienca*, vox vulgaris eloquii, *iuvenca*.

sua et illorum heredes omni tempore firmiter inclitum unum applittum cum inclita ipsa medietate de predictum ortum omni tempore defensatos per ipsis filiis et herede mea cum vice de biis suis da omnis homines omnique partibus; simulque et iudico ipsius iohanni corcebaldum [1]) meum de bambace et unum camiso, et una camisa, et unum pario de brache et calze [2]) et subtulari [3]). hec omnia suprascripta iudicabit ipsius iohanni et predicte uxori sue omni tempore firmiter habendum, dominandum, possidendum, omnia et in omnibus exinde faciendum, quod illorum placuerit absque cuiuscumque contrarietate vel requisitione semper defensatos per filiis et heredibus meis. seu et iudico, ut sortionem mea de terra cum arbustis vitatis, ubi dicitur ad ipsa fosaria, habeas ad frugiandum nomine cicerus, qui fuit libertum ipsius genitori mei, diebus vite sue pro meis salutis anime frugiandi et laborandi, et de ipso frugium faciendum, quod voluerit absque omni contrarietate vel requisitione de filiis et heredibus mei vel cuiqua hominibus ab eorum partibus. ideo hec omnia in eo hordine firmiter disposuit et iudicabi adque preordinare prebidit, ut si mihi mors hebenerit, omni tempore firmiter permanere post meam defunctione. de qua obligo filiis et meis heredibus, ut si quis de hec omnia, quod superius iudicabit adque hordinare prebidit, aliqnit contradixerit et remobere quesierit et talia non adimpleberit, qualiter superius legitur, ad compositione siant obligatos filiis et heredibus meis componere homini illi, cui scriptum iste im manu paruerit, quinquaginta solidos costantinos vonos, et omnia, quomodo superius iudicabit et hordinabit, omni tempore firmiter permanead, et per imbitis filiis et heredes meos debead adimplere, sicut superius legitur. et tali hordine te grimoaldus notarius scribere rogabi actum nuceria, quia et interfuistis.

† ego guiso presbiter et abbas.

CCLVIII.

A. D. 968.

† In nomine domini tricesimo sexto anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense martius duodecima indictione. ideo que nos iaquintus filius aldecisi clericus et

[1]) *Corcelbaldum*, idem ac *Arcinbaldus* vel *Cortibaldus*, vestis species, ut in Du Cange.

[2]) *Calze*, idest *tibialia*.

[3]) *Subtulari*, vide *subtalares* in Gloss. Du Cange.

mulier nomine sellecta, que sum uxor eius filia quondam petri presbiteri, quum declarati sumus nobis esset pertinentes casa et terra intus hanc salernitanam cibitatem ad ortum mangnum a parte suprascripti petri presbiteri genitor et soceri nostri, et iam ante os dies illut datum abuimus ad casa faciendum iohanni presbiteri germanum et congnatum nostrum, ut ille casa ibidem facere et trasactibus medium illut sibi tollere; nunc autem ipse iohannes presbiter, sicuti inter nos fuit combenientia, casa ipsa, que modo ibibem est, ille eam edificare querent a nos, ut exinde secundum legem inde ei firmaremus, ut securiter illut abere potere. unde de predicta terra de quantum fuit ipsius petri. . . . . . . iaquinti est pertinentes tertiam partem per datum ipsius petri presbiteri, et de illo aliut mihi inde est pertinentes inclita sortione petri presbiteri et monachi filii suprascripti petri presbiteri, sicuti nostra continunt monimina, que ante subscribto notario et testes ostedit firmate, et mihi nominate sellecte de ipso aliut, qui inde remansit, est inde abere pertinet sortione mea per subcessione suprascripti genitori meo; nunc autem congruum est nobis viri et uxori medium inclitum illut donare et pro ipsa lavorationem tradere tibi predicti iohanni presbiteri, ego nominatus iaquintus inclita ipsa mea sortione medietatem, et ego nominata mulier ipsa alia mea sortione medietatem, et de . . . . . . viro meus mihi legibus evenire debuerit per ipsum meum morgincab, mihi fuit emissum a predicto viro meus alio die nostre copulationis, inclitum illos tibi nominati iohanni presbiteri tradidit. interea nos superius nominati iaquintus et sellecta vir et uxor unanimiter parique consensum, per absolutionem suprascripti aldecisi genitori et soceri nostro, quam et per largietatem supracripti gloriosi principis, quem nobis dandum direxit per lando castaldum suum que onoratum, per hanc cartulam quam et pro ipsa lavoratione donamus adque ad semper abendum confirmavimus tibi nominati iohanni presbiteri germanum et congnatum nostrum medietatem cumta et inclita casa et terra, sicuti modo conciata vel edificata esset, ... illos vobis donavimus et, ut superius diximus, tamen ego nominata mulier illos tibi donavi per consensum et volumtatem ipsius viri mei, in cuius mundium me palamfacio subiacere, cum omnia intro se abentibus et cum medietate omnibus mominina indeque pertinentibus et cum bice de bia inclitum illos tibi donavimus, ad securiter hanc firmiter amodo et semper tu nominatus iohannis presbiter quam et tuis heredibus predicta nostra donatione illut abendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum, que vobis placuerit; unde de predicta nostra donatione nullam nobis aut cuiqua hominibus exinde restitit aut dicimus remanere sortionem. et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostra donatione, primis inpotavimus nobis ipsum lavorem, que in ipsa nostra sortione fecisti, quam et iuxta legem launegild a te inde communiter recepimus mantellum unum. finitaque vero nostra donatione per subgectum launegild, ea vero ratione hobligamus nos qui supra vir et uxor et nostris heredibus predicta nostra donatione, ut dudum dictum est, nos vobis

antistandum et defensandum da omnis omines omnique partibus. si autem, sicut dictum est, taliter illut vobis non defensaverimus, aut si nos nostrisque heredibus quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illut vel exinde vobis tollere aut contrare, et quodcumque causationes vobis inde preposuerimus, tunc primum omnium questio et causatio nostra modis omnibus adbersus vos sint exinde tacita, et ad compositionem siamus nos et nostris heredibus hobligati ad componendum tibi nominato iohanni presbiteri quam et ad tuis heredibus biginti solidos constantinos, et, sicut dictum est, per inbitis illut vobis defensemus. quando autem per vos ipsis volueritis inde esse auctores et defensores, potestatem et licentiam abeatis tu tuique heredibus vice nostra et de nostris heredibus cum quale monimen et rationem inde abere potueritis, in omnibus inde causare et omnia agere et perficere, sicut vultis et vobis illos abere, et per vos ipsi siatis inde auctores et defensores; nam quando nos inde auctores abere quesieritis, nos autem nostrisque filiis et heredes adimpleamus vobis vestrisque heredibus omnia, quantum et quomodo superius legitur. et tali hordine te petrus notarius scribere rogavimus. actum salerno.

† ego lando

† ego maio

† ego ioannes

† ego petrus

† ego romoaldus me subscripsi.

CCLIX.

A. D. 969.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense magius duodecima indictione. in sacratissimo salernitano palatio ante me petrus iudex ostensa est una cartula per ursus atrianense filius quondam marini iudici continentem, qualiter adelmundus filius aghenardi donaberad ipsius ursi de terra bacua, quod habui in locum beteri finibus salernitanis intus ipsa civitate, qui fuit ibique in beteri per as finis et mensurie illud ei donabi: a pars septemtrionis fine terra ipsius ursi, quod antea ipse adelmundus ei donavi, est inde passi quadraginta : ab oriente fine quod nunc retinet heredes petri, et da fine ipsius ursi in supto passi nobem usque medio pariete, qui ibi est, minus gubitu unu; et per ipso pariete rebolbente in partibus occidentis passi quadtuor , et da completi ipsi quadtuor passi rectum descendente in partibus meridie, usque hubi complent, passi nobem et gubitu

unum: a partibus meridie fine ipsius adelmundi, est inde passi quadraginta: a partibus occidentis similiter fine ipsius adelmundi, est da ipsa terra quod ipse ursus pastenavi, in subto passi decem et octo. cum autem cartula ipsa relecta fuit, cepit ipse ursus causare cum iohannes idem atrianense filio iohannis, qui bocabad buccabitello, dicentes ei, ut ipse iohannes et hominibus eius malo hordine introisset in predicta rebus per iamdicte finis et mensuriis et fobee ibi fecisset, et frudium exinde tulisset, et illud ei contravi. ad hec audientes ipse iohannes taliter ipsum ursus adbersus se causanter, responsum ei retdidit dicendum, ut nesciret quit inde respondere sine adbocatorem. ex quo inter eis iudicavi et per partes illis guadiare feci, ut ipse iohannes plicaret se cum adbocatorem et rationem suam, et exinde respondere ipsius ursi; et ipse ursus similiter plicaret se cum sua ratione et secundum legem inter se inde finem facere. hunde ipse iohannes posuit mediatorem ursus congnato suo, qui dicitur boccapiczola, et ipse ursus posuit mediatorem iohannes atrianense filius gutti. et taliter scribere fecimus te ademari notarius qui interfuisti.

† ego qui supra petrus iudex.

CCLX.

A. D. 969.

† In nomine domini anno tricesimo septimo principatus domni nostri gisolfi glorioso principe, mense iulius duodecima indictione. memoratorium factu a me landolfus filius bone memorie domni atenolfi, qui fuid princeps benebenti, eo quod ante supscripti testes vona sua bolumtate guadia mihi dedit ursu filius stefani et mediatorem mihi posuid se ipsum; et per eadem guadia obligabit se tali ordine, ut amodo et usque quinque anni completi tenere ad laborandum una clusuria de terra cum binea mea et castanietum uno teniente, quod habeo in silia per ec finis: de una parte flubio pecentinu: de alia parte terra nostra, et de alio capite similiter fine terra mea, quod paratum abeo da benedictulo, et de alia parte terra baciba et binea mea, quod paratum abeo da iohannes presbiter filius teudi et da ipsum benedictulo et da nepoti sui. ideo tota et inctita ipsa terra cum binea et castanietum infra ipse finis usque ipsi quinque anni sue potestatis tenere et laborare, ipsa binea potare, ligare, propaginare, scolciare, zappare, inpalare, arare, et sic tota eas laborare, ut bene paread laborata, sicut loci illius est consuetudo, ut tota proficiant et non dispereant; et omnis binum et poma, quam exinde exierid, totum ibique ad palmentum dibidant per medium cum missus noster; pars nostra tollad eos medietatem, et ille medietatem:

ipso castanietum colligere sicut meruerid, et tote ipse castanee seccare, et secce ille medietatem nobis dare et medietatem sibi eos abeant; ad completi autem ipsi quinque anni inclita ipsa rebus remittant ad nostra potestate. quod si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierint remobere aut contrare, et talia nobis non adimpleberint, componere obligabit se mihi meique eredibus decem solidos costantinos, et omnia suprascripta per inbitis nobis adimplerent. et hunc brebem scripsi ego teodericus notarius et interfui.

† ego radecisi

† ego ademari

† ego madelmo

† ego arechisi.

CCLXI.

A. D. 969.

† In nomine domini dei salvatori ihesu cristi, die vicesima mensis agusti indictione duodecima, amalfi, temporibus domni mansonis gloriosi ducis amalfi anno duodecimo. constat nos leone filio gutti de domno blattu et erini relicta quondam iohanni de gutto et ursus genitrix et filii, qui sumus cognati tius et nepus, a presenti die et tempore diffinivimus ... a vobis omnibus hominibus de allola quam et de cercli de causationes et altercationes, quas vobiscum habuimus de ipso castaneeto supra cetara positum, loco nominato carbonara, dicendo nos suprascripti leo et erini, et ursus vobis suprascriptis cerclesi et allolesi, quia iste castanetus nostra causa est et fuit, et chartulam exinde havemus, et vos iterum dicendo nequaquam non est veritas; set hodie per annos multos nos et nostri parentes semper illud dominavimus et homines havemus, qui exinde nobis et nostris genitoribus et avis proavis semper exinde rationem retdiderunt, et nobis altercantibus at finem venire non potuimus. deinde perreximus exinde at iudicium superius domni mansonis et iudicata sunt inter nos sacramenta, ut iurarent tria testimonia extranei, et dicerent per ista dei misteria nos seminavimus ipsum montem et ipso castaneeto de carbonara et retdevamus exinde rationem ad ipsos de allola et de cercli, et post ipsos iurarent duo ex vobis et firmarent ipsa fines; statim atduxistis sergium de cunari de ponte primaro [1]) et sergio de leone de sub via de pecara et dominicus de leone de maorona, qui dicebant per ista dei misteria omni

---

[1]) *Allola*, *Cercli*, et infra *Cetara*, *Carbonara*, *Ponte primaro*, *Pecara* in Princ. amalphitano.

tempore, quando seminavimus ipsum suprascriptum montem, non exinde retdidimus rationem nisi at cerclesi et allolesi. et ubi parati fuerant iurare at sanctum stefanum, donavimus eis ipsa sacramenta; et dum perreximus iterum foras super ipsa terra cum ipsa evvangelia sancta, statim iuravant sergius de muscho de allola et leo de maurone da circli, et dicebant per ista dei misteria nos et nostri genitores omni tempore dominavimus ab ipso alipergo de ipsis sarraceni, quomodo vadet ipsa via de septe arbori, quomodo ipse cruces vattivimus, et at limpidi per ipso monte et puncti in ipso flumen de cetara, et deo auxiliante fecimus bonam finem: donavimus inter nos ipsa sacramenta, et confirmavimus inter nos et vos et nostros vestrosque heredes, ut omni tempore sit inter nos causa decisa et difinita in omnem deliverationem; et si quovis tempore contra anc chartulam venire temtaverimus de gente in gente at quodlivet contrandum, aut dominandum, aut de ipsas fines prevaricando, centum bytianteos componere promittimus, et per invitis taceamus, et ec chartula sit firma in presentia testium leone filio iohannis caramarza, lupino ranguso, sergio de leone de maorona comitissa, die et indictione suprascripta duodecima.

† ego iohannes presbiter scriva scripsi

† ego ursus scriva anc chartulam similem exemplavi per suprascripta indictione XII.

CCLXII.

A. D. 969.

Sub hoc numero eodemque anno extat aliud exemplar praecedentis chartae.

CCLXIII.

A. D. 970.

† In nomine domini anno tricesimo hoctabo principatus domini nostri gisolfi gloriosi principis, mense december quartadecima indictione. declaro ego petrus domini gratia presul sancte sedis salernitane, quem petrus castaldus filius quondam landolfi a nobo fundamine construxit ecclesia in onore sancti matthei et sancti thome apostolorum in curte sua intus hanc salernitanam civitatem ad hortum mangnum subtus ecclesia sancti andree subiecta episcopio pestano, et nunc benit ad me ipsum petrus et querent, ut firmam securitatem de ipsa ecclesia ei emittere-

mus, qualiter ecclesia ipsa homni tempore secura et libera esse a pars nostri episcopii ad potestate eius et de eius heredes, semper presbiteros ibidem hordinandum, quomodo voluerint, et omnia nos inde ei adimplendum et firmandum, sicut imferius declaramus, et dare inde nobis quinque libras argentei, ego autem cepi inde abere colloquium cum sikelmus diaconus et vicedominus nostri episcopii, et cum iaquinto advocatorem nostrum et cum alios cleros honoratos nostri episcopii. hinito consilio, comparuit homnibus nobis talia faceremus, et ut firmiter illut perficere valeamus, hec omnia nuntiavimus suprascripti domni gisolfi gloriosi principi, ut per eius licentiam hanc faceremus combenientia. ille autem angnoscente, quod vonum ad pars nostri episcopii hebenirent, solutionem nobis dedit illut faceremus, etiam et pro firmitatis causa inter medium nostrum essendum direxit gaido iudex suoque fideles. nos autem reminiscentibus et opserbantibus ea, que in edicti capitulo de combenientia affictum est, pars partium combocavimus idoneis hominibus, ut quo utrumque faceremus, omni tempore firmum stavilemque manerent. quo hita factum, per bona combenientia recepi a te nominatus petrus castaldeus predicte quinque libres argentei, sicut inter nos combenit; et ego iam supradictus petrus domini gratia pontifex una mecum predicto vicedominus et advocatorem, per bona combenientia per hanc scriptionem firmamus tivi iamdicti petri inclita ipsa ecclesia, ut omni tempore a pars nostri episcopii secura et libera manere et semper sint ad potestate tua et de tuis heredibus homni tempore presbiteros ibidem hordinandum, quomodo volueritis sine pars nostri episcopii, et quales presbiteros per te et per tuis heredibus quomodocumque ibidem hordinatos fuerint, sic ibidem siant semper et omni tempore securos et liberos permaneant asque omni molextatione et contrarietate nostra et de nostris successoribus et a pars nostri episcopii, et nec nos nec nostris successoribus nec pars nostri episcopii nullas angarias, aut servitium vel censum, aut quadlibet dationem illorum imponamus aut exigere queramus; set, sicut iam supradictum est, homni tempore de omnia securos et liberos permaneant a pars nostra et de nostris successoribus et pars nostri episcopii, et que per te et per tuis heredibus de rebus et causa vestra in eadem vestra ecclesia datum et hoffertum fuerit, et que per aliis hominibus de rebus et causam suam datum et offertum fuerit, ibidem semper firmiter permaneant in ipsa ecclesia, et non abeamus potestatem aliquando nec nos nec nostris successoribus per qualecumque modis vel ratione aliquit exinde tollere aut contrare seu minuare, aut in qualecumque parte ipsa ecclesia vel res ipsius ecclesie im beneficium dare, aut ad nostra potestate illut habere; set semper ecclesia ipsa una cum ipsa rebus et cum omnia suprascripta ad vestra et de vestris heredibus sint potestate hordinandum et faciendum, quomodo et qualiter volueritis. de qua per bona combenientia hobligo me iamdictus petrus pontifex et meis successoribus et pars nostri episcopii, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierimus contrare vel remobere, et quodcumque causationes inde

vobis vestrisque heredibus preposuerimus, componere hobligo me meique successoribus et pars nostri episcopii vobis vestrisque heredibus quingentos auri solidos constantinos. et taliter scribere rogavimus te totonem notarium, hactum salerno.

† ego qui supra sichelmus diaconus et bicedominus

† ego pando archidiaconus

† ego qui supra gaido iudex

† ego amatus presbiter

† ego manso presbiter

† ego dauferius diaconus et abbas cappelle palatii

† ego ursus presbiter et abbas

† ego qui supra iaquinto

† ego romoaldus me subscripsi

† ego arechisi

† ego friderisi.

CCLXIV.

A. D. 971.

† In nomine domini tricesimo octabo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense ianuarius quartadecima indictione. memoratorium factum a me maraldus presbiter filius lanfrid, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia guadia michi dedit petrus filius musi. et mediatorem michi posuit se ipsum tali ordine, ut amodo et usque tribus frudia recollecta licead illum et homines, quem miserit, tenere ad sue potestati terris bacue, et castanieta, et abellanieta, et arvustum, quod pars ecclesie sancti maximi habet in locum muntoru finibus rotensis, et illut qui dicitur da faraone, idest da bia que est supra casa de filii adelgardi et usque ribus siccu et quantum est illut da faraone, totum, sicut diximus, usque ipso constitutum tenere ad sue potestati et iuxta ratio omnis sue utilitati ibidem facerent et ipso arvustum apto tempore de super et de suptus, sicut locus ipse meruerit ut bene pareat laboratum, et ipso abellanietum per tempore ararent et studiarent iuxta ratione, sicut meruerit; et omnis victum et vinum, et abellanee, et castanee, et quicquit annualiter in ipsa rebus redierit amodo et usque ipso constitutum, totum sue sit potestati. et pro ipso frudium hobligabit se dare nobis per omnis annum in festibitate sancti martini amodo et usque ipso constitutum, quadtuor auri tari boni;

et de quod annualiter seminatum fuerit in ipse terris bacibe, dare nobis inde terraticum intus hec cibitatem usque ipso constitutum secundum consuetudinem ipsius loci ad domum meam. quod si taliter, ut superius legitur, nobis non adimpleberit, tunc per ipsa guadia hobligabit se componere nobis, vel cui brebem iste vice mea in manum paruerit, decem auri solidos constantinos. et hunc brebem scribsi ego petrus notarius qui interfui.

† ego truppoaldus

† ego arechisi notarius me subscripsi.

CCLXV.

A. D. 971.

† In nomine domini tricesimo octabo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense martius quartadecima indictione. memoratorium factum a me cinnamus presbiter filius ianelgari, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidit michi petrus castaldus filius quondam landolfi ecclesia sua vocabulum sancti mathei et sancti thome apostolorum dei, quod ipse petrus a nobo fundamine construxit intus hec salernitanam cibitatem ad ortum magnum in terra sua. ideo ipsa ecclesia cum terra et casa ibique coniunctum et omnis rebus, quanta quantoque per ipsum petrus ibidem offertum est, et quantum per ipsum petrus et per aliis in ipsa ecclesia offertum fuerit, michi tradidit. Unde pro taliter per bona combenientia guadia michi ipse petrus dedit et mediatorem michi posuit grimoaldus castaldus filius rodelgrimi, tali ordine, ut amodo et cumtis diebus vite mee licentiam habeamus in ipsa casa residere et habitare, et ipsa rebus tenere ad meam potestatem, et in ipsa ecclesia diebus hac noctibus officiemus et officiare faciamus iuxta ratione, sicut meruerit; et omnis offerta et botationem et sepulturam, et quicquit in ipsa ecclesia introierit, et omnis fruges et vinum, quod de ipsa res exierit, totum nostre sit potestati faciendi exinde quod voluerimus et nullam nobis exinde tollere querat. preter, quod in ipsa ecclesia introierit qui pertinead ad regimen vel ornamentum ipsius ecclesie, semper sit ad potestatem ipsius ecclesie, et per omnis annum in ipsa festibitate sancti mathei demus ipsius petri vel ad eius heredes censum unum cereum; ad die vero hobitus mei medietas omnis mea causa, quantum quantoque paratum et conquisitum habuerimus, semper sit ad potestatem predicte ecclesie, et de ipsa alia medietate faciamus quod voluerimus. tamen si familiam habuerimus, licentiam habeamus inde facere quod voluerimus; et ipsa guadia hobligabit se ipse petrus et suos heredes defensare michi amodo et cumtis diebus vite mee supradicta ecclesia cum omnis

supradicta sua tradictione et cum vice de bie sue et vice de puteum, quod ipse petrus propinquo ipsa ecclesia habet, et cum vice de bia ad ipso puteum ab omnibus hominibus omnique partibus, et non illut nobis tollere aut contrare. quod si taliter, ut superius legitur, michi non adimpleberit, tunc per ipsa guadia hobligabit se suosque heredes componere michi quinquaginta auri solidos constantinos. et hunc brebem scribsi ego petrus notarius qui interfui.

† ego qui supra petrus

† ego richardus notarius

† ego romoaldus me subscripsi

† ego guaiferius.

CCLXVI.

A. D. 972.

† In nomine domini tricesimo nono anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense martius quintadecima indictione. ideo que nos guaiferius monachus filius quondam arechisi et mulier nomine alpherada monachile havitum induta, relicta quondam maioni filio istius guaiferi et aloara filia predicti maioni et istius alpherade et petrus castaldus filius aghenardi virum istius aloare, nos omnes unanimiter parique consensum pro amore omnipotenti deo, quam et pro remedium salutis anime nostre et predicti maioni castaldi, qui fuit filius et vir et genitor noster, offerimus in monasterio sancte marie et sancti mighaelis archangelis, hubi venerabilis iohannes abbas preest situs in locum duliaria amalfitane finibus, rebus nostra, quod habemus in pasciano et in mitiliano per nominatibum in pasciano pecie nobem castanieta et bacibum. prima pecia, hubi dicitur ad planellu, qui est castanietum et insitetum; alia cum castanietum erga atrianensi, qui dicitur sfagilla; alia cum castanietum et insitetum subtus rebus de heredes iohanni pelluli; quarta pecia cum castanietum et campense subtus porcili dominici; alia pecia que est cesinale, quod a nostra parte ad lavorandum retinet filii petri da paradisu; alia cum castanietum erga rebus de atrianensi qui dicitur ad costola; alio castanietum coniunctum cum rebus de filii potelchisi: alia pecia cum castanietum et vacuum super sanctum salbatorem; alio castanietum hubi dicitur casa ricini. illud de mitiliano uno campu hubi dicitur biniola, et alio campu hubi dicitur fano castanietum et insitetum et bacuum; alio castanietum et cesinale ubi dicitur ad acquole; alio casta-

nietum hubi appellatur trebunzu ; alio castanietum hubi appellatur pacclu ; alio castanietum ad cesinola et alio ad castaniola; alia terra cum arvustum et insitetum et vacuum, qui dicitur da pintulu. hec vero tota rebus cum omnia intro se habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum ripis in eodem monasterio offeruimus ad securiter et firmiter amodo et semper pars ipsius monasterii et eius rectores illud habendum, dominandum, possidendum, omnia inde faciendum, que pars ipsius monasterii placuerit, absque omni contrarietate vel requisitione nostra et de nostris heredibus aut cuiqua hominibus. de qua obligamus nos omnes suprascripti guaiferium, alpherada, aloara, petrus et nostris heredibus amodo et semper antistandum et defensandum ad pars predicti monasterii et ad rectores eius inclita predicta rebus cum omnibus suis pertinentiis da omnis homines omnique partibus. si autem, sicut dictum est, taliter illud in ipso monasterio non defensaberimus, aut si nos nostrosque filios et heredes quomodocumque per qualecumque ratione illud vel exinde de potestate predicti monasterii tollere aut contrare quesierimus, aut si quodcumque causationes inde preposuerimus, ante omnia questio et causatio nostra modis omnibus sit inde tacita et vacua, et componere obligamus nos omnes suprascripti et nostris heredibus ad pars eidem monasterii et ad rectores eius quinquaginta solidos costantinos, et per invitis illud in eodem monasterio defensemus, sicut superius legitur. et taliter scribere rogavimus te radechis notarius. actum salerno.

† ego qui supra waiferius

† ego romoaldus me subscripsi

† ego roffrid

† ego potio.

CCLXVII.

A. D. 972.

† In nomine domini quadragesimo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense september prima indictione. ideo que nos iohannes et leo germani filii quondam gutti atrianenses declaramus habere rebus in locum veteri in campo illo, qui est secus mare ulter flubio boneia, in quo ecclesia sancti iohanni dedicata est, et in locum ubi dicitur fabale et troccle et ragitu usque flubio, qui dicitur albole pertinentem nobis per gradum successionis parentuum et per nostris rationibus; et congruum est nobis illut donare arechisi et iaquinti castaldei germani filii quondam iohannis, et ut firmiter illut perficere baleamus, ante

subscripto notario et testes ostedimus concessionis a palatio, qualiter havemus licentiam et potestatem de rebus et causa nostra dandum et iudicandum et omnia inde faciendum, qualiter voluerimus. et ideo, sicut nobis congruum est, per hanc chartulam bone nostre voluntatis donamus atque at semper habendum confirmamus vobis iamdictorum arechisi et iaquinti castaldei inclitum quantum quantoque ipse genitor et genetrice nostra habuerunt in totis ipsis rebus de predictis locis, et quomodocumque nobis ividem fuit et est pertinentes aut fuerit cum omnia intro se haventibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de vie sue et cum omnis monimen indeque pertinentes, funditus illud vobis donavimus. Unde nullam nobis vel at uxoribus nostre, aut cuiqua hominibus vel in quabis partibus exinde restitit aut dicimus remanere sortione, set totum et inclitum, sicut supradictum est, illut vobis donavimus at securiter et firmiter amodo et semper vos vestrisque heredibus illut havendum, dominandum, omnia exinde faciendum, que volueritis, absque omni nostra nostrorumque heredibus aut cuiqua hominibus contrarietate vel requesitione. Unde pro confirmandam et staviliscendam hanc nostra donatione, nunc a presentis iuxta legem launegilt a vos recepimus cammiso unum, sicut inter nos comvenit. finitoque launegilt ipsum aput nos ea ratione, per bona comvenientia guadia vobis predictorum germani dedimus et mediatori vobis posuimus nos ipsis; et per eadem guadia obligamus nos suprascripti iohannes et leo et nostris filiis et heredes amodo et semper antistandum et defensandum predicta nostra donatione cum vice de vie sue vobis vestrisque heredibus da omnibus hominibus, cui per nos exinde datum aut obligatum paruerit, vel qui pro nostris partibus vel pro pars uxoribus nostris vobis inde emiserit vel proposuerit quodcumque causationes. si autem, sicut dictum est, taliter illut vobis non defensaverimus, aut si nos nostrosque filii et heredes quomodocumque per qualecumque ratione illut vel exinde vobis vestrisque heredibus tollere aut contrare quesierimus, aut si quodcumque causationes vobis inde proposuerimus, ante omnia questio et causatio nostra modis omnibus sit exinde tacita et bacua, et componere obligamus nos nostrosque filiis et heredes vobis vestrisque heredibus viginti auri solidos constantinos, et per invitis, sicut supradictum est, illut vobis defensemus. de alii vero hominibus per vos ipsis siatis vos et vestris heredibus inde auctores et defensores cum supradicta monimina et cum quale alia monimen et rationem inde havere potueritis, quomodo et qualiter volueritis, et quale monimen inde havere potuerimus, per ipsa guadia obligamus nos illas vobis dandum atvendum illas usque at veram et diffinita legem; et hubi de predicta donationem finem feceritis, monimen ipsa, que vobis dederimus, aput nos remittere deveatis at havendum nos illas in suprascripto hordine. et taliter scrivere rogavimus te radechis notarius. actum salerno. †

† ego grimoald

† ego richardus notarius me subscripsi

† ego romoaldus me subscripsi

† ego madelfreda

† ego ursus scriva filius constantini hanc chartulam similem exemplavi ante presentiam subterscriptorum testium de chartula langovardica scripta mense februario indictione prima.

† ego sergius de domno lupo de sergio comite in ista exemplationem testis sum, quia ipsam chartulam langobardica vidi et relegi.

† ego maurus de domno lupo de sergio comite in ista exemplatione testis sum, quia ipsa chartula langobardica bidi et relegi.

† ego leo filius sergii de mansone comite in ista exemplatione testis sum, quia ipsa chartula langobardica vidi et relegi.

† ego constantinus filius mansonis de constantino de lupo comite in ista exemplatione testis sum, quia ipsa chartula langobardica vidi et relegi.

CCLXVIII.

A. D. 972.

† In nomine domini quadragesimo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, septimo die intrante mense octuber prima indictione. cum autem die quadam exet ego truppoaldus sculdais in locum hubi correiano bocatur salernitane finibus, tunc ibique ante me coniuncti sunt causatores ermengari filius erchinperti et bisantio filius iohannis et andreas clericus filius mauri propter rebus de eodem loco correiano a super casa ipsius ermengari hubi modo residente est, hunde iam ante os dies ipse ermengari cum ipsi bisantio et andreas clericus causavi et inter se guadiati fuerunt per partes plicandum se cum suis rationibus et secundum legem inter se inde finem facere, modo quidem ante me coniuncti sunt inde finem faciendum et statim per partes ostederunt inde monimina, inter quos ostederunt scriptionibus continentem, qualiter per rodipertus filius lioperti qui fuit thio ipsorum bisantii et predicti andree clerici ostensa fuerad una chartula, qualiter cumprando per vicaria dederad rodiperti qui fuit abio ipsius rodiperti terra cum arbusto in predicto locum correiano per finis: de due partis fine radiperti, qui fuit abio eidem ermengari, de una parte fine medio ribus, alia parte fine eidem rodiperti: infra ipse finis sceptuaberad bia, qui ad casa ipsius rodiperti deducit, nam illo haliut totum per vicaria ei dederad. cum quo scribtionibus ipse audimus religentem, diximus

ipsius ermengari, si voleret facere secundum legem ipse finis predicti abii sui, quod ipsa cartula continet: ille dixit, ut finis ipse facere; unde inter eis iudicavi et per partes illis guadiare feci, ut pergeret in ipso locum correiano, et ipsi bisantio et andreas clericus monstrare hab unde esse ipse finis ipsius radiperti abio ipsius hermengari, et hubi illud monstraberit, si crediderit ipse ermengari, ut ipse finis illis recte monstrasset ab inde illud habere ipse hermengari pro ipse finis predicti abii sui; et si illud non crediderit, tunc ipse hermengari monstrare hab unde fuisset ipse finis predicti abii sui et secundum legem ipsorum bisantii et andree clerici iurare, ut ab unde illud monstraverit hab inde esset ipse finis habii sui et rebus ipsa legibus ei pertinentes esse. hunde ipse hermengari posuit mediatorem alchom filius quondam iohannis, et ipsi bisantio et andreas clericus de se plicandum et evvangelia parandum mediatorem posuerunt ipsum alchom. et taliter scribere fecimus te ademari notarius qui interfui.

CCLXIX.

A. D. 972.

† In nomine domini anno quadragesimo principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense octuber prima indictione. memoratorium factu a nobis adelgari qui domnandus vocatur, et gaidenardus qui iaquintus vocatur, germani filii mascini, eo quod ante ipsum genitor noster et ante subscripti nobilibus per largietate et absolutione ipsius genitori nostro coniuncti sumus ad vona combenientia cum arechisi qui riso vocatur, et iaquintus castaldus germani filii quondam iohanni, propter intentionem quod inter nos habuimus de rebus de locum beteri ista et illa parte flubio boneia iuxta litore maris, et in quo nos germani ecclesia vocabulum sancti iohanni constructa habemus et aliquantum binea facta. illut ulter ipso flubio as finis habet: a parte orientis, sicut decurrit ipso flubio, de suptus fine litore maris, de alia parte sicut ascendit per pede de monte qui dicitur troccle, qui est fine ipsorum germani risi et iaquinti et mea domnandi, de super fine pede de monte qui dicitur fabale, qui est fine ipsorum germani, sicut badit usque ipso flubio. illut ista parte ipso flubio abet finis, de una parte ipso flubio, de suptus fine litore maris. ab oriente sicut fuit ipsa cibita de beteri et coniungente in bia nucerina et per ipsa bia coniungente ad ipso flubio. per iste finis querebad ipsi germani totum suum facere per monimina sua; una continentem, qualiter filii gutti donaverad ipsorum germani res de ipso locum beteri et aliunde; alia continentem, qualiter cicerus filius sindoni donaverad ipsorum germani res de ipso locum et aliunde; alia continentem de filii et nepoti teupi et de nepote guisenolfi, quomodo do-

naverad ipsorum germani rebus de ipso locum et aliunde, et nos germani querebamus nostrum illut facere per nostris rationibus, qualiter heredes roderissí, qui fuit abio noster, donaberad nobis predicta rebus. et dum de ex eadem rebus per iste finis plurime inter nos orta est intentiones, antequam per lex illut inter nos finire, sicut dictum est, perbenimus inde ad combenientia, ut ipsi germani et illorum heredes res ipsa per iste finis tollere et habere medietatem, et nos et nostris heredibus medietatem; ita tamen nos nostrisque heredibus tollamus et habeamus ipsa ecclesia et predicta vinea, et ipsi germani et illorum heredes tollad et habeant ubi voluerint, aliut tantum per mensuria de ipso vacibum, et totum ipso aliut per iste finis dibidamus inter nos iuxta ratione per medium equaliter; ipsi germani et illorum heredes tollant et habeant eos medietatem, et nos et nostris heredibus medietatem, et illis suisque heredibus defensarent nobis nostrisque heredibus inclita medietatem rebus ipsa infra ipse finis et ipsa ecclesia et predicta vinea a partibus uxori sue et da toti suprascripti hominibus, que ipsa supradicta illorum monimina continunt, da que illis eos paraverunt, et da uxoribus illorum et da illis hominibus et partibus, cui per ipsi germani vel per ipsis suprascripti aliis hominibus, da que illis eos paraverunt, quomodocumque datum vel hobligatum paruerit, et qui pro illorum partibus quodcumque causationes nobis nostrisque heredibus inde preposuerint, et nos germani et nostris heredibus defensemus ipsorum risi et iaquinti et ad illorum heredes medietate rebus ipsa infra ipse finis, et, ut superius dictum est, quantum pro ipsa vinea et pro ipsa ecclesia tollere et habere debet a partibus uxoribus nostris et da heredes ipsius roderisi abio nostro, que ipsa nostra monimina continet, et da illis hominibus et partibus, cui per nos vel per illis datum vel obligatum paruerit, et qui pro nostris partibus vel pro partibus de heredes ipsius roderisi, da que nos illos paratum habemus, quodcumque causationes ipsorum germani et ad illorum heredes exinde preposuerint. de alii vero hominibus et partibus, si exinde contentio fuerit exurte, nobis vel ad nostris heredibus et illorum vel ad illorum heredes, pariter adque comuniter utraque partes coniungamus nos cum quanta monimen et rationem inde habere potuerimus, et uniter adque communiter exinde causemus absque omni colludio usque ad veram et diffinitam legem; et si per legem inde perditum fuerit sine colludio de quantum inde remanserit, tantum ipso inter nos habeamus et dibidamus, sicut superius legitur; et de quantum per legem sine colludio inde perditum fuerit, soluti inter nos inde maneamus. et ut omnia suprascripta inter nos nostrisque heredibus omni tempore firmiter permanendum et omnia inter nos adimplendum, per vona combenientia utraque parte guadiabimus inter nos exinde, et ipsi riso et iaquintus mediator nobis posuit iaquintus castaldus filius quondam totoni, et nos posuimus mediator petrus notarius filius andree; et per ipsa guadia obligaverunt se ipsi germani et suis heredibus et nos et nostris heredibus adimplendum inter nos omnia, ut superius legitur; et quale pars talia adimplere noluerit, vel omnia su-

prascripta non adimpleverit et quesierit aliquit exinde removere aut contrare, componere illa pars, qui talia axerit[1]) ad illa pars, que firmiter ibi permanere voluerit, centum solidos costantinos, et omnia suprascripta inter nos firme et stavilis permanead et omnia, ut superius dictum est, inter nos adimpleamus per imbitis; set tamen omni tempore, sicut supradictum est, pares et equales inde siamus. et ego superius petrus notarius interfui et hunc brebem scripsi.

† ego petrus

† ego qui supra arechisi

† ego grimoald

† ego qui supra iaquintus

† ego lando

† ego romoaldus me subscripsi

† ego iohannes notarius me subscripsi

† ego radechis notarius me subscripsi.

CCLXX.

A. D. 972.

† In nomine domini dei salvatori ihesu cristi, temporibus domni mansonis gloriosi ducis et imperialis patricii, anno quintodecimo, die quinta mensis decembris, indictione prima, amalfi. Certum est me petrum filium quondam lupini de domno erini a presenti die pruntissimam voluntatem deliveravimus atque et in presentis diffinivimus vobis leoni nepoti meo filio quondam sergio germano meo de omnia causa quantum dedi et expendidi pro ipsa hereditate de fonti, quando fecit michi exinde chartula ipse episcopus sedis ecclesie salernitane, unde fecimus rationes de omnia causa quantum exinde dedimus et servivimus ad ipsum episcopum et ad alios homines, et refudidisti nobis exinde medietatem, hoc est, dedisti nobis exinde solidos duodecim ana auri quattuor per solidum et expedicasti[2]) me de ipsa medietate tua de omnia quantum pro ipsa hereditate de fonti expedimus et servivimus, et non havetis aliquod nobis exinde dare at denarium valientem, et firmavimus vobis, ut de tota ipsa hereditate de fonti de ipsa hecclesia et de vineis et pomiferis, de terris, campis et silvis, de cannetis et salicetis, de omnia cum omnibus quantum

[1]) *Axerit*, idest *egerit*.

[2]) *Expedicasti*, idest *solvisti pretium*. Deest haec vox in Du Cange, ubi habetur tantum *expedicatus* sub alio sensu.

ipsa chartula langovardica continet, quam nobis fecit pars episcopi salernitani, havetis exinde vos et vestri heredes medietatem et nos et nostri heredes medietatem, ut omnia causa de fonti, quantum per ipsam chartulam langovardicam havemus scriptum, partire deveamus nos et vos per medietatem et per sex uncias solum quantum ividem pastinavi ego cum meo expendio; deveam exinde tollere ego medietatem pro ipsa pastinatione, et ipsa alia medietatis siat nostra et vestra, et dividamus eos nos et vos per medietatem, sicut iam diximus, et in omnibus vobiscum exinde diffinivimus et emisimus vobis exinde anc plenariam securitatem in omnem deliverationem et in omnem decisitionem, ut si per quovis tempore, per quovis modum vel ingenium, sive nos aut heredes nostri, vos aut heredes vestri exinde querere aut contrare presumserimus, sexaginta bytianteos vobis componere promittimus, et ec chartula sit firma. preter memoramus de quantum pariendum fuerit quod ego ividem pastinassem, postquam fecit michi chartulam pars episcopii salernitani, de tantum deveo tollere medietatem pro ipsa pastinatione, quia sic nobis stetit ante presentia testium.

† ego taurus filius stephani de lupino comite de marino comite testis sum †

† pantaleo filius leonis de tauro de leone comite testis sum

† ego leo filius mauri de gregorio comite testis sum

† ego ursus scriva scripsi.

CCLXXI.

A. D. 972.

† In nomine domini quadragesimo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense december prima indictione. memoratorium factum a nobis petrus filius papari et mari filius ermengari, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidit nobis adelferi castaldus filius quondam moncole una pecia de terra, quod mulier nomine iaquinta uxor eius filia quondam iaquinti habet in locum correciano finibus salernitanis, per as finis et mensuria: de una parte fine sicut ripa de caba discernit, quomodo rebolvit, sunt exinde passi septuaginta quinque: a partibus meridie fine petri clerici filii potoni et fine meaque nomine mari et iaquinti germanus meus, sicut terminatum est, sunt exinde passi sexaginta quinque: ab orientis fine ipsius papari genitori meo petri, et inde sunt passi quadraginta sex ad iusto passum homini mensuratum. hec vero rebus, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, tota et inclita cum

omnia intra se habentes et cum vice de bia sua nobis tradidit. unde pro taliter guadia nobis dedit et mediatorem nobis posuit andreas filius radechis, tali ordine, ut amodo et usque octo anni completi licead nos et nostris heredibus ipsa rebus per ipse finis et mensuria cum vice de bia sua tenere ad nostre potestati, et fobeas ibi facere et omnis nostre utilitati, et vinea ibi plantare, et omnes fruges et vinum et quicquit annualiter ibidem redierit amodo et usque completi ipsi octo anni, totum nostre sit potestati faciendi exinde quod voluerimus, et nullam nobis exinde tollere querant. ad completi ipsi octo anni nos autem et nostris heredibus in ipsa rebus per ipsa mensuria habeamus vinea facta et lebata et cooperata et de super et de supto laboratam, sicut locus ipse meruerit ut bene paread laboratam, sceptuatum infra ipsa mensuria ubi redita, et ortum et palmentum habuerimus, et in antea omni tempore licead nos et nostris heredibus tota ipsa rebus per ipse finis et mensurie tenere ad nostra potestate cum vice de bia sua, et nostre utilitati iuxta ratio ibi facere, et aptis temporibus vinea ipsa de super et de supto laboremus, sicut locus ipse meruerit ut bene paread laboratum; et per vindemie faciamus illum vel eius heredes scire, et plicaret se et dirigeret ibidem missum suum ad recipiendum exinde sortionem suam de ipso vinum, et nos vinea ipsa vindemiemus et ipso vinum ad palmentum in tertiam partem inter nos dividamus: illis vel missus eius tollat exinde tertiam partem, et nos due sortis. et per ipsa guadia hobligabit se ipse adelferi et suos filios et heredes amodo et semper antistandum et defensandum nobis et ad nostris heredibus tota supradicta rebus per ipse finis et mensuria cum bice de bia sua a partibus ipsius uxori sue et ab omnibus hominibus omnique partibus, et non illut vel exinde nobis tollere aut contraret. et si nos vel nostris heredibus medietatem tota ipsa rebus per ipse finis et mensuria dare voluerimus, da completo ipso constitutum in antea ipsius adelferi vel ad eius heredes ea vindamus ad iusto pretium quod iuste fuerit appretiatum, et faciamus eis scire ad ipso emendum per tertio constitutum usque dies triginta sex; et si infra ipso constituto noluerit illut emere ad iusto baliente pretium et illut non tulerit, tunc licead nos illut dare cui voluerimus, et semper ipse adelferi et eius heredes illut defensare, cui eos dederimus et ad eius heredes cum bice de bia sua per ipsa guadia ab omnibus hominibus omnique partibus, et non illut vel exinde eis tollere aut contraret. nam si ante ipsa constituta absque eius volumptate, cuicumque illut dederimus, sicut de nostra potestate esset substractum, sine pretium rebertar ad potestatem illius et de eius heredes. quod si taliter omnia, ut superius legitur, nobis non adimpleberit, tunc per ipsa guadia hobligabit se suosque filios et heredes componere nobis nostrisque heredibus, aut cui brebem iste in manum paruerit, biginti auri solidi constantini, et omnia suprascripta per invitis nobis compliret. quod scribsi hunc brebem ego petrus notarius, qui interfui.

† ego romoaldus

† ego radelgardu
† ego petrus.

CCLXXII.

A. D. 972.

† In nomine domini vicesimo octabo anno principatus domni paldolfi gloriosus princeps, et primo anno principatus domni landolfi filii eius, mense december septima[1]) indictione. Ego amatus clericus filius sillicti de loco malecalbiati[2]) finibus de abellino, dum, protegente domino, et te quidem puellam nomine gemma filia iohanni de loco forinu in meum sociabit coniugio, tunc in alia quoque dies nuptiarum nostrarum ante parentes et amicos nostros, secundum ritus gentis nostre langobardorum hostendit hoc libellum scriptum a testibus vene et utiliter rovoratum, quod relegentes audierunt homines vonos, et una per berbum et absolutione supradicti genitori meo ibique eum stantem, et per eum dedit et tradidit tibi iamdicte uxori mee per uno scriptum morgincapht, hoc est enim quartam etenim parte ex omnibus rebus substantiis et casis adque movilibus meis, tam de casis infra civitatibus, quam etiam et castellis seum et a foras casalibus, de serbis vero et ancillis, de peculiis mangnis et parbis, de omnia vero et in omnibus, tam de quibuscumque nunc modo abeo, seu et de quibuscumque in antea diebus vite mee parare vel conquidere potuero, sibe de paternam maternanque possessione undecumque michi pertinuerit vel pertinere debetur, quartam tibi predicte uxori mee tradidit parte. Et in simul dedit et tradidit tibi iamdicte uxori mee iusta legem in mefflo[3]) abendum septe tari aurei voni ad tuam proprietatem abendum, sub ea namque videlicet ratione, ut amodo et in perpetuis temporibus abere et possidere securo nomine baleatis; et quicquit exinde agere seu iudicare voluerit, tu predicta gemma uxor mea de iamdicta quartam etenim partem et mefflo, qui a me amato clerico accepistis secundum legem in omnibus tue sit potestatis faciendum exinde iusta legem omnia quodcumque volueris, sine contradictionem meam et de meis heredibus aliqua contradictione aut cuiuscumque requisitionem. Igitur autem obligo me ego qui supra sillictu tibi prenominate gemme nure

---

[1]) *Septima*, lege *prima*.

[2]) *Malecalbiati* vel *Malecalciati* in territorio Avellini, nunc *Manicalciati*.

[3]) *Meffium*, apud Langobardos idem erat ac morgincaph.

mee, ut si merentibus peccatis et ipse filius meus vir tuus ante me obierit, et ego post eum remansero, obligo me tibi dare quartam partem de ipsa portionem predicti filii mei viri tui, tam de movilem quam et de stabilem, sicut per meam absolutione tibi tradita est, et abeatis illos firmiter per istum scriptum sine contradictionem meam et de meis heredibus aliqua contradictione aut cuiuscumque requisitione, et anc cartulam morgincapht in supradictam rationem sit firmam. Quod te raimelfrid subdiaconum et notarium scribere rogavit in abellino mense et indictione feliciter.

† ego simeon presbiter

† ego riso presbiter.

CCLXXIII.

A. D. 973.

† In nomine domini anno quadragesimo principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense ianuarius prima indictione. ideo que ego lupenus amalfitanus filius sergi de eo quod ante supscripti nobilibus intus cibes salerno, vona etenim mea volumtate per hanc cartulam dono adque confirmo tibi leoni germanus meus tota et inclita sortionem meam de res mea, quantum quantoque michi pertinet habere da suprascripto genitorem nostrum in locum fonti ad sanctum felici. ideo, sicut superius legitur, tota inclita supradicta nostra donatione suprascripta res tibi iamdicti leoni donabi cum finis et biis suis et omnia infra se habentibus omnibusque suis pertinentiis, illut vobis donabimus ad securiter et firmiter hamodo et semper hec predicta nostra donatione illut abeatis et possideatis, tam bos quam et vestris eredibus, et omnia inde faceatis, quod volueritis. unde pro hanc nostra donatione firmandum, nunc a presentis iusta legem recepi a te nominatus leo germanus meus launegilt camiso uno: finitoque nostra donatione per supsceptum launegilt ea quidem ratione obligo me et meis heredibus, amodo et semper ipsa nostra donatione, ut dudum dictum est, antistandum et defensandum tibi nominato leoni quam et ad tuis heredibus ab omnibus hominibus omnique partibus. quod si taliter semper ipsa nostra donatione vobis non defensaberimus, aut si nos ipsi forsitans per quabis modis illut vobis vel exinde tollere haut contrare seu remobere quesierimus, tunc primum omnium questio et causatio nostra modis omnibus sit exinde tacita et bacua aput vos maneamus; et sequenter in lex langobardo continet de donum et launegilt, ita nos et nostris eredibus vobis vestrisque heredibus repromittimus et obligamus adimplere iustitia. et si taliter omnia, ut superius legitur, bobis non adimpleberimus.

ad compositione siamus nos et nostris heredibus obligati ad componendum tibi nominato leoni quam et ad tuis heredibus, decem solidos costantinos, et ipsa nostra donatione firmiter omni tempore vos illut abeatis in predicta ratione. et tali ordine te antipertus notarius scribere rogabi. actum salerno.

† ego rodelghisi

† ego audelassi.

CCLXXIV.

A. D. 973.

† In nomine domini quadragesimo anno principatus domni nostri gisolfi glorioso princeps, mense aprelis prima indictione. in sacratissimo salernitano palatio ante me gaido iudex coniuncti sunt leo amalfitano filius quondam sergi de lupenu de rini clamatur, et sergi hidem amalfitano filius stephani qui dicitur de calendola, et lupenus filius leoni presbiteri, qui sunt commanetis cibitate amalfi, ad faciendum inter se finem de rebus de locum ubi ad fonti dicitur finibus salernitanis, in quo ecclesia sancti felici sita est, unde iam ante os dies ipsi inter se causationes habuerunt, querentes ipsi nominati sergii et lupenus ibidem introhire et sortionem exinde habere per successionem parentes, et ibique nostris presentiis per ipsum leonem ostensa est monimina tres, idest unum preceptum et due cartule, et relecte sunt. ipso preceptum invenimus continentem ; domno sichardo dei prebidentia langobardorum princeps per rogum roffrid referendarii et fidelem suum concesserat petri atranensi filius mauri ecclesia sancti felici in locum, qui dicitur fonti, cum terris et silbis ipsius locis pertinentibus, sicut decurrentis ipsius locis pertinentibus et discernentibus: a parte oriente aqua puteda, quomodo decurrit riale a monte de faleczu usque in mare; et a pars occidentis aqua de flexcetola, sicut decurrit per medium lama de caspinitu usque in mare et in susu directum in monte de faleczu, a parte supra monte de faleczu; a parte subtana mare ipsa aqua de media loca, ubi est ipsa forma que fuit antiqua in ipsa ecclesia concesserat que fuit de sacro palatio de salerno et ab utile anulo erat sigillatum. una ex ipse cartule continebat; temporibus domni ademari bono presbiter declarabat, quomodo maurus filius petri monachi tradiderat ei ecclesia sancti felici cum rebus et suis pertinentiis ad tenendum diebus vite sue, et cetera continebat. ipsa alia cartula continebat. quomodo lupenus amalfitanus filius sergi donaberat ipsius leoni germano suo tota et inclita sortione sua de res, quantum quantoque ei pertinet habere da supradicto genitorem suum in lo-

cum fonti ad sanctum felice; inclita sua sortione exinde eidem leoni donaberat. cum quo ipsa monimina relecta fuit, tunc ipsi nominati sergi et lupenus dixerunt, ut ipsa monimina veraces sunt sicut continunt, et contentio preposuerat ipsius leoni dicentes, ut legibus ibidem sortione habere: ipse sergi a parte quidam ursi qui fuit thios illorum, et ipse lupenus a parte leoni presbiteri genitori sui, unde ipse leo contrabat eorum dicentes. ipsius sergi dixit, ut ipse thio nostrum nomine ursu nihil ei exinde reliquisset, nec per legem inde ei non debere hereditare; et ipsius lupeni dixit, ut per legem ipsius leoni presbiteri non debere hereditare, quia veraces uxore non habuit, set in adulterio eum genuit. ego qui supra iudex taliter illorum agnobimus et audibit contentione, interrogabi ipsi nominati sergi et lupenus, si per scriptione aut per testimonia potuerit facere, qualiter in ipsa rebus potuerit hereditare iusta legem; at illis manifestaberunt talia facere non potere, et statim orta est inter illis vona convenihentia, ut absque sacramen et absque amplius calumnie inter se exinde diffinirent. ipsi nominati sergi et lupenus uno tinore profexint et manifestaberunt se ipsius leoni, ut de predicta rebus, quantum suprascripta monimina continet, et de predicta ecclesia neque per testes, neque per monimen, neque per successione vel per qualecumque rationes causare aut contendere non potere, et voluntarie sue obligaberunt se et suosque filiis et heredes, ut si aliquando tempore se aut per suam summissam personam de predicta ecclesia et de ipsa rebus emiserit quodcumque causationes, ad compositione obligaberunt se suosque filiis et heredes componere ipsius leoni et ad eius heredes centum auri solidos costantinos, et questio eorum sit exinde tacita et vacua. ego superius iudex, dum taliter illorum audibit manifestatio et obligatione, ideo iusta legem iudicabit, ut ipse leo et eius heredes rebus ipsa et ipsa ecclesia habeas adque possidead securiter absque calumnie a partibus ipsius sergi et lupeni et de illorum heredes. et ut in posterum recordetur pro securitate ipsius leoni hunc emisimus scriptione, quod scripsi grimoaldus notarius qui interfui.

† ego qui supra gaido iudex.

CCLXXV.

A. D. 973.

† In nomine domini primo anno principatus domni nostri landolfi gloriosi principis, mense september secunda indictione. memoratorium factu a nobis iohannes filius radelgrimi et adelgrimo filio framperti, eo quod ante subscripti testes tradidit nobis romoaldus filius teodici terris cum arbustis et terris bacue, quod habet per finibus nucerie que fuit . . . . . quod ei

est pertinentes per suis rationibus ubicumque exinde inbentus dederit per eadem fines nucerie. inclite tribus sortionibus inde nobis tradidit in tali ordine, ut amodo et usque tribus anni completi liceat nos et homines, quem nos ibi miserimus, illut tenere nostre potestati et dominare, et omnis nostra utilitate liceat nos ibi facere, et quantum potuerimus laborare et seminare et dare ad laborandum, et quantum annualiter ibi seminatum fuerit, demus inde terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et ipso arbusto apto tempore laboremus et cultemus ut bene pareat laboratum, sicut locus ipse meruerit, et salbum eos faciamus, et per tempore faciamus scire ipsum romoaldus et eius heredes et nos ipso arbusto laboremus, et quantum vinum inde exierit, inclita medietatem illut ei demus et medietatem nobis habeamus, et oc annum, quantum vinum inde exierit, totum illut et demus et ponamus illum in organeo nostro et salbum illut ei faciamus, dum eos inde tollat absque degeneratione et de ingne. unde per bona combenientia wadia nobis ipse romoaldus dedit et mediatorem nobis posuit radechis notarius filius teodelgrimi; et per ipsa wadia obligavit se et suos heredes defensare nobis ipsa rebus da omnis homines omnique partibus, et ante ipso constitutum non querat illut nobis tollere aut contrare. quod si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare et taliter ipsa rebus nobis non defensaverit, componere obligavit se et suos heredes nobis decem solidos costantinos et, sicut dictum est, per imbitis illut nobis defensare usque ipsi tres anni completi. verumtamen de oc annum in antea usque ipso constitutum ille nobis deant organeum, et nos ipso organeo faciamus conciare, et ipsa eius sortione ponamus in ipso organeo et salbum illum ei faciamus, dum eos inde tollat absque de ingne et degeneratione. et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfui.

† ego qui supra romoaldus me subscripsi

† ego qui supra radechis notarius

† ego ioannes.

CCLXXVI.

A. D. 974.

† In nomine domini primo anno principatus domni nostri landolfi gloriosi principis et domni landolfi eius filio, mense ianuarius secunda indictione. memoratorium factu a me guaimarius presbiter et monachus, qui fui natibus de cibes neapoli, eo quod intus hanc salernitanam cibitatem ante subscripti testes per bona combenientia tradiderunt mihi domnandus et iaquintus

germani filii mascini ecclesia vocabulum sancti iohanni, quod illis dedicaverunt in rebus sua in locum beteri ulter flubio boneia, predicta ecclesia cum cuncta misteria et rebus ipsius ecclesie mihi tradiderunt tali ordine, ut amodo et usque diebus bite mee ad nostra illos habeamus potestate tenendum et dominandum, et in ipsa ecclesia cotidie die noctuque officiemus nos et cleros quem ibi miserimus, sicut meruerit; et quanta offerta et sepultura ibidem introierit, totum illut nobis habeamus: tantum per ipsa festibitate sancti iohanni annualiter demus inde illorum oblate paria dua et quadtuor cerea, et in casis et rebus predicte ecclesie habitemus, et omnis nostra utilitate ibi et in ipsa ecclesia iuxta ratione faciamus. et bineis ipsius ecclesie annualiter temporibus suis nos et hominibus quam ibi miserimus, lavoremus et cultemus de super et de supter, sicut locus ipse meruerit ut bene paread lavoratum, quatenus bineis ipse proficiant et non dispereant, et omnis frugium et lavorem de ipsa rebus et bineis nostre sit potestati faciendi quod voluerimus, et nullam inde nobis tollerent. preter annualiter demus illorum de cetra poma quando habuerit biginti cetrea vona, et quando illis vel uxoribus illorum ibidem benerint, potestatem habeant in ipsa ecclesia et casis et rebus eidem ecclesie introire, et omnis sue utilitatis ibi facerent; et reserbaverunt sue potestati habendum terra cum vinea, que est extra vineis ipsius ecclesie que est bitineo marcangello. ad hobitum meum dimittamus nos de nostra causa in ipsa ecclesia unum antefanario romano et uno orario et unum ammictu. post vero meum hobitum potestatem habeant ille homo, cui per me dispositum fuerit vel cui hunc brebem im manu paruerit, alia omnis mea movilia inde tollere, scepto casis et lavores quam ibi fecerimus, et illis nullam inde contrare. de qua obligaverunt se ipsi germani et suis heredibus amodo et diebus bite mee defensarent mihi ipsa ecclesia et bineis et rebus predicte ecclesie cum omnibus suis pertinentiis da omnis homines omnique partibus et non illut vel exinde nobis contrare. unde de omnia suprascripta nobis adimplendum, per vona combenientia guadia mihi ipsi germani per absolutione ipsius genitori suo dederunt, et mediatorem mihi posuerunt domnandus filius quondam romoaldi; et per ipsa guadia obligaverunt se suisque heredibus, ut si aliquit, de quod superius legitur, quesierint removere aut contrare et talia non adimpleverint, componere obligaverunt se suisque heredibus mihi, vel cui hunc brebem in manu paruerit, triginta auri solidos costantinos. verumtamen, si in ipsa ecclesia introierit codices vel pannos, aut aliut que ad ordinem ecclesiarum ordine meruerit, sint ad potestate ipsius ecclesie, et nullam inde tollamus, tantum diebus bite mee ad nostra sint potestate tenendum et habendum. et ego petrus notarius interfui et hunc brebem scripsi.

† ego teudericus notarius me subscripsi

† ego dauferius.

† ego ioannes.

CCLXXVII.

A. D. 974.

† In nomine domini nostri ihesu cristi dei eterni, quinto [1]. anno principatus domni nostri landolfi gloriosi principis et primo anno principatus domni nostri paldolfi [2]) filio eius, mense aprilis secunda indictione. Ideo quem nos, i sumus landoari filius cuiusdam idem landoari et alferada uxor eius filia quondam iohanni dibina inspiratione conpulsus, propter mercede et redemtione hanime nostre, tamen ego que supra alferada una cum consensum et volumtatem superius dicti landoari biri et mundoald mei, et consentientes mihi landoari et petri et gariperto germani filii mei, in quorum mundium me subiacere agnosco, per hunc scriptum iudicabimus nos ambo bir et coniux tibi adelgarde dilecte filie nostre, que super nomen lusizza clara uxor bidelicet. . . . . hoc est terra et binea nostra, que abemus in finibus salerno loco ubi dicitur felline, que tultam habemus daba [3]) petrum episcopum, que abet finis terra et binea ipsa ab uno latere terra, quem emtum abeo aba aloara soror et cognata nostra, sicut badit usque a serra de monte: de subtus pede da bia publica: aliu latu, sicut badit per finita da terra leoni neapolitani et coniungit cum terra ermetanci, et perexit usque ad serra de monte, amba capita tenente in bie publice. infra as autem finis et indicationis non iudicabimus tibi ipsa terra, quem datum abemus iohanni atranese filio mauri, quem modo abet binea posita; reliqua ipsas terras et bineas nostras, qualiter per finis indicata est, cum omnia intro habentibus supter vel super tibi que supra adelgarde filie nostre iudicabimus, quam et iudicabimus tibi que supra adelgarde et aloare que sammara clara sorori tue filie nostre ad ambo integrum ipsum molinum nostrum conciatum cum sedimen et cursus aquarum, cum pertinentia sua, quem abemus in ribo qui nominatur linilo [4]) propincu ipsu fusu [5]), quem comparatum habemus aba radelgrimu iudice et petri clerici germani filii roderissi. Ideo predicta binea tibi que supra adelgarde sole tibi iudicabi, ut teneatis et fruatis ipsos tu et eredes tuos vestre potestatis In oc ordine, ut si nos qui supra landoari et alferada genitor et genitricem vestram aut predicti filii nostri, aut nostrorum heredibus illuc

---

[1]) Lege *primo*.

[2]) Lege *Landolfi*.

[3]) *Daba*, idest *da aba*, patre.

[4]) *Linilo*, seu *lerino*, vel *lirino*, quod est flumen apud Salernum.

[5]) *Fusu*, locus extra Salernum.

cibitatis salernetana rebersi fuerimus ad abitandum, statim rebertere debeat integra predicta terra et binea ad possessionem nostram et de nostris heredibus, faciendi omnia quem nobis placuerit. Iterum et suprascripto molino, quem vobis ad ambo filie nostre iudicabimus, similiter si nos aut nostris heredibus illuc rebersi fuerimus ad abitandum, sicut diximus, statim rebertant ad potestate nostra et de nostris heredibus; et si ibidem rebersi ad abitandum non fuerimus, tunc medietatem de predictum molinum abere debeas tu que supra aloara cunctis diebus bite tue, post die bero transitis tuis ebeniant suprascripto molino ad possessionem nostram et de nostris eredibus. sub tali tinore vobis ea omnia suprascripta iudicabimus, ut si nobis ad predicti filii et eredibus nostri necesse fuerit predicta binea et iamdicto molino benumdari, non abeamus licentiam ipsos alteri homini venumdari nisi tibi que supra adelgarde predicta binea dare debeamus ad tantum pretium, quantum per tertios bonos homines iuxte fuerit adpretiatum. similiter et predictum molinum si volueritis ambo ipsum emmere, sic vobis ipsum dare debeamus, sicut diximus, ad iuxto pretium, et si vos ipsos sic emmere nolueritis aut non potueritis, quando nos ipsos dare voluerimus, licentiam et potestatem abeamus ipsos dare cui voluerimus nos et filii et eredibus nostris, quia in taliter vobis eos iudicabimus. Et taliter nobis qui supra bir et coniux. tamen ego que supra mulier cum volumtate suprascripti biri mei et consentientes mihi suprascripti filii et mundoald mei in communiter te liopertus notarius scribere rogabimus. actum caput aque [1]).

† ego paldi iudex

† ego petro

† ego lupo

† ego alfano.

CCLXXVIII.

A. D. 974.

† In nomini domini quadragesimo secundo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis mense agusto prima [2]) indictione. memoratorium factu a me sergius amalfitano filius stefani qui dicitur kalendola, eo quod intus salernitanam cibitatem ante presentia domni petri

[1]) *Caput aque* vel *Capaque*, hodie Capaccio, in Principatu salernitano prope Pesthum.

[2]) Lege secunda.

egregii presuli sancte sedis salernitane, et ibidem adesse subscripti testes. per demandationem et largictatem predicti domni episcopi tradidit mihi amatus presbiter terris bacue et silbis et terris cum vineis, quod pars eumdem episcopii habet in locum ubi ad fonte dicitur, ubi nunc ecclesia sancti felici edificata est, quod ante os dies pars eidem episcopii datum habuit petri filio lupeni flaibulu et ursi et lentu uxor eius. ideo per illo ordine et ratione, qualiter ipsa lentum medietate predicta rebus tenent, sic inclita ipsa medietate ad nostra potestate tradidit, sicut supra diximus, in tali ordine, ut amodo et semper ego et meos heredes eadem rebus nostre potestati tenere et dominare, et ipse vineis apto tempore laborare, sicut locus ipse meruerit ut bene pareat laboratum et cultatum, ut proficiant et non dispereant, et ipse terris laborare et ad lavorandum dare cui boluerimus, et quodcumque frudium et labores et binum seu prodem [1]) de inclita medietate de ex ipsa rebus tollere vel habere potuerimus, totum illut nobis habeamus faciendum que boluerimus, et nullam exinde in partibus eidem episcopii demus, pro eo quod modo dedimus suprascripti domni petri episcopi media una libra de argentum, et per omnis annum demus ad pars predicti episcopii censum pro ipsa rebus unum areum [2]) tari bonum et medium, et, sicut diximus, omni tempore ego et meos heredes media inclita ipsa rebus ad nostra potestatem tenendum, et dominandum, et possidendum, et, sicut diximus, eos frudiandum et omnis nostra utilitate ibi faciendum, et, sicut supra dictum est, de ipso frudio faciendum omnia que boluerimus. Unde per bona combenientia, quam et per demandationem suprascripti domni episcopi wadia mihi ipse amatus presbiter dedit et mediatorem mihi posuit autari, qui grimoaldus bocatur, filius autelgrimi; et per ipsa wadia obligavit se ipse domnus episcopus et suos successores et pars sui episcopii amodo et semper defensare mihi meique heredibus inclita medietate de omnis suprascripta res da omnis homines omnique partibus, et non aliquando querat illut vel exinde nobis nostrisque heredibus tollere aut contrare. quod si, ut superius legitur, nobis non adimpleverit et quesierit aliquit exinde remobere aut contrare, seu remobere, ipse domnus episcopus et suos successores et pars sui episcopii componere obligavit se et suos successores et pars predicti sui episcopii nobis nostrisque heredibus octoginta auri solidos constantinos. tamen, si ipsa nominata lentu rationabiliter ipse vineis laboraverit, qualiter in ipso episcopio obligata est, habeant ipsa rebus ad suam potestatem dum illa vixerit, postea rebertas ad nostra potestate in predicto ordine: si bero ipse bineis laborare non potuerint, sicut supra diximus, a presentis rebertas ad nostram potestatem in suprascripto ordine omni tempore , et licentiam et potestatem habeamus de ipsa rebus causare, sicut de propria nostra, et medietate ipsa ecclesia nostra potestate

---

[1]) *Prodem* vel *produm*, ut habetur in Du-Cange, *lucrum*.

[2]) *Areum*, lege aureum.

tenere et dominare et sacerdos ibi ordinare, qualiter boluerimus: reliqua ipsa medietate de ipsa ecclesia cum ipsa alia medietate de ipsa rebus siat ad potestate predicti petri per illo ordine, sicut eius brebem continet. et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfui.

† ego qui supra amatus presbiter

† ego manso presbiter

† ego petrus diaconus

† ego petrus presbiter et primicerius

† ego petrus diaconus

† ego petrus subdiaconus

† ego constantinus presbiter.

CCLXXIX.

A. D. 974.

† In nomine domini quadragesimo secundo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense auustus secunda indictione. memoratorium factu a me leo atrianense filio quondam iohanni, eo quod ante subscripti testes coniuntus sum cum alphanus clericus filius odelchisi diaconi, propter quod ipse alphanus mihi datum abuit due pecie de terra cum binea et pastino de locum filline, quod ipse alphanus ante os dies per due scriptionibus mihi confirmabit, et per alium scriptum ipse ambo scriptionibus mihi adberabit et per aliis ominibus terris ipse cum bineis mihi contrate sunt; set ego illut aduc possidentes sum; nuc autem, ut dictum est, pro taliter cum eodem alphanus clericus coniuntus sum ad illut iterum mihi confirmandum, et statim ostedit ego ipsa scriptora primum continentem, quomodo ipse alphanus ante presentia domni petri episcopi et per eius absolutionem confirmaberad mihi ipsa terra cum binea et terra cum pastino propter pretium, quod mihi religo fuit dare, sicut ipsa scriptio continet. ipso alium scriptum continebad, quomodo ante presentia ipsius domni episcopi et gaidoni iudici cum ipso alphanus inde in contentionem fuit et illut mihi contrabad, set propter ipsum domnus episcopum, cuius ante presentia factum fuit illut mihi contrare non potuerit; set ipse scriptionem mihi adberabit et rebus ipsa mihi confirmabit et manifestabit, ut de ipsa rebus mecum causare non potuerit. seu et ostedit ego alium scriptum, quomodo ante ipsum gaido iudex cum eundem alphanus coniuntum fuit pro inde finem faciendum, set manifestabit mihi, ut ipse iamdicte scriptionibus veraces esse et de ipsa rebus mecum causare non potere. cum autem ipse scriptio-

nibus relecte fuerunt, tunc ipse alphanus sua boluntate manifestabit, ut tote suprascripte scriptionibus in omnibus, sicut continunt, beraces esse, et nullam de omnia quantum continunt, contendere aut causare potere; set ibique iterum modo omnia, quantum ipse scriptionibus continunt, mihi tradidit et confirmabit ad securiter ego et meis eredibus inclitum illut abendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod boluerimus: etiam sua boluntate obligabit se et suos eredes omni tempore defensandum illut mihi meique eredibus, sicut ipse scriptionibus continunt, et omnia nobis adinplere, sicut ipse scriptionibus clarificad. et si taliter omnia suprascripta per iam dicto ordine ille et suos eredes nobis nostrisque eredibus non adinpleberit, vel si de omnia, quantum ipse scriptionibus continunt, per qualecumque modum aut inienium causaberint nobiscum, componere obligabit se et suos eredes nobis nostrisque eredibus quinquaginta solidos constantinos, et omni tempore taciti inde manerent, et omnia suprascripta per suprascripto ordine per inbitis nobis complire; unde pro omnia suprascripta per supradicto ordine nobis nostrisque eredibus adinplendum, guadia mihi ipse alphanus dedit et mediatorem nobis posuit se ipsum. et unc brebem scripsit ego iaquintus notarius, qui interfui.

† ego radechis notarius me subscripsi

† ego grimoaldus

† ego petrus notarius me subscripsi.

CCLXXX.

A. D. 974.

† Nos gisolfus et gemma vir et uxor et paldolfus optatus filius noster dei previdentia langobardorum gentis principibus concedimus tibi nicole magistri filius sergi terra sacri nostri palatii intus hec salernitanam civitatem coniuntum cum parietem nostrum de ipso viridiareo et as finis et mensurie habet predicta terra: a pars meridie fine ipso pariete de ipso viridiareo, sunt inde pedes decem: a pars occidentis fine tua, sunt inde pedes duodecim: a pars septemtrionalis fine platea, sunt inde pedes decem: ab oriente fine nostri palatii, sunt inde similiter pedes duodecim; totum mensuratum ad iusta manum homini. simulque et concedimus tibi, ut licead te et tuis heredibus fabricare in ipso pariete de ipso viridiareo, de quantum ipsa terra tua et suprascripta nostra concessione retinet, et ipso pariete abscendatis fabricandum quantum volueritis; et ibidem vos appreendatis et edificium faciatis et habeatis; ita ut nullam foramen ibidem faciatis, ut inde aspicere possatis in ipso viridiareo; iterum et concedimus tibi, ut licead te et heredibus

tuis a supra ipsa platea edificium facere et habere, de quantum retinet suprascripta nostra concessione et predicta terra tua : hec suprascripta tibi concessimus omni tempore tu tuique heredibus illud habendum, dominandum, possidendum , omnia exinde faciendum quod volueritis absque omni cuiuslibet contrarietate vel requisitione, et in ipsa terra nostri palatii in capite de suprascripta nostra concessione a foras ipsa mensuria ponatis scale et . . . . aut fabrite et semper tu tuique heredibus illud ibi habitatis inde ascendendum et descendendum.

CCLXXXI.

A. D. 975.

† In nomine domini quadragesimo secundo anno principatus domni nostri gisolfi glorioso princeps et primo anno principatus domne gemme uxor eius et domni paldolfi optato filio eorum [1]), mense februarius tertia indictione. memoratorium factu a me ursu filius audoaldi, eo quod ante presentia truppoaldi et maioni gastaldo et alii testes per vona comvenihentia laborandi ordine ad partione tradidit mihi iohannes presbiter filius leoni atrianense una clusuria de terra cum arbustis vitatum pertinentem ecclesie sancti maximi, quod ipse iohannes presbiter in veneficium tenet a pars ipsius ecclesie sancti maximi in locum nuceria per as finis: de una parte a septemtrionalis, sicut medio aquario discernit, unde aqua fluminario discurrent: de subter parte ab occidentis partibus fine de heredes ermeperti, sicut limite et sabuci et sepe discernit: alia vero parte a meridie fine terra ecclesia sancti biti, quomodo derictum exiet iusta ipsa ecclesia sancti viti, qui ora de puteum pertinentem de ipsa terra cessante ab ora de ipso puteum in ipsa parte meridie pedes duos ad manum, et sic derictum exiente usque ad fine ipsius ecclesie sancti biti, et inde rebolbente per ipsa fine in partibus septemtrionalis , sicut medio poiu et sabuci discernit ; et hiterum rebolbente per ipsa fine santi biti in partibus orientis sicut limite discernit, et exiente derictum per fine de heredes ipsius ermeperti et coniungente ad fine de he-

[1]) Gisulphus I a patre imperii particeps factus tricesimo tertio decimi saeculi anno, illudque cum Patre per decennium regens ad quadragesimum tertium usque, dum inde quadragesimum secundum principatus annum ageret, filiis carens cum Gemma coniuge in filium, soliique haeredem adoptat puerum Paldolfum legitimum Paldolfi Capiferrei Capuae et Beneventi Principis filium, quum Patris virtuti, armisque suam in Salernitano throno stabilitatem deberet. Vixit ad finem usque nongentesimi septuagesimi septimi vulgaris anni, dum regni quadragesimus quintus numerabatur. Landulfo Atenulfi olim Beneventi Principis filio, qui fraudulenter Gisulphum Principem, eiusque coniugem sceptro orbaverat arreptum Salernitanum solium paucis dumtaxat mensibus retinere datur.

redes ermengardi, sicut aliquantum ibidem fundamentum de parietem antico discernit; a partibus orientis fine de heredes deodati, sicut sepe et sabuci et limite discernit, et coniungente in ipso aquario qui est priore fine. hec vero clausum per supradicte finis totum et inclitum cum vice de bia sua et cum omnia intro se habentibus mihi tradidit ad tenendum et laborandum amodo et usque sex anni completi. unde per vona comvenihentia wadia mihi dedit ipse iohannes presbiter et mediatorem mihi posuit grimoaldus filius rotti de eodem loco nuceria; et per eadem wadia obligabit se tali ordine, ut amodo et usque in ipsu constitutum defensare mihi et ad meis heredibus predicto clausum per supradicte finis da omnis homines, et non queras ante ipso constitutum de nostra potestate tollere aut contrare, set licead nos usque in ipso constitutum tenere, et fobeas et omnis nostra utilitate iusta rationem ibidem facere, et acto tempore eos laborare et cultare de super et de subter, sicut locus ipse meruerit ut vene paread laboratum et cultatum, et ubi meruerit propaginare et vites traere et arboris plantare, et de que meruerit ibidem annualiter seminare, et de quod ibidem seminaberimus, omnem annum usque in ipso costitutum demus ei aut in partibus ipsius ecclesie sancti maximi terraticum secundum consuetudinem ipsius loci, et per vindemie tempore faciamus illum aut partibus ipsius ecclesie inde scire, et illis se plicare vel missum suum ibi dirigat ad recipiendum inde sua sortionem; et nos temporibus suis eos vindemiemus, et ipso vinum ad palmentum in ipso locum et nuci et poma exinde dibidamus cum eis per medium equaliter: nos tollamus eos medietatem et illius, et in pars ipsius ecclesie demus eos medietatem, et nos conciemus organea eius sicut meruerit et reponamus ipsa sua sotione de ipso vinum in ipsa organeà . . . . nostra salbo illut eis faciamus absque degeneratione et de incendium, donec illut inde tollant per tempore usque ad casine lebare; et quando ipsa organea de ipso vinum baciba fuerit, semper ipsa organea labemus et studiemus sicut meruerit, et demus ad hominem, qui ibi direxerint pro sua sortionem recipiendum de ipso vinum, manducare et vibere, sicut meruerit et nostra fuerit possibilitatem, donec ibi fuerit pro ipsa bindemia. si autem ante ipso constitutum. . . . . tollere aut contrare quesierit de nostra potestatem et in supradicto hordine usque in ipso constitutum nobis. . . . . non defensaberint, et omnia suprascripta nobis non adimpleberint, componere nobis se obligabit decem solidos costantinos.

† ego grimoaldus notarius interfui et hunc brebem scripsi.

† ego qui supra truppoald

† ego iaquintus

† ego qui supra maio

† ego petrus.

CCLXXXII.

A. D. 975.

Chartae sub hoc numero prorsus comminutae et blattis erosae vix dare possumus sequens summarium.

† Anno quadragesimo secundo principatus domni Gisolfi gloriosi principis et primo anno principatus domnae Gemmae coniugis eius et domni Paldolfi optati filii eorum, mense Aprilis, tertia Indictione. Ioannes et Leo Atrianenses germani filii quondam Gutti, et Risus, et Rodericus, et Maraldus, et Disigius germani filii Maraldi et Leo Amalphitanus et Iaquintus, ut litem componerent, fideiussionem dant invicem inter se apud iudicem Gaidonem circa possessionem cuiusdam clusuriae et pistrini in loco Veteri et Transboneia ad pedes montis qui dicitur Catabulus, ob quae inter eos lis exorta fuit.

CCLXXXIII.

A. D. 975.

† In nomine domini anno quadragesimo tertio principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, et primo anno principatus domne gemme uxoris eius et domni paldolfi optato filio eius, mense magius. tertia indictione. clarefacimus nos petrus castaldus, qui cristallo vocatur filius quondam arcchisi, et azzo filius quondam azzoni, qui sumus thio et nepotem, quum per firma cartula, qui scripta est per iohannes notarius, supradictus domnus gisolfus donabit ipsius arechisi genitor et abio noster terra cum vinea iuxta flubium lirinum per finis, sicut cartula ipsa continet, et congruum est nobis illut donare guaiferi filius quondam guaimari comitis; et ideo nos nominati cristallo et azzo vone nostre volumtatis per hanc cartulam unanimiter parique consensum donavimus adque ad semper abendum confirmavimus tibi supradicti guaiferi inclita ipsa terra, qui fuit vinea et modo est vacuum, que superius diximus, ipsius genitori et abii nostri supradictus domnus gisolfus donavit per hec finis et mensurie: a partibus occidentis fine medio ipso flubio lirino, sunt erga ipso flubio passos septem: a septemtrionis fine tuaque guaiferi, quod tibi in sortione obbenit a germano tuo, et fine tua, quod tibi datum fuit per supradicta gloriosa potestates, sicut discernit poiu per illut quod tibi datum fuit, sunt per tota ipsa parte passos centum duo: ab orientis fine tuaque guaiferi, sicut termini discernit, sunt inde passos decem: a meridie similiter fine tua, est inde pas-

sos octoaginta sex, totum ad iuxto passum homini mensuratum. hec vero res, qualiter superius finis et mensurie posite sunt, totum in integrum cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de bia sua tibi nominati guaiferi donavimus. unde de inclita rebus ipsa infra ipse finis et mensurie nullam nobis vel uxori mee qui supra cristalli, aut genetrici meaque azzoni, vel cuiqua hominibus aut in quabis partibus exinde restitit aut dicimus remanere sortionem; set, sicut superius diximus, tota et inclita rebus ipsa per ipse finis et mensurie tibi donavimus, ad securiter ac firmiter amodo et semper tu tuisque heredibus illut abendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod volueritis absque cuiuscumque contrarietate vel requisitione. et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostra donatione, a presentis iuxta legem launegilt comuniter a te exinde recepimus duodecim solidos de tari, sicut inter nos combenit in omnis deliberatione; finitoque launegilt apud nos ea ratione, per vona combenientia nos iamdicti cristallo et azzo guadia tibi predicti guaiferi dedimus, et mediatorem tibi posuimus iaquintus castaldus cognato meum que cristalli filius quondam totoni clerici et abbati; et per ipsa guadia obligavimus nos nostrisque heredibus amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique heredibus tota et inclita suprascripta nostra donatione da omnis homines omnique partibus. quod si taliter illut vobis defensare non potuerimus, unde nos nostrisque heredibus tibi tuique heredibus ausi fuerimus iurare, ut nostrum non esset colludio, tunc nos nostrisque heredibus per ipsa guadia tibi tuique heredibus demus alia tanta et talem consimilem rem cum suis edificiis in eodem loco, qualis illis diebus hec nostra donatione paruerit, et omni tempore illut vobis defensemus da omnis homines omnique partibus. quod si taliter omnia suprascripta nos nostrisque heredibus tibi tuique heredibus non adimpleverimus, et quesierimus aliquit exinde vemovere aut contrare, et quodcumque causationes vobis inde preposuerimus, tunc primum omnium questio et causatio nostra et de nostris heredibus modis omnibus sint exinde tacita et vacua, et triginta auri solidos costantinos componere obligavimus nos nostrisque heredibus tibi tuique heredibus, et per imbitis omnia suprascripta vobis adimpleamus. et quando volueritis per vos ipsis inde esset auctores, facite nos nostrisque heredibus inde scire, et infra die tertia demus vobis supradicta cartula salba, et cum ipsa cartula et cum alia rationem quam inde abueritis, potestatem abeatis vice nostra in omnibus inde causare et finem facere qualiter vultis, et cartula ipsa aput nos remittite abendum in suprascripta ratione; nam quando nos quesieritis inde abere auctores, nos autem nostrisque heredibus defensemus illut tibi tuique heredibus da ipsa uxore mea et da predicta genetrice mea et da omnis homines omnique partibus, et omnia vobis adimpleamus, quantum et quomodo superius legitur, per suprascripta obligata pena. et taliter scribere rogavimus te petrus notarius. actum salerno.

† ago richardus notarius

† ego qui supra petrus
† ego qui supra azzo
† ego radelgrimo.

CCLXXXIV.

A. D. 975.

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni landolfi gloriosus princeps et nono anno principatus domni paldolfi filii eius, [1]) nono die intrantes mense magio, die martis, tertia indictione. Memoratorium factum a me petrus filius eidem petri de oc quod ante presentia maraldi iudicem causabit cum mauro filio vassi dicendum, ut malo ordinem et sine ratione introisset in una casa mea de intus civitatem abellini et illas michi contrabit, et irato animo super me benit et me bactibit [2]): quero enim ab eo responsum audire et legibus cum eo inde fine facere. supradictum iudicem interrogabit eum, qui exinde diceret eius presentiam insinuare, statim ipse dixit, ut non esset veritas. Quod et per iudicium de supradictum iudicem guadia michi dedit ipse predictus mauro, et mediatorem michi posuit petrus presbiter filius genci, ut secundum legem iurare michi ad sancta dei evangelia et dicere, ut ipsum se scientem me non battidisset et ipsa predicta casa michi non contrasset, et ego a parte mea mediatorem ei posui. . . . . evangelia parandum. Et oc brebe scripsit ego gualfus subdiaconus et notarius, et . . . et supradicto iudici.

† ego qui supra maraldus.

---

[1]) Landolfi nomini illud substituendum Pandolfi, qui hoc tempore Beneventi Principatum triginta duobus abhinc annis regebat. Item pro Pandolfo lege Landolfum, quem pater sub anno 969 in Principatum assumpsit. In eorumdem Principum nominum confusionem Notarii saepissime incidunt; quae quidem confusio annorum supputationi utriusque Principatus Beneventi scilicet et Salerni plurimum officit.

[2]) *Bactibit*, a *battere*, ut in Du-Cange (verberare).

CCLXXXV.

A. D. 975.

De hac charta omnino vetustate consumpta damus summarium.

† Quadragesimo tertio anno Gisulfi, et primo anno Gemmae uxoris eius, et Pandolfi ǫptati eorum filii. Mense Maii tertia indictione. Donatio terrae vacuae cum vinea iuxta fluvium Lyrinum, facta Guaiferio filio quondam Guaimarii Comitis a Petro Castaldeo, qui *Cristallo* vocatur, filio quondam Aczonis, qui sunt *thius* et nepos, recepto ab eo Launegilt duodecim solidorum tarenorum.

CCLXXXVI.

A. D. 975.

† In nomine domini quadragesimo tertio anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, et primo anno principatus domne gemme uxore eius et domni paldolfi optato filio eorum, mense september, quarta indictione. Ideo que ego cicerus filius amelfrit, sicut mihi congruum est mea vona bolumtate per absolutione supradicti gloriosi principis, ante presentia iohanni sculdais et alii testes, per anc cartulam dono tibi falci filius amandi aliquanta terra, quod abeo intus anc salernitanam cibitatem in ipso plaiu propinguo ipsa fontana, subtus casa sasse monache; et est ipsa terra, quod vobis donabimus, per mensuria longitudo pedes quinquaginta et latitudo in omni loco pedes quadraginta, totum mensuratum ad iusta manum omini. ec bero terra per supradicta mensuria totum et inclitum illut tibi nominati falci donabimus, simulque et dono tibi nominati falci quale vice et pertinentia abeo in ipsa fontana, unde nullam mihi aut uxori mee aut cuiqua hominibus exinde restitit aut dicimus remanere sortione; set tota et inclita ipsa terra per supradicta mensuria et quale vice nobis est pertinente de ipsa fontana, totum et inclitum illut vobis donabit ad securiter ac firmiter amodo et semper tu tuique heredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis absque omni contrarietate vel requisitione mea et de meis filiis et heredes aut cuiqua hominibus. et pro confirmandam et stabiliscendam anc mea donatione, nunc a presentis secundum legem recepi a te nominatus falco launegilt camiso unum: finitoque launegilt ipsum aput nos ea ra-

tione, hobligo me nominatus cicerus et meis filiis et heredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi nominato falci quam et ad tuis heredibus predicta nostra donatione cum vice de vie sue a pars uxori mee et da omnis omines omnique partibus, et non aliquando eos vobis tollere aut contrare queramus. si autem, sicut dictum est, taliter eos vobis non defensaberimus, aut si aliquando eos vobis tollere aut contrare quesierimus, tunc primum omnium questio et causatio nostra et de nostris filiis et heredes modis omnibus sint exinde tacita et bacua, et triginta auri solidos constantinos componere obligo me et meis filiis et heredes tibi nominato falci quam et ad tuis heredibus et, sicut dictum est, omni tempore per inbitis tota supradicta nostra donatione vobis defensemus. et taliter scribere rogabimus te madelmus notarius. actum salerno.

† ego qui supra ioannes.

CCLXXXVII.

A. D. 975.

† In nomine domini quadragesimo tertio anno principatus domni nostri gisolfi glorioso principe, et secundo anno principatus domne gemme coniugis eius et domni paldolfi optato filio eorum, mense december quarta indictione. memoratorium factu a me sassu liver homo, qui fui ex genere francorum, eo quod in urvem salernitanam ante subscripti testes per vona comvenientia tradiderunt nobis mari filius ciceri et amatus nepotem eius filius petri una pecia de terra, quod abunt in locum felline in monte qui dicitur vetrano finibus salernitanis, per hec finis et mensuria: de pede fine ipsorum thio et nepotem et de consortes illorum, sunt exinde latitudo passos triginta: de una parte fine de heredes ursi thio illorum, et de super a parte de ipsa serra fine ipsorum thio et nepotem, et inde sunt latitudo passos triginta: de alia parte fine de heredes petri, qui sellictus vocabi, et coniungente in ipsa priore fine et est per mensuria longitudo in omni loco passos octuaginta et in medium per traversum sunt passos triginta ad iusto passum homini mensuratum. hec vero terra, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, tota et inclita omnia intra se abentes et cum vice de bia sua mihi tradiderunt. unde pro taliter per vona comvenientia guadia mihi dederunt et mediatorem mihi posuerunt maraldus, filius iannelgari tali ordine, ut hamodo et usque undecim anni completi licead me et meis heredibus inclita supradicta illorum tradictione tenere ad nostram potestatem, et ibidem lavorare et foveas et omnis nostra utilitatem ibi facere, et binea ibidem plantare, et omnis fruges et binum et quicquit annualiter ibidem redierit et fecerimus, amodo

et usque conpleti ipsi undecim anni, totum nostre sit potestati faciendum exinde omnia quod voluerimus, et nullam exinde nobis tollere querat illis vel eorum heredes; et per ipsa guadia hobligaberunt se suosque heredes defensare mihi et ad meis heredibus amodo et usque ipso constitutum supradicta sua tradictione inclita ab omnibus hominibus omnique partibus, et non illut vel exinde nobis tollere aut contrare. ad completi ipsi undecim anni, ego autem et meos heredes abeamus in tota ipsa terra per ipse finis et mensuria vinea facta et levata et cooperata et de super et de subto laborata et cultata, sicut locus ipse meruerit, ut bene paread lavorata; et plicaret se illis vel eorum heredes et totum per ipse finis et mensurie per medium equaliter inter nos dibidamus: illis tollat illut medietatem, et michi vel ad meis heredibus tradat illut in sorte medietatem cum vice de bia sua per talem firmam securitatem, ut omni tempore ego et meis heredibus securiter et firmiter illut abere possamus, faciendum exinde omnia, quod voluerimus, defensatum semper michi et ad meis heredibus per illis et per filiis et eorum heredes cum vice de bia sua ab omnibus hominibus omnique partibus, et non illut vel exinde nobis tollere aut contrarent. redita et palmenta quod ibi abuerimus, si ebenerit in ipsa sortione nostra, abeamus illut nobis; et si ebenerit in ipsa sortione illorum, licentiam et potestatem abeamus ego et meos heredes illut exinde disturvare et escutere cum omnis nostra causa, quod ibi abuerimus, et reducere illut in ipsa nostra sortione sine contrarietate vel requisitione illorum vel de eorum heredes aut cuiquam hominibus. tamen si aliquando tempore ego et meos heredes ipsa nostra sortione datura aut vinditura abuerimus ipsorum thio et nepotem vel ad eorum eredes, illut vindamus ad iusto pretium, quod iuste fuerit appretiatum, et faciamus ei scire ad ipso emendum per tertio constitutum usque dies triginta, et si infra ipsa constituta uoluerit illut emere ad iusto baliente pretium, tunc licead nos illut dare, cui boluerimus; nam si ante ipsa constituta absque volumtate eorum cuicumque illut dederimus, sicut de nostra potestate esse substractum, tunc sine pretium revertar ad eorum potestatem. quod si taliter omnia, ut superius legitur, nobis non adinpleverint et aliquit inde contradixerint, tunc per ipsa guadia hobligaberunt se suosque filios et heredes componere michi vel ad meis heredibus, aut cui brebem iste vice nostra in manum paruerit, quinquaginta auri solidos constantinos, et omnia suprascripta per inbitis nobis conplirent; et hunc brebem scripsi ego arechisi notarius et interfui.

† ego petrus notarius me subscripsi

† ego lando

† ego grimoaldus notarius me subscripsi

† ego romoaldu.

CCLXXXVIII.

A. D. 976.

† In nomine domini quadragesimo tertio anno principatus domni nostri gisolfi glorioso princeps, et secundo anno principatus domne gemme uxori eius et domni paldolfi optato filio eorum, mense ianuarius, quarta indictione. memoratorium factu a me petrus filius truppoaldi, eo quod in sacratissimo salernitano palatio ante presentia gaidoni iudici et aliis hidoneis hominibus, qui subter scripti sunt, coniunctus cum maio filius quondam autari monachus, qui et grimoaldus vocabat, ad faciendum inter nos finem de infantula filia mea nomine miranda et de causa que fuit cuidam marelde sorori sue, que fuit uxor mea, unde ante os dies ego cum ipso maio causabit et wadia mihi exinde datam habuit, ut ipse maio plicaret se cum ipsa filia mea et cum causa que fuit ipsius uxori mee et illut mihi retdere et remittere cum ipsa filia mea ad meam potestatem. nunc autem propterea sumus coniuncti, et ego ostedit ibique in eadem presentia dua scriptiones, et ipse maio ibidem adduxit ipsa filia mea et de causa que fuit ipsius uxori mee, idest unum camisulatum feminile [1]) et unum faciolum [2]) et unum bittulum [3]), et una flectola [4]), et negabit, ut plus de causa que fuit ipsius uxori mee sororem suam, nec habere nec habuisse, set aput se et ambo ipse scriptionis relecte sunt. unum scriptum testamenti continebat, quomodo, quando ipsa uxor mea iacebat in infirmitate unde defuncta fuit, per absolutione ipsius genitori meo, et una mecum disposuit et iudicabit de causa sua, sicut in ipso scriptum testamenti notatum est; et ipso alio scriptum continebat, qualiter ipse autari genitor eius manifestabit mihi habere de causa que fuit ipsius uxori mee. cum quo ipse scriptiones relecte sunt, statim in eadem presentia orta est inter nos exinde vona comvenihentia, ut absque sacramenta inter nos exinde diffinirent, tunc ipse maio a presentis remisit ad meam potestatem ipsa filia mea et ipsum camisu et faciolum et vittulo et flectola, et ego donabit ei per susceptum launegilt omnes calumnie de ipse causationibus et ille manifestabit mihi, ut de omnis causa que fuit ipsius uxori mee, quantum ipso iudicatum continet, nullo modo mecum exinde causare aut contendere per qualecumque rationes, et wadia mihi dedit et mediatorem mihi posuit iaquintu filius petri, et per eadem wadia obligabit se amodo et semper defensare nos da omnibus illis hominibus qui, de

---

[1]) *Camisulatum feminile*, valet *Camisia*, seu *Subucula*.

[2]) *Faciolum*, pro *Faciale*, idest linteum quo facies extergebatur.

[3]) *Bittulum* vel *Vittolum*, linteum, quo vitta redimebant.

[4]) *Flectola* pro *Flecta*, ornamentum muliebre. Hae voces desiderantur in Du Cange.

quantum ipsum iudicatum continet, emiserit aut preposuerit nobis exinde quodcumque causationes et si exinde nos non defensaberint, aut si ille aut quicumque pro sua parte aut pro pars genitori suo emiserit quodcumque causationes, componere nobis quinquaginta solidos et per imbitis nos exinde defensare, sceptuatum si iohannes notarius germano suo voluerit exinde nobiscum causare, non siant ille nobis inde culpabilem, set liceat nos cum ipse scriptionis cum eo inde finem facere, unde pro ipso donum fecimus inter nos launegilt camiso unum. quod scripsi ego grimoaldus notarius qui interfui.

† ego madelmus notarius

† ego qui supra gaido iudex.

CCLXXXIX.

A. D. 976.

† In nomine domini quadragesimo tertio anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis et secundo anno principatus domne gemme uxoris eius et domni paldolfi optato filio eorum, mense februarius, quarta indictione. memoratorium factu a me iohannes atrianense filio gucti. eo quod ante subscripti testes coniuntus sum cum cumbertus atrianense germano meus at dibidendum de rebus nostra, quod abemus in locum beteri que nobis est pertinentes abere per diffinitionem a pars de heredes maraldi, et iaquinti et leoni amalfitano patrineo de filios ipsius iaquinti, et da eredes teupi et guisenolfi et maraldi ista pars ipso flubio de beteri et ex illa pars ipsius . . . . . . statim sicut inter nos combenit, aliquantum de hex eadem rem dibisimus et fecimus due sortiones. una sorte fecimus exe una pecia de terra campense a pars ipso flubio per hec finis et mensurie: de una parte fine ipso flubio, est inde passos octuaginta quinque; et de super fine, sicut termiti ficti sunt, est inde passos biginti; et de alia parte similiter sicut termiti ficti sunt, est inde passos sexaginta tres; de quarta pars fine sortione quod comprehensit ego nominatus iohannes, qualiter ribus discernit unde aqua decurrit et sicut rectum badit usque in termite quod ibidem posuimus, sunt inde passos sexaginta quinque, totum mensuratum ad iusto passum omini, cum una halia pecia de terra bacua in quo molinum fuit ista parte ipso flubio per finis: de una parte fine bia publica et coniungente ipsa bia in ipso flubio: et de alía pars, qualiter ipso flubio descendit, et de subter pars, qualiter badit da ipso flubio per termiti quem ibidem posuimus et coniungente in ipsa bia quod est priore fine; et alia sorte fecimus exe una pecia de terra campense et pauca silba uno teniente illa pars ipso flubio et una halia pecia qui abet finis:

de una parte fine ipso flubio, et de super fine ipsa sortionem quam ipse germanus meus comprehensit, qualiter termiti et ribus discernit unde rectum aqua decurrit: et de alia pars ab occidente fine bia, est inde passos sexaginta sex: et de subter pars, qualiter rectum badit da ipsa bia per termiti, quem ibidem fiximus usque in ipso flubio; et ipsa halia pecia abet finis de subter parte qualiter petra et ballone discernit, et coniungente in ipso flubio qualiter rebolbit, et coniungente et trabersante ipso flubio et coniungente in ipsa bia publica: et de alia pars fine ipsa bia: et de alia igitur parte, qualiter riatellu [1]) discernit, et coniungente in ipsa rebolta de ipso flubio et trabersante ipso flubio et sicut rectum badit usque in bia que est in pars occidentis: et ab occidente fine ipsa bia et coniungente in ipsa priore fine, unde hego nominatus iohannes comprehensit ambo ipse pecie subtane per ipse finis, et in una pars mensuratum ipsa una pecia ad iusto passum; et ipse leo comprehensit ipsa pecia suprana per ipsa mensuria et ipsa pecia per ipse finis in quo molinum fuit; et sortis inter nos fecimus et tradidimus cum omnia intro se habentes omnibusque suis pertinentiis et cum bice de bie sue ad securiter et firmiter amodo et semper nos et nostris eredibus illut abendum et faciendum omnia quod voluerimus. et per vona combenientia vone nostre bolumtatis guadia inter nos dedimus et nos ipsos mediatores posuimus; et per eadem guadia hobligamus nos et nostris heredibus amodo et semper in ec dibisionem firme et stabilis permaneamus et per nulla ratione queramus eos remobere aut contrare. quod si taliter eos remobere quesierimus et in ec dibisionem firmiter non permanserimus, tunc per ipsa guadia componere obligabit se et suos eredes illa pars, que eos remobere quesierit, ad illa pars que ibidem firmiter permanserid, triginta hauri solidos costantinos et in ec sortis omni tempore inter nos et nostris eredibus firme et stabilis permaneamus: preter si exinde perdiderimus absque colludio, tunc unus alterum inter nos exinde restauremus iusta ratione. et hunc brebem scripsi ego teudericus notarius qui interfui.

† ego petrus notarius me subscripsi

† ego adelgari

† ego ursu.

[1]) *Riatellu*, rivulus.

CCXC.

A. D. 976.

† In nomine domini quadragesimo tertio anno principatus domni nostri gisolfi glorioso princeps et secundo anno principatus domne gemme uxori eius et domni paldolfi optato filio eorum, mense februarius quarta indictione. memoratorium factu a me martinus presbiter et abbas custos ecclesie sancti maximi et una mecum truppoaldus gastaldo, qui est unum de dominiis ipsius ecclesie, eo quod ante subscripti testes per vona comvenihentia wadia nobis dedit grimpertus filius odi commanente in locum balnearea finibus mitilianense, et mediatorem mihi posuit se ipsum tali ordine, ut amodo et usque sex anni completi tenere ad laborandum una clusuria de terra cum arbustis vitatis pertinente ipsius ecclesie in predicto locum balnearea per as finis et mensurie : de subtus habet fine agilperti barbanem suum sicut termiti et sepe discernit, sunt exinde passos decem et octo: de alia pars fine bia que est caba: de super fine domnica, sunt exinde passos quinquaginta septem sicut poiu discernit: de alia parte fine sua sicut termiti ficti sunt, et inde sunt passos septuaginta uno ad iusto passu homini mensuratum. clauso isto, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, totum usque in ipso constitutum tenere et laborare et cultare de super et de subter, sicut locus ipse meruerit ut vene paread laboratum et cultatum, et ubi meruerit arbores et vites plantare et propaginare, et vites traere et suis temporibus eos vindemiare, et vinum ipsum et poma exinde dibidere cum missum ipsius ecclesie per medium, et insites exinde colligere et secchare, et medietatem eis deant in ipsa ecclesia, et omne annum conciare organeum nostrum et illut cum sortione nostra de ipso vinum reponant ibique in domum suam et salbum eos faciant, dum illut inde tollamus absque degeneratione et de ingendio, et ad hominem, qui pro pars ipsius ecclesie ibi fuerit pro ipsa vindemia, deant ei manducare et vibere, sicut meruerit secundum sua possibilitate. quod si taliter, ut superius legitur, non adimpleberit , componere ad pars ipsius ecclesie eiusque rectores decem solidos costantinos.

† ego grimoaldus notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego adelmundu

† ego alfanu

† ego adelferi.

CCXCI.

A. D. 976.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu cristi, temporibus domni mansonis gloriosi ducis et imperialis patricii anno octavo decimo, die prima mensis februarii, indictione quarta, amalfi. Certum est me sergio filius quondam stephani calendola a presenti die et pruntissima voluntate donavi et tradidi, et firmiter scrivere precavi vobis domno lupino filio quondam mauroni comitis, idest medietatem de ipse terre mee vacue de loco fonti, qui nobis et at niciforium germanum meum obbenerat per chartulam donationis ab urso filio lupini de erini; set postea quam nobis eos dedit suprascriptus ursus, tulit eos ipse episcopius de salerno et ego iam postea recollegi eos ab ipso episcopio de salerno cum meo expendio, et totum, quantum michi et at niciforium dedit suprascriptus ursus, venit in mea potestatem; modo vero de tote ipse sorte et silve quantum clamat ipsa chartula, quam nobis suprascriptus ursus fecit, medietatem vobis exinde dedimus et tradidimus sine minuitate, ut ab odierna die et in perpetuis temporibus vos et heredes vestri haveatis exinde medietatem, et nos medietatem, et vos de ipsa medietate vestra faciatis et iudicetis omnia que volueritis; et si ipso, quod modo leontu relicta suprascripti ursi tenet in fonti, sive in vita sua, sive post mortem suam michi vel at meos heredes pervenerit, sicut per chartulam eos scriptum haveo a parte episcopii salernitani, medietatem exinde vos et vestri heredes havere deatis, [1]) quia medietatem nobis refudisti de ipso expensario [2]), quod in ipso episcopio dedimus; et si ividem censum dederimus, nos et vos per medietatem ipsum censum dare deveamus, et iam aliquando exinde neque a me, neque ab heredibus meis , vel a nobis summissam personam nullam requesitionem exinde haveatis non vos non vestri heredes per nullum modum in perpetuum; et si quolivet tempore per quovis modum vel ingenium, sive nos aut heredes nostri, vos aut heredes vestros exinde querere aut contrare presumpserimus, quinquaginta bytianteos vobis componere promittimus. et ec chartula sit firma in perpetuum.

† ego constantinus de mauro, de leupardu

† ego taurus filius leonis de urso comitis rogatus scripsit a suprascripta persona

† ego musco filius pulchari de gregorio comite interfui

[1]) *Deatis*, pro *debeatis*.

[2]) *Expensario*, a v: *expendere*. Deest in Du-Cange.

† sergius filius pulchari de mauro comite testis sum
ego sergius filius pantaleonis de iohanne comite testis sum
go ursus scriva scripsi.

CCXCII.

A. D. 976.

domini dei salvatori ihesu cristi, temporibus domni mansonis gloriosi ducis icii anno octavo decimo, die vicesima mensis februarii, indictione quar- st me petro filio quondam sergii de erini, et anna uxor quidem leonis de uc erini, et mecum suprascripta anna stante sergio filio constantini de sergio de constantino de domno iannu qui una mecum quindiniiavit [1]) pro parte suprascripti leonis viri mei et michi suprascripto sergio placet, quia quindinio pro parte suprascripti leonis ex adelfi germani mei a presenti die pruntissima voluntate commutare et concamniare [2]) visi sumus vobiscum lupino filio quondam mauroni comitis, nos vobis dedimus plenarie ipse portionis nostre; hoc est ipsam portionem meam de . . . . suprascripto petro et ipsam portionem de iamdicto leone nepote nostro de tota plenaria ipsa vinea, quod nobis et vobis pastinavit iohannes presbiter filius mastuli roibuli in fonti positum illa parte ecclesie sancti felicis a parte a salerno; iterum dedimus vobis plenarie ipse portionis nostre de ipsa silva et terra vacua, qui est in caput de ipsa vinea, quod pastinat suprascriptus iohannes presbiter roibulus et in caput de ipsa vinea vestra, quod in communem havetis cum leontu cognata mea de me suprascripto petro relicta quondam ursi germani mei; de tota plenaria ipsa terra et silva de caput de ipsa vinea vestra, quam in communem havetis cum suprascripta leontu, et de caput de ipsa vinea, quod pastinat suprascriptus iohannes presbiter, usque susum ad ipsum cercum [3]), ubi fecimus ipsam crucem; et ab uno latere fini causa de ipsa ecclesia, et ab alio latere a parte a salerno fini medium ipsum torum. inter istas fines plenarie ipse portionis nostre vobis exinde dedimus sine minuitate, quia nobis illa parte ipsa ecclesia a parte de salerno ab ipsum predictum cercum da caput usque iusu at marem et da parte de sa-

---

[1]) *Quindinüare* valet *guadiare*, dare wadia.

[2]) *Concamniare* idem sonat ac *cambiare*.

[3]) *Cercum*, idest *cerchium* (circulum).

lerno, quomodo ipse medius torum decurrit, nichil remansit; preter haveamus nos ipsam viam dare ab ipsum platamone [1]), sicut de vetere et unde de vetere habuimus. Unde at vicem illius recepimus a vos plenariam ipsam medietatem vestram de ipsa vinea diserta ividem in fonti positam, quod in communem havetis cum suprascripta leontu ista parte ecclesie sancti felicis a parte ab atrano, de quantum tetigit per merisem suprascriptam leontum ista parte ecclesie sancti felicis a parte ab atrano ipsam medietatem vestram nobis exinde dedisti, et de ipsa silva et terra vacua quam et de ipsum pastinum qui ad ipse vinee qui sunt ista parte ipsa ecclesia a parte ab atrano sunt da latus usque ad ipsam sepalem, qui est inter nos et heredes marini veterensis, et da caput de ipse vinee usque susu ad ipsam viam publicam, que pergit at salerno de ipsa predicta terra et silva, quam et de ipsum pastinum plenarie ipse portionis vestre nobis exinde dedisti sine minuitate et dedisti nobis quantum sergius calendola ividem habuit, ut iam tota ipsa silva et terra vacua et ipse pastinus, qui sunt da latus et da caput ad ipse predicte vinee usque susu ad ipsam predictam viam publicam que pergit at salerno, nostre sit potestati; neque vos, neque sergius calendola ista parte ecclesie sancti felicis a parte ab atrano ab ipsa predicta via publica que pergit at salerno usque iusu at marem, quomo descendit da latus finis de ipsa ecclesia, et ab alio latere, quomodo ipsa predicta sepalis decurrit, usque iusu at marem aliquod ividem non haveatis, quia nobis ista parte predicte ecclesie a parte ab atrano nihil remansit: solum haveatis potestatem ire vos at inplere omni tempore de ipsa aqua ab ipsa nuce, et quando ipsum valneum ab ipsa nuce facere volueritis at lavandum vos et homines vestros, iterum licentiam haveatis; set non faciatis damnietatem in nostra causa, et ab ipsum predictum cercum da caput in susu, et da medium ipsum torum indat parte de salerno, et ab ipsa predicta via publica, qui pergit at salerno in susu, tote ipse terre et silve in domnicum haveamus. et taliter inter nos et vos convenit, ut neque vos haveatis licentiam conparare aut camniare ipsam portionem de suprascripta leontu, quod havet ista parte iamdicte ecclesie a parte ab atrano, neque illos in donatione non recipiatis ab ipsa suprascripta leontu, neque ab heredibus eius per nullum modum in perpetuum; neque nos non haveamus licentiam conparare aut camniare ipsam portionem, quod havet suprascripta leontu illa parte predicte ecclesie a parte a salerno, neque in donationem eos non recipiamus ab ipsa suprascripta leontu, neque ab eius heredibus per nullam adinventam rationem in omnem deliverationem et in omnem decesitionem; ut a nunc die presenti et in perpetuis totum quantum nos vobis super in commutationem tradidimus, in vestra et de vestris heredibus sit potestate havendi, fruendi, possidendi, vindendi, donandi,

[1]) *Platamone*, locus platanis consitus. Deest in Du Cange.

seu commutandi liveram haveatis potestatem, et iam aliquando exinde neque a nobis neque ab heredibus nostris vel a nobis summissam personam nullam requesitionem exinde haveatis non vos non vestri heredes per nullum modum in perpetuum. et si quolivet tempore per quovis modum vel ingenium, sive nos aut heredes nostri aut suprascriptus leo, vos aut heredes vestros exinde querere presumserimus, aut istum camnium rumpere voluerimus, quinquaginta bytianteos vobis componere promittimus, et ec chartula sit firma in perpetuum, et taliter nobis firmasti tu qui conparasti ipsam portionem leoni presbiteri germani nostri, ut ipsam divisionem quod fecit nobiscum suprascripta leontu pro vice sua et pro ipsis filiis suprascripti leoni presbiteri per chartulam merisem firmam at questa vicem eam haveamus, non haveatis licentiam ipsam divisionem rumpere, quia sic nobis stetit ante presentia testium.

† ego constantinus de mauro, de leupardu

† ego petrus filius constantini de sergio comite de domno sico testis sum

† iohannes filius pantaleone de iohanne comite testis sum

† ego pantaleo filius mauri de pantaleone comite testis sum

† ego sergius filius pantaleonis de iohanne comite testis sum

† ego ursus scriva anc chartulam manu propria scripsi.

CCXCIII.

A. D. 976.

† In nomine domini quadragesimo quarto anno principatus domni nostri gisolfi glorioso princeps et secundo anno principatus domne gemme uxori eius et domni paldolfi optato filio eorum, mense magius quarta indictione. memoratorium factu a me leo presbiter filius quondam iohannis presbiteri, eo quod ante subscripti testes per vona comvenihentia wadia mihi dedit iohannes barbanem meum filius ragemprandi et se ipsum mediatorem mihi posuis; et per eadem wadia obligabit se et suis heredibus tali ordine, ut amodo et cuntis diebus vite mee annualiter suis temporibus laborare terra cum arbustu vitatu de locum apus monte, ubi ubiliano dicitur finibus sarnensis quod nunc domnus nicodemus venerabilis abbas monasterii sancti laurentii et ego modo ei per cumvenihentia sublaxabimus, da termiti qui ibi fiximus in subtus, sicut eius scriptio continet. Ideo de super et de subtus ipso arbustu laborare et cultare sicut meruerit, et omnem annum facias me inde scire, et suis temporibus eos vindemiare, et ipso vinum ibidem ad palmentum et nuci et abellane exinde omnem annum dare mihi medietatem. quod si, ut superius

legitur, diebus vite mee mihi non adimpleberint et aliquid exinde mihi contradixerint, componere mihi se suoque herede obligabit decem solidos costantinos et omnia suprascripta diebus vite mee per imbitis mihi complire.

† ego grimoaldus notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego madelfreda

† ego petrus

† ego desigius.

CCXCIV.

A. D. 976.

† In nomine domini anno quadragesimo quarto principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis et tertio anno principatus domne gemme uxoris eius et domni paldolfi optato eius filio, mense octuber, quinta indictione. ideo que ego cicerus filius agorusi, dum te mulier nomine iaquinta filia (*deest nomen*) ad meo sociabi coniugio, tunc in alia die nuptiarum ante parentes et amicos nostros secundum ritus gentis nostre langobardorum per berbum et absolutionem ipsius genitori meo et ipsum astantem, per hunc scriptum morgincaph confirmo adque trado tibi predicte iaquinte uxori mee quarta enim partem de ex omnibus rebus substantiis meis, idest casis et intrinsecus casis, territoriis, arbustis, vineis, abellanieta, olibeta, castanieta, quertieta, campis, silbis, pratis, aquis, finis, biis, montibus, planis, movile, serbis et ancillis, animaliis et de omnia et in omnibus, que nunc abeo et de paterna et materna substantia, et undecumque mihi pertinet et pertinentes fuerit, de totum tibi predicte uxori mee quartam partem tradidi in ea ratione, ut ab a odiernum die ad tua, que supra uxori mee, sint potestate faciendum exinde iuxta legem omnia quod volueritis; et neque a me superius dictus cicerus viro tuo, neque a nostris heredibus, neque a nullus quenquam hominibus abeatis exinde aliqua requisitione, set perpetuis temporibus securiter eos abeatis. quod vero scriptum morgincaph in eo ordine firmum permanead; quam te petrus notarius scribere rogavimus. actum salerno.

† ego ioannes

† ego arechisi notarius me subscripsi

† ego radecisi

† ego arechisi.

CCXCV.

A. D. 977.

† In nomine domini quadragesimo quinto anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis et tertio anno principatus domne gemme uxore eius et domni paldolfi optato filio eorum, mense agustus quinta indictione. memoratorium factu a me martinus presbiter et abbas ecclesie sancti massimi, una mecum exet truppoaldus castaldus advocatorem meum et unum de dominii ipsius ecclesie, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia guadia nobis dederunt iohannes presbiter filius leoni, et iohannes filius quondam iohannis vice sua et vice iaquinti clerici germani sui, et mediatores nobis posuerunt se ipsis; et per ipsa guadia obligaberunt se suisque heredibus amodo et omni tempore tenere ad suam potestatem inclita medietatem terra cum arbustum ipsius ecclesie de locum tifano finibus rotense infra ec finis et mensurie. de super parte fine via pulbica, est inde passos sexaginta et in medio loco est latitudo passos quinquaginta quadtuor; et de subter parte fine alia bia pulbica, est inde passos quadraginta quadtuor: de alie duobus partibus fine predicte ecclesie, et est per singnula parte ana passos centum triginta octo ad iusto passum omini mensuratum. infra ipse finis et mensurie inclita ipsa medietatem tenerent, quod petrus, qui fuit germanus ipsius iohannis genitor predictorum iohannis et iaquinti clerici, pastenabit infra ipse finis, et annualiter ipso arbustum temporibus suis propaginare sicut meruerit, et arbores et vites plantarent, et sic ipso arbustum totum laborarent et cultarent de super et de subter; sicut locus ipse meruerit ut bene paread laboratum et cultatum, quatenus proficiant et non dispereant, et eos cluderent et salbum facerent, et per bindemie faciant nos scire, ut dirigamus ibidem missum nostrum et illis ipso arbustum bindemiarent, sicut meruerit, et poma et nuci exinde colligere, et quantum vinum exinde exierit et poma et nuci exinde collesserit, per medium ibique dividerent eos: missum nostrum tollant eos medietatem, et illis medietatem, ad dividendum illut inter se ipse presbiter tollendum et abendum inde medietatem, et ipsi germani medietatem, et darent annualiter ad pars nostre ecclesie terraticum secundum consuetudine de ipso locum de quod seminaberit in ipso arbustum. et dum fuerit ibidem missum nostrum pro recipiendum ipsa nostra sortione, illis eum notrire, secundum sua possibilitate et eius fuerit mensura, et annualiter conciarent organeum nostrum quod aput se abunt, et reponere illum in casa sua ibidem ubi abitaberint, et ipsa nostra sortione de ipso vinum ibidem mitere, et salbum facere absque degeneratione et ingne, donec inde illut adducamus, et omnia suprascripta adinplerent ipse iohan-

nes presbiter medietatem et medietatem adimplerent, obligabi se ipse iohannes et suis eredibus pro se et pro ipsum iaquintus clericus germano suo. quod si taliter omnia suprascripta non adinpleberint et quesierit aliquit exinde remobere aut contrare, componere obligaberunt se et suis heredibus nobis nostrisque successoribus quinquaginta auri solidos constantinianos: verumtamen supradictum organeum nostrum conciare et studiare per tempore sicut meruerit, et sic ipso vinum ibidem miterent et salbum facerent, ut supra dictum est; et apposuerunt et obligaberunt se nobis ad pingnerandum omnis sua causa, quantum legitimo et inlegitimo est ad pingnerandum. et hunc brebem scripsi ego madelmus notarius qui interfui.

† ego petrus

† ego qui supra petrus notarius me subscripsi

† ego ursu.

CCXCVI.

A. D. 977. [1]

† In nomine domini quadragesimo quinto anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, et quarto anno principatus domne gemme coniugis eius et domni paldolfi optato filio eorum , mense nobember sexta indictione. declaro ego pando [2]) divina protegente clementia presul sancte sedis pestane, quoniam pars nostri episcopii plures habet res per diversis locis culta et inculta. Congruum michi fuerat, ubi potuerimus de ipsa res dare, et accepto exinde pretium, unde ecclesias laboremus, que in ruine posite sunt, et alias plures utilitates perficere valeamus, que nobis et nostri episcopii necessaria sunt. Et dum plures diebus causa ista huc et illuc divulgavimus et divulgare fecimus, sed non invenire potuivimus, qui exinde tollere volere ad iusto pretium. Nobissime venerunt ad nos omines atrianenses tam pro se, quam et pro

---

[1]) Huius instrumenti venditionis originale forte corrosum Petrus Abbas Cavensis Monasterii anno 1102 ostendit iudici Ademario, qui in suo authentico instrumento religiose transcriptum reliquit, qualiter a nobis typis demandatur. Instrumentum Petri ita incipit:

† In nomine domini dei eterni et salvatoris nostri ihesu cristi anno ab incarnatione eius millesimo centesimo « secundo, temporibus domni nostri rogerii gloriosi ducis, mense augusto decima indictione. Ante me adema« rium iudicem iohannes monachus monasterii sancte et individue trinitatis, quod situm est foris hanc civitatem « in loco metiliano, cui domnus petrus eximius abbas preest, ostendit unam cartulam ita continentem. » Sequitur ut supra instrumentum.

[2]) Desideratur huius episcopi nomen in Ughelliana serie Episcoporum Ecclesiae Poestanae.

vice de omines alii atrianenses qui ad navigandum sunt, qui dixerunt nobis, ut si dederimus per convenientiam de res nostri episcopii in lucaniense finibus, idest da fontana, que est in locum qui dicitur arenosa, et usque duo flumina, dare nobis exinde pretium plux quam valiente est, et latitudo querunt de ipse res tollere da litore mari in supra in omni loco miliaria dua. Cum autem talia audivimus, cepimus exinde habere colloquium cum riccardus notarius advocatorem nostrum et cum iohannes presbiter et vicedomnus nostri episcopii et cum cleros nostros. Inito consilio, comparuit nobis dare ipsa res ad iamdictos atrianenses, quoniam plures sunt, et quod de ipsa res nullum frudium ad pars nostri episcopii evenit, nec evenire expectamus, propter quod ipsa res tota ipsa res tenunt alii per brebem, alii per beneficium, propter hoc cum gaudio cupiemus illud dare ; et ideo hec omnia per hordine in auribus supradictorum gloriosi principum notificavimus. Ipsi vero a deo conservati principes talia audiente, absolutionem nobis dedit convenientia ipsa faciendi, et de sua presentia inter nos exendum dixerit gaido iudex. Cum autem ante vestigiis predictorum gloriosi principibus reversi fuivimus, una cum ipso iudex et cum advocatorem et vicedomnus, et cum alios bonos homines super ipsa res perreximus, et cum summa diligentia illud appretiavimus esset valientem argenti libras mille. Post hoc factum, ego superius dictus pando pontifex, una mecum ipsi advocatores et vicedomnus nostrum ante presentia ipsius gaidonis iudici, et ante aliis nobilibus per bona convenientia per hanc cartam tradidimus vobis ad omnes supradictos atrianenses tam pro vobis, quam et pro vice de omnes alii atrianenses, qui modo in hac terra non sunt, ipsa supradicta res de eadem lucaniense finibus, idest, sicut diximus, da vallone de ipsa arenosa, qui descendit in supradicta fontana, et usque ipsa duo flumina, et da ipso litore maris per ipsa fontana et per ipso vallone rectum exiente in supra per mensuria ipsa dua miliaria, et ab inde in partem orientis usque ipsa dua flumina mensuratum in omni loco miliaria dua. hec vero res per supradictas fines et mensurie cum omnia infra se habentes, et cum vice de vie sue tradidimus vobis ad omnibus atrianensibus, quanti hic estis, vice vestra et vice de alios omnes atrianenses, quanti ad navigandum sunt. tantum exinde infra supradictas fines et mensurie sceptuamus, quantum constantinus filius iohannis per vicaria inde tenet, ut semper ante sors illud habeat ipse constantinus et eius heredes, et exceptuabimus et ad pars nostri episcopii reservavimus quante ecclesie infra ipse fines et mensurie sunt, cum vineis et terris per unaquoque ecclesia circoitum ipse ecclesie secus ipse ecclesie, ut subficiant ad lavorandum per unaquoque ecclesia cum tribus paria de bobes; et nominative sunt ipse ecclesie infra ipse mensurie sancta barbara, et sanctum nykola, et sanctum andrea, et sancta maria, et sanctum angelum, et exceptuamus bie, ut comuniter pergatis cum aliis hominibus, qui extra ipse mensurie pergunt. Et si evenerit de quantum iohannes butruninu vinea, et casis, et ortora illuc factam habet infra ipsa mensuria, habeat illud sibi, et inpotet illud

sibi pro sua sortione iusta ratione. Et pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostra tradictione a presenti recepimus da aliquantos atrianenses tam pro se, quam et pro omnes alios omines atrianenses ipse mille libre argentee, et adiunxerunt nobis pro causa pietatis argentum libras decem. hec autem omnia, quantum supra diximus, quod vobis tradidimus, sceptum illud quod exinde sceptuavimus, amodo et semper vos omines quam et vestris heredibus securiter et firmiter illud habeatis et possideatis, et faciatis exinde, quod volueritis. Ex qua re promitto, et per bona convenientia obligo me superius dictus pando, et meos successores et pars nostri episcopii amodo et semper antistandum et defensandum ad omnes suprascriptos vos omnibus atrianensibus, et ad vestris heredibus totum, quantum superius vobis tradidimus, sceptuatum quantum exinde exceptuavimus, ab omnibus hominibus omnique partibus. Quod si taliter, sicut superius legitur, semper illud vobis et ad vestris heredibus non defensaverimus, aut si ego vel successores meos aut pars nostri episcopii illud vel exinde vobis vel ad vestris heredibus tollere aut contrare, seu removere quesierimus, aut aliquid causatio exinde emiserimus vobis vel ad vestris heredibus, tunc per bona convenientia obligo me meosque successores et pars nostri episcopii componere vobis vel ad vestris heredibus duo milia libras argentei; et in tali hordine illud vobis tradidimus, ut si quis de omnes suprascripti atrianenses sortionem, quod de ipsa res per unumquemque evenerit aut evenire debuerit, vos aut vestris heredibus datura aut venditura habueritis, inter vos illud vindite ad iustum valiente pretium. Et si forsitans infra diebus triginta noluerit illud emere inter vobis ad iusto valiente pretium, tunc liceat vos illud dare cui volueritis. Nam si infra ipso costituto per quabis modis cuicumque illud vel exinde dederitis sic, ut de potestate eius fuerit substractum, tunc sine pretium revertar illud quod datum paruerit, ad omnes supradictos atrianenses et ad eorum heredes. Et si quis ex vobis ex omnibus suprascripti et de vestris heredibus sine heredes defuncti fueritis et ipsa sua sortione in suprascripto hordine non fuerit data, tunc similiter revertar ad potestatem de omnes suprascripti atrianenses et de eorum heredibus. quam te arechisi notarium scribere rogavimus. actum salerno.

† ego qui supra pando episcopus

† ego alfanus comes

† ego qui supra gaido iudex

† ego qui supra iohannes presbiter et vicedomnus

† ego superius dictus richardus notarius

† ego petrus comes

† ego iohannes comes

† ego petrus.

CCXCVII.

A. D. 977.

† In nomine domini anno quadragesimo quinto principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis et quarto anno principatus domne gemme uxoris eius et domni paldolfi optato eorum filio, mense nobember sesta indictione. declaro ego iohannes dibina fabente clementia presul sancte sedis salernitane. clarefacimus nos quum pars predicti nostri episcopii plures rebus habet per dibersis locis qui inculte permanunt, qui apsque ullum ofectum pars nostri episcopii possidet; set nunc autem querimus exinde dare ubi potuerimus sibe per commutationis ordine, ut reciperemus pro exinde aliam meliorem rebus ut aliqua perfectione im pars nostri episcopii evenirent; et dum causa ista per plures diebus illuc et illuc dibulgabimus et dibulgare fecimus, nemo imbenimus qui talia nobis facere volerent. nobissime autem venit at nos lupenus amalfitano filius mauroni comitis illuc abitantes de cibes amalfi, qui dixit nobis, ut si per vona combenientia dederimus ei medietatem inclita hecclesia vocabulum sanctum felice, que edificata est in locum fonti salernitane finibus, cum inclite medietates . . . . episcopii illut pertinentes est, ille autem dare nobis in pars nostri episcopii decem libre argentei. dum talia audientes. . . . . . . colloquium cum petrus iudex advocatorem nostri episcopii et cum iohannes levita. . . . . bicedomnum nostrum et cum alios cleros onoratos nostri episcopii. Inito consilio, comparuit nobis, ut melius esse nobis dare illut eidem lupeni et reciperemus hab eum ipsum argentum. . . . . . . nostri episcopii necessaria sunt pro conciandum hecclesia nostri episcopii coniunctum et pro conciandum vinee nostri episcopii que destructe sunt. nos superius domini misericordia pontifex super eadem rebus, quem ipse lupenus a nos querit tollere, direximus ipsumque petrus advocatorem nostrum et ipsumque iohannes levita et predictum sergius clericus bicedomnum nostrum, ut cum doctis hominibus de ipsis locis rebus. . . . cum predicta hecclesia andarent et providerent et studiose illut estimarent, ut aliqua damnietate im pars nostri episcopii non evenirent. et dum illuc abierunt et ad nos rebersi sunt narraverunt nobis, ut super eadem rebus andassent et providissent, et studiose illut cum doctis hominibus de eodem loco estimassent, ut plus essent argentum ipsum, quam ipsa rebus balerent libras argentei quattuor. dum nobis et omnibus complacuit, ego superius gratia dei episcopus illut per ordine nuntiandum direximus per ipsumque petrus iudex ad supradictos gloriosos principes, ut si illorum placuerit, hec combenientia inter nos faceremus. illis misericordiximis et a deo conservatis magni principes, dum

agnoverunt ut vonum ad pars nostri episcopii evenirent, solutionem nobis dandum tribuit per ipsumque petrus iudex hec combenientia inter nos faceremus: etiam et de suis presentiis intermedium nostrum direxit gaido iudex . . . et onoratum et nos a nostris partibus, sicut in edicti pagina adfertum est, comvocavimus ydoneis hominibus, ut quo utrumque faceremus, omni tempore firmum stabilemque manerent. sic ytaque acta, ego superius gratia dei episcopus intus prefatam cibitatem salernitanam ante presentia ipsorum iudicibus et ante alii testes et una mecum adessent predicti atvocatori nostri per vona combenientia tradidimus atque ad semper habendum confirmamus tibi nominato lupeni inclita ipsa medietate de iamdicta hecclesia et cum inclita medietate de predicte rebus de eodem loco fonti pertinentes ipsius hecclesie nostri episcopii per hec finis: a pars orientis, sicut medio riale discernit unde aqua decurrit, sicut monte de feleczano discernit qui est im partibus meridie: a pars occidentis fine aqua que decurrit per media ipsa lama de ipsum carpinitum: a pars meridie et indeque saliente usque in monte de faleczu et indeque rebolbente et descendente in mare: de supter parte fine aqua ubi ipsa forma est. hec vero rebus per suprascripte finis et cum ipsa hecclesia inclita predicta medietate et cum medietate de ipse vinee que ibidem sunt, totum illut per vona combenientia tibi nominato lupeni tradidimus cum vice de bia sua et cum omnia infra se abentes at securiter et firmiter hamodo et semper tu tuisque heredibus illut vos abendum, dominandum, et in ipsa medietate de iamdicta ecclesia liceat vos sacerdos ibidem ordinare et omnia de inclita ipsa medietate faciendum que volueritis apsque nostra vel de nostris successoribus contrarietate vel requisitione, aut de pars iamdicti nostri episcopii aut cuiqua hominibus. Unde pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostra traditione, nunc a presentis recepimus a te nominato lupenus ipse decem libre argentei: finitoque vero argentum ipsum aput nos, sicut inter nos comvenit, es qua re promicto et obligo me qui supra domini misericordia pontifex et meosque successores et pars nostri episcopii hamodo et semper antistandum et defensandum ipsa nostra tradictio vobis nominato lupeni, quam et ad vestris heredibus, ut supra dudum dictum est, cum bice de via sua hab omnibus hominibus omnique partibus. quod si taliter, ut dictum est, illut semper tibi tuique heredibus non defensaverimus, haut si nos nostrisque successoribus haut pars ipsius episcopii aliquit vel exinde tollere haut contrare vobis quesierimus, tunc per vona comvenientia obligo me et meis successoribus et pars ipsius episcopii ad componendum vobis vestrisque heredibus tricentos auri solidos constantinianos. tamen, ut im posterum recordetur, ipse lupenus vel eius heredes annualiter pro exinde deant im pars nostri episcopii censum unum tari vonum et medium; et si annualiter ipsum tari et medium ad pars ipsius episcopii noluerit dare, ad duplum ipsum tari et medium in ipso episcopio dare ille et suos heredes. et ubi taliter ipse lupenus vel eius heredes taliter in ipso episcopio adimpleverit, ille autem et suos heredes semper inclita predicta medietate cum inclita ipsa me-

dietate de ipsa rebus pertinentes ipsius hecclesie securiter sibi eos habere in illo ordine et ratione, velut superius legitur, per suprascripta obligatione. et tali ordine te antipertus notarius hanc cartulam scribere rogabi. actum salerno.

† ego qui supra petrus iudex

† ego qui supra gaido iudex

† ego qui supra iohannes diaconus

† ego taurus clericus et primicerius

† ego lademari clericus.

CCXCVIII.

A. D. 977.

Sub iisdem notis chronologicis habetur aliud exemplar praecedentis Instrumenti venditionis. In hoc alio vero exemplari inter subscriptiones leguntur sequentia testium nomina, quae in primo non recensentur:

† ego qui supra iohannes episcopus

† ego dauferius archidiaconus et abbas cappelle palatii

† ego petrus subdiaconus

† ego lotherius clericus et medicus.

CCXCIX.

A. D. 977. [1]

† In nomine domini quarto anno principatus domne gemme et domni paldolfi optato filio eius gloriosi principis, mense december sexta indictione. Declaro ego pando divina protegente

[1] Huius Instrumenti venditionis originale vetustate fatiscens, temporibus Petri Abbatis, Ioannes monachus Cavensis Monasterii, anno 1104, ostendit iudici Ademario, qui in suo authentico Instrumento religiose transcriptum reliquit, qualiter a nobis typis demandatur. Instrumentum ita incipit « † In nomine domini dei « eterni et salvatoris nostri ihesu cristi anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quarto temporibus

clementia presul sancte sedis pestane, quoniam preteritis dedi ad omnes atrianenses per convenientiam per cartula de res de lucaniense finibus da vallone, ubi fontana est in arenosa, et parte orientis usque duo flumina, et da mare in supra in omni loco miliaria dua. Modo quidem venerunt ad me homines atrianenses tam pro se, quam et pro alios atrianenses, qui ad navicandum sunt, qui dixerunt michi, ut, si dederimus eorum de res ibique coniuncta, idest da ipsa duo flumina, et usque locum qui dicitur mansilia, et da mare in supra latitudo in omni loco miliaria quadtuor, et da ipsa duo flumina in parte occidentis usque aqua, que dicitur vellonicu, et da ipsa priore fine da ipso vallone, et fontana da ipsa arenosa pergente in partem occidentis usque aqua, que dicitur silefone, et da mare in supra pergente per ipso vellonicu longitudo da ipso villonicu et usque in ipso silifone da mare in supra in omni loco miliaria tria, et da ipso vallone de ipsa arenosa, quod est priore fine, in omni loco da mare in supra miliaria quadtuor, et da ipsa fine priore, da unde ipsa priore carta continet, in supra in omni loco usque ipsa dua flumina latitudo miliaria dua, Ita ut cum illud, quod ipsa priore cartula continet, da ipso vallone de ipsa arenosa et usque ipsa dua flumina, et da mare in supra semper sit in omni loco miliaria quadtuor, et dare exinde a pars nostri episcopii argentum libras mille quinquaginta. tunc cepimus exinde habere colloquium cum richardus notarius advocatorem nostrum et cum iohannes presbiter et vicedomnus nostri episcopii et cum cleros nostros. Inito consilio, comparuit nobis dare ipsa res, et reciperemus ab aliis ipso argentum, unde faciamus plures lavores in ipso episcopio ea que nobis necessaria sunt. et ideo super ipsam res cum ipsum advocatorem, et cum ipsum vicedomnum, et cum petrus iudex, et cum alios vonos homines perreximus, et cum summa diligentia illud adpretiabimus esset valientem argentum libras mille. Cum autem exinde fuimus reversi intus ec civitate salerni et omnia per ordine supradictis magni principibus nuntiabimus, ipsi vero a deo conservatos principibus, dum agnoberunt, quod bonum pars nostri episcopii ebenire, absolutionem nobis dederunt convenientiam ista facere, et ipsius petri iudici precepimus inter nos exendum. post oc factum, ego superius dictus pando domini misericordia pontifex, una mecum adesse ipse advocator et vicedomnus ante presentiam ipsius iudici, et ante alios testes per convenientiam per hanc cartam tradimus vobis ad omnes suprascripti atrianenses vice vestra et vice de alii atrianensi, qui ad navicandum sunt, omnes supradicte res, quantum supra diximus extra illud, quod superius per ipsa carta vobis datum habuimus, ad securiter, et firmiter amodo et semper vos homi-

---

« domni nostri rogerii gloriosi ducis, mense martio duodecima indictione. Ante me ademarium Iudicem iohan- « nes monachus monasterii sancte et individue trinitatis ostendit unam cartulam continentem ita » Sequitur ut supra Instrumentum.

nes atrianenses et vestris heredibus illud habendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod volueritis. Unde pro confirmanda et staviliscenda anc nostra tradictione a presenti recepimus a bos ipse mille quinquaginta libres argentei, sicut inter nos convenit: finitaque vero argentum ipsum aput nos, ex qua re promictimus, et per vona convenientia obligo me superius dictus pando, et meos successores, et pars ipsius episcopii amodo et semper antistandum et defensandum vobis omnibus atrianensis et ad vestris heredibus omnis supradicta tradictio ab omnibus hominibus omnique partibus. quod si taliter, ut dictum est, semper illud vobis, vestrisque heredibus non defensaberimus, aut si nos vel successores nostros, aut pars ipsius episcopii illud vel exinde vobis vel ad vestris heredibus tollere aut contrare, seu remobere quesierimus, vel aliqua causatio vobis vel ad vestris heredibus exinde emiserimus. Tunc per bona convenientia obligo me, meosque successores et pars ipsius episcopii componere vobis vel ad vestris heredibus quadtuor milia libras argentei. et tali ordine illud vobis traditimus, ut si quis de omnes suprascripti atrianenses sortionem, quod de ipsam res per unumquenque advenerit, aut evenire debuerit, vobis aut vestris heredibus daturo, aut vindituro abueritis, inter vos illud vindite ad iusto valiente pretiu, et si forsitans infra dies triginta noluerit illud emere inter vos ad iusto valiente pretiu, Tunc liceat vos illud dare cui volueritis; nam si infra ipso constitutu per quamvis modis cuicunque illud vel exinde dederitis sic, ut de potestate eius fuerit substractum, tunc sine pretium revertar illud, quod datum paruerit, ad omnes supradictos atrianenses et ad eorum heredes; et si quis ex vos ex omnibus suprascripti, et vestris heredibus sine herede defunctis fueritis, et ipsa sua sortione in suprascripta ordine non fuerit data, Tunc similiter revertar ad potestatem de omnes suprascripti atrianensis, et de eorum heredes. Veruntamen hoc memoramus, quia quantum preteritis per vicaria de supradicta res a pars ipsius episcopii infra ipsa quadtuor miliaria datum fuit constantini filio sergii comitis, et per alia sua ratione habere illud sivi ipse constantinus et eius heredes, sicut ipsa carta vicariationis eius continet, et ipsa sua monimina, vel rationes, et de ipso aliut tollat sortionem per rationem, Ita ut ipse constantinus et eius heredes ipsa vicària ante sortem habeat cum illud, quod ipsa sua ratione continet; quam te arechisi notarium scribere rogavimus. actum salerni. ego qui supra pando episcopus. ego qui supra petrus iudex. ego lambertus. ego superius dictus ricardus notarius. ego qui supra iohannes presbiter et vicedomnus, ego iohannes comes. ego adelbertus.

CCC.

A. D. 978.

† In nomine domini tricesimo quinto anno principatus domni nostri paldolfi principis et primo anno principatus eius salerni, et quarto anno principatus domni paldolfi principis filio eius, mense augustus sexta indictione. Clarefacio ego leo amalfitano filius sergi de lupino qui dicitur de rini, quum, quando ego eram babilonia ad navigandum, anna uxor mea et sergius amalfitanus filius sergi pro pars mea una cum petro thio meo filio supradicti lupeni de rini per firmam scriptionem camviaberunt lupeni amalfitano filio mauroni comitis terris et vineis in locum, ubi ad fonti dicitur propinquo ecclesias sancti felicis finibus salernitanorum. simi liter et ipse lupenus in cambio per aliam scriptionem tradidit ipsorum iam nominati uxori mee et ipsius sergi pro partibus mee et predicti petri thio meo alie terris et vineis in eodem loco fonti propinquo ipsa ecclesia in eodem fines salernitanorum. cumque tali commutatio utrisque partibus de ipse terris cum vineis et de alie terris vacue et silbis ibidem coniuncte facta fuissent et utrisque partibus scriptionibus ex ipsis rebus firmarent, et nos ex ipsam navigationem revertentes et tali hordine nobis intimatum fuissent, continuo una cum ipso lupenus et cum iamdicto petro thio meo et cum ipso sergius consobrino fratrem meumque pro pars mea supradicta vicaria dedi et recepi, perreximus super ipsis rebus, et dum diligentius ille providimus et estimavimus super ipsis rebus, et dum diligentius ille providimus et estimavimus de finis in finis, bonum et utilem nobis paruit ebenire ad nostris partibus ipsa vicaria, quem ipse petrus cum ipsa uxore mea et cum ipso sergius consobrino meus pro mea parte ab ipso lupenus receperunt. cumque mihi placuissent, ut ipsa commutatio de ipsis rebus stabile inter nos manerent, statim per ipse lupenus ostensa est ipsa scriptionem, quomodo ab ipsi petru et anna uxore mea et predicto sergio per ipsa commutatione receperad ipsis rebus de eodem loco funti propinquo ipsa ecclesia sancti felicis cum vineis et terris vacue et silbis ibi coniuncte, et dum eam religentem audivi per omnia quantum continet, placuit nobis in illo hordine ibi manendum, sicut eandem scriptio continet; et ipse lupenus similiter placuit ei in omni hordine exinde manere nobiscum, et cum ipso thio nostro et uxore nostra de illud, quod in parte nostra traditum abuit, sicut nostra continet scriptionem. Unde a nos ipse lupenus petiit, ut firmam scriptionem securitatis ei inde emittere de omnibus ipsis rebus, quod ab ipsa uxore mea et da predicto thio et consobrino meus per ipsa commutatio recepit: et ideo ego superius dictus leone intus salernitanam civitatem per hanc scriptionem con-

firmo et trado tivi iamdicto lupeni omnibus ipsis rebus de ipso locum fonti per ille finis et per omni hordine, quod ipsa vestra cartula de ipsa commutatio continet, que scripta est per ursus scriva amalfitanorum, in quo plures amalfitanos manu proprie scripti sunt, ut amodo et semper vos vestrisque heredibus omni tempore omnibus ipsis rebus quod ipsa vestra scriptio continet, securo nomine habeatis et possideatis, et omnia exinde faciatis quod volueritis absque omni nostra nostrorumque heredibus contrarietate vel requisitione aut cuiqua hominibus. de qua hobligo me meique heredibus, ut si aliquando tempore de omnibus supradictis rebus, quantum ipsa nostra carta continet quod emissam ab ipsis petro . . . . predicta uxore mea abetis aliquit vobis exinde tollere aut contrare presumserimus, vel alique causationes vobis inde preposuerimus per quacumque modum. . . . . causatio nostra modis omnibus sit inde tacita et vacua, et ad compositione siamus nos nostrisque heredibus hobligati ad componendum vobis vestrisque heredibus duocentos auri solidos constantinos, et omni tempore vos vestrisque heredibus omnibus ipsis rebus, quod per ipsa cartula commutationis hordine ab ipsis petro et sergio et uxore mea vobis datum, firmiter illud habeatis et possideatis sine omni molestatione. et tali hordine tivi totoni notario scribere rogavimus. haptum salerni.

† ego petrus notarius me subscripsi

† ego petrus

† ego sikembardo.

CCCI.

A. D. 978.

† In nomine domini tricesimo quinto anno principatus domni nostri paldolfi principis et primo anno principatus eius salerni, et quarto anno principatus domni paldolfi principis filio eius, mense augustus sexta indictione. declaro ego lupenus amalfitanus filius quondam mauroni comitis, quum, quando leone amalfitano filii sergi qui dicitur de rini ad navigandum babilonia perrexit per firmam scriptionem cambit mihi anna uxor eius et sergius amalfitanus consobrino frater eius filius sergi pro pars ipsius leoni una cum petro thio suo terre et vineis et vacuum et silba uno teniente in locum hubi ad fonti dicitur finibus salernitane propinquo ecclesias sancti felicis. similiter et ego cambiavi ipsorum per aliam scriptionem nominati anne uxore supradicti leoni et ipsius sergii pro ipsius leoni partibus, quando ad navigandum eram, et ipsius petri thio eius alie terris et vineis et vacuum et silba uno teniente in eodem loco funti propinquo ipsa

ecclesia sancti felicis: cumque tali commutatio de supradictis rebus inter nos facta est et utrisque partibus scriptionibus ex ipsis rebus firmarent, et ipse Leo ex ipsa navigatione reverentes et talia ei nuntiata fuissent, una cum eum et cum ipsis supradictis anna et sergio et petro super ipsis rebus perreximus; et dum ille providentes diligentissime per finis in finis bonam et utilem ei comparuit in omnibus ipsa vicaria, quem nos cum ipsa uxore eius et cum iamdicto sergio consobrino suo et cum ipso petrus de ipsis rebus fecimus: cumque ei placuissent, ut ipsa commutatio de ipsis rebus stabile inter nos manerent, statim ipse leo fecit nobis firmam securitatem de ipsis rebus, ut omni tempore nobiscum inde manead per omni hordine, sicut ipsa nostra carta commutationis continet, que scripta est per ursus scriba amalfitanorum in quo plures amalfitanos manu propria scripti sunt: et ille similiter petiit a nobis, ut nos securitatem ei mittamus de inclita sua sortionem de omnibus ipsis rebus, quod ipsorum anne et predicto sergio et petro per firma carta tradidimus que scripta est per ipsum ursus et per plures amalfitanos roborata. et ideo ego superius dictus lupenus intus salernitanam civitatem per hanc videlicet scriptionem confirmo tivi prephati leoni inclita tua sortione de ex ipsa rebus, quod nos commutationis hordine dedimus supradictis anna et sergio et petro per ille finis, sicut ipsa scriptio continet quod illis de ipsa rebus firmatam abent, ut amodo et semper vos vestrisque heredibus omni tempore inclita tua sortione de ipsis rebus securo nomine abeatis et possideatis, et omnia inde faciatis quod volueritis absque omni nostra nostrorumque heredibus contrarietate vel requisitione. de qua hobligo me qui supra lupenus et meis heredibus, ut si aliquando tempore inclita vestra portione de ipsis rebus per ipse finis, sicut ipsa scriptio commutationis continet, quod ipsorum anne et sergio et petri emisimus, aliquit vobis inde tollere aut contrare presumserimus, vel alique causationes vobis inde preposuerimus per quacumque modum, ante omnia questio et causatio nostra modis omnibus sint inde tacita et vacua et ad compositione siamus nos nostrisque heredibus hobligati ad componendum vobis vestrisque heredibus ducentos auri solidos constantinos, et omni tempore vos vestrisque heredibus inclita vestra sortione de supradictis rebus, quod per ipsa carta vicariationis ipsorum petri et anne et sergio tradidimus, securo nomine habere et possidere valeatis, et tivi totoni notario scribere rogavimus. aptum salerno.

† ego petrus notarius me subscripsi

† ego sikembardo

† ego petrus.

CCCII.

A. D. 978.

† In nomine domini anno tricesimo quinto principatus domni paldolfi gloriosi principis et primo anno eius principatus salerni, et quarto anno principatus domni paldolfi eius filio, mense augustus sexta indictione. In sacratissimo salernitano palatio, astantibus ego gaido iudex ad singulorum causatores causas audiendum et diffiniendum, tunc ibique coniuncti sunt guaiferius comes filius quondam guaimari comitis, et domnus iohannes venerabilis presul sancte sedis salernitane, una cum eo petrus iudex suoque advocatorem ad faciendum inter se finem de intentionem, quam ipse guaiferius cum pars predicti episcopii ante me abuit de molinum, quod ipse guaiferius fecit in rebus sua quod per ipsum domnus episcopus ei data fuit, qui esse videmini ulter flubio lirino iuxta ipso flubio, et de molinum alio, quam ipse guaiferius facere voluit ibidem et pars eidem episcopii illut ei contravit; et, sicut diximus, ante me ipse guaiferius cum ipsum domnus episcopus et cum ipso eius advocatorem causavit ut ei contrasset, ut alio molino ibi non facere, et ipso molinum quam ibi fecit, dirrupasset, et arcaturiis indeque rupisset, et molinator eius inde iactasset; et ipse domnus episcopus dixerad, ut talia fecisset, pro qua non esset factum ipso molinum intro ipsa res, quam ille dedit ipsius guaiferi. ipse guaiferius dixerad, ut molinum ipsum fecisset intus ipsa res, quam ipse domnus episcopus ei dedit, et a foras ipso molinum im partibus orientis aberet de illut, quam ipse episcopus ei dedit; et per me inter eis iudicatum fuit utrumque plicandum se, et ipse guaiferius ostenderet scriptionem, quam abet de rebus ipsa da ipsum domnus episcopus, et iuxta legem inter se inde finem facerent. modo autem, ut diximus, propterea sunt coniuncti, et per ipsum guaiferius ostensa est una scriptionem de anno quadragesimo quarto principatus domni gisolfi gloriosi principis, et tertio anno principatus domne gemme uxoris eius et domni paldolfi optato eorum filio, mense aprelis quinta indictione. ipse domnus iohannes episcopus una cum eo predicto advocatorem et iohannes diaconus per vona combenientia secundum lex tradiderad et cofirmaverad supradicti guaiferi una pecia de terra cum binea deserta et cannietum et bacibum uno teniente ulter et secus flubio lirino propinquo mare per as finis et mensurie: ab occidentis fine ipso flubio, indeque passi centum duo: a meridie fine bia publica, et inde passos biginti sex: a pars septemtrionalis fine guidoni germano eidem guaiferi, sicut bia comune de ipsi germani discernit, et inde passi triginta nobem: a partibus orientis fine predicti episcopii, quomodo terminatum est, et inde passi centum duo, et in medium per traversum da ipso flubio usque ipsa fine predicti episcopii passos quadraginta tres, totum ad iuxto

passum homini. hec vero res per suprascripte finis et mensurie tota et inclita cum omnia intro se abentibus, et suis pertinentiis, et cum vice de bie sue trasactibe tradiderad ipsius guaiferi omni tempore ille et eius heredes securiter abendum et faciendum quod voluerit, et pro talia receperad ab eum exinde argentum libras decem, et obligaverad se ipse domnus episcopus et suis successoribus et pars ipsius episcopii semper antistandum et defensandum ipsius guaiferi et ad eius heredes inclita rebus ipsa per ipse finis et mensurie da omnis homines omnique partibus. et si taliter illut eis non defensaverit, aut si ille vel eius successores illut vel exinde eis tollere aut contrare seu removere quesierit, vel aliqua causatio exinde emiserit per quabis modis vel ingenium, componere obligaverad se ipse domnus episcopus et suis successoribus et pars sui episcopii eidem guaiferi vel ad eius heredes mille auri solidos costantinos bonos: scripta ipsa scriptio per petrus notarius, et ibidem scripti ipse domnus iohannes episcopus, et ipsum petrus iudex, et gaido iudex, grimoald comes, dauferi archidiaconus et abbas cappelle palatii, amatus archipresbiter, ipsum iohannes diaconus, maio diaconus, richardus notarius. cum autem ipsa scriptio fuit relecta, tunc ipse domnus episcopus tulit eam et hore suo iterum illam per ordinem relexit; unde interrogavimus illum si veracem esset an non: ipse domnus episcopus una cum ipso suo advocatorem manifestavit et dixit, ut in omnibus sicut continet veracem esset, et nullo modum aliquit exinde contrare potere, nec per testes nec per nulla ratione; set tamen dicebant, ut ipso molinum a foras ipsa mensuria esset factum in illut de ipso episcopio: ipse guaiferius dixit non esset veritas, et cum illuc perreximus cum illis et per ipsum guaiferius res ipsa fuit monstrata ei ante ipsum domnus episcopus mensurata, ipso molinum intro ipsa mensuria est etiam et a foras ipso molinum im partibus orientis, imbenimus de supradicta mensuria per latitudinem passos (*deest numerus*). et dum ex oc querentes ipse guaiferius supradicta compositione, pro quibus ipse domnus episcopus manifestavit, ut talia fecisset sicut ipse guaiferius causavit; dum multa inter se contentiones inde abentes, per colloquium bonorum hominum pervenierunt exinde ad combenientia: ipse guaiferius per subsceptum launegilt donavit ipsius domni episcopi compositionem ipsam, quam inde ei componere debuit, et ipse domnus iohannes episcopus per vona combenientia obligavit se suisque successoribus et pars predicti episcopii, ut si aliquando per qualecumque ratione quesierit aliquot dominium vel pertinentiam quomodocumque abere in ipso molinum, aut in alia quod ibi fecerit, vel aliquit inde, aut de quantum supradicta mensuria continet, contrare quesierit, et quodcumque causationes inde et de intro se abentes preposuerit, et inclitum per ipse finis et mensurie cum vice de bie sue et suis pertinentiis semper eidem guaiferi et ad eius heredes non defensaverit da omnes homines omnique partibus, componere obligavit se suisque successoribus et pars sui episcopii eidem guaiferi et ad eius heredes alii mille auri solidos costantinos bonos.

† ego qui supra gaido iudex
† ego qui supra iohannes episcopus
† ego qui supra petrus iudex.

CCCIII.

A. D. 978.

† In nomine domini tricesimo quinto anno principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis, et primo anno principatus eius salerni, et quarto anno principatus domni paldolfi glorioso principe eius filio, mense augustus sexta indictione. declaro ego iohannes divina misericordia pontifex sancte sedis salernitane, quum ante os annos pars nostri episcopii . . . . partione ad pastenandum traditum abuit mastali amalfitano qui bocatur roibulu, res pertinentes ipsius episcopii de locum fonti a super mare ista parte ecclesia sancti felix, quod iam antea ipse mastalus pastenabi: simulque et tradiderad ei terra cum cannietum a suptus ibique et alia terra que est totum huno teniente ex omni parte coniuntum ad fine ipsius episcopii per mensuriam, longitudo passos centum, latitudo passos quinquaginta ad iustum passum hominem. per ipse finis et mensurie a pars ipsius episcopii ipsius mastali ad pastenandum tradiderad, ut usque hundecim anni completi ipse mastalus et suos heredes eadem res ad suam potestatem tenere et ibidem laborare et pastenare, et quantum frudium usque ipsi hundecim anni inde tollere potuerit, totum illut habere et nullam sortionem in pars ipsius episcopii inde dare. ad completi ipsi hundecim anni in tota ipsa terra haberet vinea facta et lebata et canietum sicut meruerit, et plicaret se ille et suos heredes et ille per ipse finis et mensurie, et si extra ipsa mensuria ibique coniuntum vinea illis . . . . habuerint, totum per medium cum pars nostri episcopii illut dibidere: pars nostri episcopii tollere illut medietatem, et ipsius mastali et ad heredes eius tradere ipsa alia medietate, et sicut ipse mastalus inde . . . . fuit in eadem res vinea et cannietum fecit et cum pars nostri episcopii illut dibidi per traversum ad equaliter. hunde pars nostri episcopii compreensit sortione exinde partem illam suprana, et ipse mastalus compreensit reliqua ipsa sortione a pars de mare, et ipsa sortione quod a pars nostri episcopii inde venit cum alia res exinde per firmam scriptionem ego illut dedit et confirmabit lupeni amalfitano filius mauroni comiti, sicut ipsa scriptio est continentem; et ipse mastalus se et heredes suos obligabi, ut si ipsa sortione eius exinde datura aut vinditura habuerint a pars ipsius episcopii, illut venumdare ad iusto pretium quem iuste fuerit adpretiatum, et facere inde scire pars ipsius episcopii ad illos emendum per tertio

constitutum usque dies triginta sex. et si infra ipsa constituta pars ipsius episcopii noluerit illos emere ad iusto baliente pretium, tunc licead illis eos dare cui voluerit; nam si ante ipsa constituta apsque volumtate de pontifex ipsius episcopii cuicumque ille vel exinde dederint, sicut de potestatem illorum exe supstractum, tunc sine pretium revertere ad potestatem ipsius episcopii. propterea per ipsa tribus constituta venit ad me ipse mastalus una cum iohanne presbitero filio suo et scire me fecerunt, ut ipsa sortiòne, que ipsius mastali de predicta res evenit, hab illis emere ad iusto illorum inde dandum pretium. set mihi et ad cleros honorati nostri episcopii non comparuit rebus ipsa emere, pro eo quod extra rebus nostri episcopii est, et licentiam et apsolutione modo vobis nominati mastali et ioanni presbiteri damus illud venumdare cui volueritis, et cui illud dederitis, omni tempore ille et eius heredes firmiter eos habeant adque possideant faciendum exinde omnia quod voluerit, et semper ego et successores meos et pars nostri episcopii antistemus et defensemus cum bice de bia sua illos vobis et cui per vos illos vel exinde datum paruerit, et ad heredes eius da omnes homines omnique partibus. si autem, sicut dictum est, taliter illud vobis non defensaberimus, aut si ego vel successores meos et pars nostri episcopii quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illud vel exinde vobis vel cui per vos datum paruerit et ad eorum eredes tollere aut contrare, et quocumque causatio vobis inde preposuerimus, ad compositionem siant ego et successores meos et pars nostri episcopii ad componendum obligati vobis et cui per vos datum paruerit et ad heredes eius centum auri solidos constantinos. et tali hordine te theodericus notarius scribere rogabimus. hactum salerno.

† ego qui supra iohannes episcopus
† ego qui supra petrus iudex
† ego qui supra iohannes diaconus
† ego manso presbiter
† ego maurus clericus et primicerius.

CCCIV.

A. D. 978.

† In nomine domini tricesimo sexto anno principatus domni nostri paldolfi glorioso principe et primo anno eius salerno, et quinto anno principatus domni paldolfi filio eius, mense octuber septima indictione. memoratorium factum a me martinus presbiter et abbas hecclesie sancti massimi, eo quod in finibus nucerie, locum ubi angre dicitur, ante alfanu castaldum et ibi astante

iaquintus, quam eleximus ad iudicandum inter nos, ego et petrus et guaiferi germani filii silvestri de predictum locum angre ibique causavi cum eis, ut contrasset ad pars ipsius hecclesie sancti massimi una pecia de terra vacua de eodem locum angre pertinentes ipsius hecclesie, que de duobus partibus ad vie coniuncta est, et fovee ibidem fecisset et frudium inde tulisset illis et germano eorum, et ipsa terra ego eorum monstravit ante ipsum alfanum et predictus iaquintus. ipsi nominati petrus et guaiferi germani dixerunt, ut medietatem ipsa pecia quem ego eorum monstravi, illorum et de ipso suo germano esse pertinentes et medietatem esset ipsius hecclesie, et de ipsa medietatem ipsius hecclesie nulla ei contraret : de ipsa alia medietatem dicebat rationem haberet. ego dixi, ut illis et germano eorum nulla habere in ipsa pecia de terra, set tota ipsa pecia ipsius hecclesie esse pertinentes. et, sicut utrisque complacuit, per iudicium ipsius iaquinti guadiavi me ego cum illis, ut ego plicare mecum rationem ipsius hecclesie, et illis plicarent se pro vice sua et de ipso germano suo cum sua ratione et iusta legem inter nos exinde finem faciamus ibidem ante iudicem et notarium, que per partes obligavimus ibidem portandum. unde ipsi germani posuerunt mediatores nobis maraldus filius iannelgarii et ego posuit eorum mediatore andrea presbiter filius benedicti.

† ego guiso notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego qui supra iaquintus.

CCCV.

A. D. 978.

† In nomine domini tricesimo sexto anno principatus domni nostri paldolfi glorioso princeps, et primo anno eius salerno, et quinto anno principatus domni paldolfi eius filio, mense october septima indictione. memoratorium factu a me martinus presbiter et abbas rector ecclesie sancti maximi, et una mecum adesset alfanus gastaldus filius idem rumoaldi, qui fuit gastaldus atvocatorem meum et dominius uius ecclesie coniunctus sum at vona combenientia cum petrus presbiter filius cutunii de locum barvacianu de rebus illa de ex eodem locum barbacianu, qui fuit leomari presbiteri filius maurici , ut inter nos diffineremus de ipsa eadem rebus sicut per ipsum leomari offertum fuit in prephata ecclesia, sicut ipsa offertione continent. primitus ipsa curte, ubi ipsa casa est in ipso locum barvacianu ubi sabulianu dicitur, abet finis de uno latere de heredes iohanni qui fuit germanum ipsius leomari presbiteri: de uno capite fine terra prephate ecclesie qui dicitur da ipsi angrisi, sunt exinde per

mensuria passos tridecim gubita tres: de alio latere fine leoni filius orseprandi: de alio capite fine que fuit teofrit, sunt inde latitudo passos viginti unum et palmum unum, et per longitudinem abet passos centum duo, et in medium locum abet per latitudinem passos triginta. alia pecia, ubi dicitur ad arbustu, abet finis: de uno latere de heredes predicti iohanni: de uno capite fine via pubblica, sunt inde latitudo passos viginti: de alio latere fine que fuit iubeni: de alio capite fine que fuit grisiperti, sunt exinde latitudo passos decem et octo, et per longitudinem passos octoaginta septem. tertia pecia, ubi dicitur at cerbinum, abet finis: de uno latere fine de heredes ipsius iohanni et de uno capite fine via pulvica, sunt exinde latitudo passos decem et septem: de alio latere fine audeclari, et de alio capite qui fuit ermeperti et audeperti, sunt inde latitudo alios decem et septem passos, et per longitudinem abet passos quinquaginta quattuor. hec bero tribus pecie de terris cum arvoribus vitatis, qualiter superius finis et mensuria dicta est, at iusto passum hominis mensuratum, tota et integre cum finis et viis suis post eius defunctione hebeniat in ipsa prephata ecclesia sancti maximi, quam ebeniat ivi cuncta rebus eius de locum anzanu, et sortionem eius quam ab ipso germano eius ei pertinet percipere de locum albuciano et de locum anatorola, et ad ipsa cisterna, et de ipsum abellianetu pictiulu da paretina, et ipsa sortione eius de ipsa terra ubi fuit ipso abellanietu maiore, et ipso castanietu, et insitetu, et terre seminatorie at tribulu: ipsa terra cum castanie et insitetu, ubi dicitur ad ipso pratu, reservabit eos, pro quibus datum abui eos petri filius iohcardi; nam cuncta alia rebus per ipsis locis, sicut superius dictum est, in ipsa ecclesia sancti maximi offeruit; nam et aliut continebat in ipsa offertione: scripta erat per teodericus notarius, et obligata per penis componendum in ipsa ecclesia centum solidos aureos constantinos, et ividem scriptum erat ipse leomari presbiter et abbas manibus suis, et ividem scriptum erat pozzo et andreas. cum quo ipsa offertione relecta fuit, manifestavit se ipse petrus presbiter filius cutunei de ex eodem locum barvacianu, ut in omnibus, sicut continent ipsa offertione, beraces est, et nullo modo illam reprovam facere poterent; modo quidem ante bonorum hominibus, quibus subter scripti sunt, per vona combenientia et vona sua bolumtate guadia mihi qui supra martinus abbas et ad ipsum meum atvocatore ipse petrus presbiter dedit et mediatorem nobis posui faroaldus filius iohanni biscidi de locum nucera, tali ordine, ut amodo et dies octo plicare se ipse petrus presbiter et eius filiis et heredes, et daret nobis et in prephata ecclesia atque traderet ipse tribus pecie de terris cum arvoribus vitatis per supradicte finis et mensuriis cum superiores et inferiores et cum omnia intro se abentibus trasactibus nomen a funditus in partibus ipsius ecclesie traderet atque dare per obligatis penis secundum legem. si autem ipse qui supra petrus presbiter et eius filiis et heredes ipse tribus pecie de terris per supradicte finis et mensuriis nobis et in prephatam ecclesia non dederit atque tradiderit, sicut prelegitur, tunc obligavit se per ipsa eadem guadia

at componendum nobis et in prephata ecclesia sexsaginta solidos aureos costantinos. ideo autem, si qualiscumque calumnie vel causationibus nobis et in prephata ecclesia hemiserit vel preposuerit, volendo aliquit inde tollere seu contrare, vel exinde aliquit contradixerit in ipsa compositione, subiaceat componendum in prephata ecclesia per supradicta guadia, et oc annum per ipse vindemie ipse petrus presbiter eos vindemiare et medium vinum, qui inde exierit, in partibus uius ecclesie eos dare, ideo sicut diximus: nam de ipsa alia rebus, que ipse petrus presbiter abet que est dominaturus et possessurus, et quantum per nostris rationibus de ipsa eadem rebus, quot ille est dominaturus, et nobis et in prephatam ecclesia est pertinentem de ipsa eadem rebus, eos dividamus inter nos, sicut illius et in prephatam ecclesia est pertinentem, sicut ratio fuerit, eos inter nos dividamus per supradicta guadia et obbligata pena. et hunc brebem scribsi ego ildericus subdiaconus et notarius qui interfui.

† ego leo

† ego miro.

CCCVI.

A. D. 978.

Summarium »

† Anno trigesimo sexto principatus domni paldolfi et primo anno principatus eius salerni, et quinto anno principatus domni paldolfi filii eius, mense novembri septima indictione. Divisio unius terrae cum vinea in loco Fontis iuxta ecclesiam sancti Felicis, facta inter Ioannem presbyterum filium Mastali, qui dicitur *Roibulu*, et Lupinum amalphitanum filium Mauronis comitis. Haec vinea, habet textus; *est per mensuria longitudo passos centum, latitudo vero passos quinquaginta totum mensuratum ad iusto passum hominum etc.*

Desunt firmae.

CCCVII.

A. D. 978.

† In nomine domini anno tricesimo quinto [1]) principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis et primo anno principatus eius salerni, et quinto anno principatus domni nostri paldolfi eius filio, mense december septima indictione. memoratorium factu a me constantinus atrianense filius iaquinti, eo quod ante presentia iaquinti iudici et alii testes, dum coniuntus sum cum leo atrianense filius iohanni calbarusi ad faciendum cum eo finem de anditu qui ante casa ipsius leoni deducit et descendit ad casa mea que constantini, et de scala fabrita et liguitia quem ipse leo factam habet erga ipsa casa sua coniunte cum ipso anditu, et dum ex oc plurime inter nos abuimus exinde causationes, horta est inter nos conbenientia, ut omni tempore ipse leo et eius eredes abere ipsa scala fabrita et lignitia in ipso anditu coniuntum cum ipsum pariete fabritu de ipsa casa sua latitudine a terra da facie de ipso pariete in partibus occidentis pedes tres uncie due, ad talem manum homini mensuratum, quantum cartula ista est in capite lata, et da completa ipsa mensuria in foras de quantum modo est ipso anditu usque in ipsa platea qui a partibus occidentis descendit, comuniter inter nos ipso anditum abeamus ad ingrediendum et regrediendum cum nostre congruitatis: ille usque ipse casis sue et nos usque ipse casis nostre. et quando voluerimus nos vel nostris eredibus organea portare ad ipse casis nostre per ipso anditu, licead nos vel nostris eredibus exinde lebare ipsa scala eius lignitia, dum usque ipsa nostra operatione perficiamus, et dum utilitate de ipsa organea nostra factam habuerimus, semper scala ipsa ibi reponamus sicuti fuit, et licead ipsum leo et eius eredes omni tempore cum ominibus de casa eorum in ipso anditu iusta ratione aqua iactare et sine letamen ibi iactare et stercore et sporcitiora causa et ipso anditu non illud nobis tollere aut contrare, set licea me et meis eredibus omni tempore inde ingredere et regredere ad ipsa casa nostra cum congruitate nostra, absque omni contrarietate vel requisitione ipsius leoni et de eius filios et eredes, et nos aut nostris eredibus per nullis modis queramus ei vel ad eius eredes tollere aut contrare de ipse scale, sicut modo posite et edificate sunt per ipsa mensuria: preter omni tempore sic flad inter nos hec suprascripta conbenientia firme et stabilis, sicut superius dictum est. et dum hec scriptio paruerit, omni tempore per nulla humana stutia [2]) per partes queramus

[1]) Lege *trigesimo sexto*.

[2]) *Stutia*, pro *astutia*.

amplius scriptione hostendere nec illis nec suis heredibus, nec nos aut nostris eredibus quomodo an conbenientia remobere aut retornare possamus, et omni tempore ille suosque filios et heredes faciad tacere illi hominibus et partibus, qui nobiscum et cum nostris heredibus exinde causare aut contrare volueri. unde de omnia et in omnibus ut supra nobis adimplendum, guadia nobis ipse leo dedit et mediatorem nobis posuit ursus atrianense filius sergi, et per ipsa guadia obligabit se suosque filios et eredes omni tempore permanendi in ista conbenientia, et per nullis modis querat eos remobere aut contrare. quod si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere et talia nobis non adimpleberit, tunc per ipsa guadia hobligabit se suosque filios et eredes ad componendum nobis vel ad nostris eredibus quinquaginta auri solidos costantinianos et omnia suprascripta per inbitis nobis complire, et hec conbenientia firme et stabilis permanead in suprascripta ratione inter nos; tamen nos exinde defensare da illi ominibus et partibus, qui pro eorum partibus nobiscum exinde causaberint aut contrare voluerint, per suprascripta guadia et obligata pena. et oc memoramus, ut licead ipsum nominatus leo et suis eredibus da ipsa platea intrare per ipso anditum iusta ratione cum omnis sue utilitati et sicut per ipso anditu pergente et rebolbente et pergente ad ipse scale ipsius leoni et per ipse scale saliente et descendente ad ipsa casa sua. et quando ego nominatus costantinus vel meis eredibus cum ipsa organea nostra per ipso anditu da ipsa platea pergente et rebolbente usque ad ipsa casa mea ingrediendi et regrediendi, exinde licead nos de ipsa casa eius de ipso anditu tollere ipsa scala eius lignitia que ibi posita fuerit, et cum ipsa organea ingredere et regredere da ipsa platea usque ipso anditu usque ipsa casa mea et per tota ipsa enim die, quando ipsa scala inde tulerimus, abeamus spatium illam ibidem ordinare; et oc memoramus tantum nos illis defensare da illi ominibus et partibus, cui per illum datum vel obligatum paruerit, amplius non queramus: sic inter nos complacuit ipsa defensione esse per suprascripta guadia et obligata pena. et unc brebem scribsi ego constantinus notarius qui interfui.

† ego petrus notarius me subscripsi

† ego qui supra iaquintu iudex

† ego sichenolfus.

CCCVIII.

A. D. 978.

Quum membrana huius anni variis in locis intersecta sit, summarium dabimus.

† Trigesimo sexto anno principatus domni Paldolfi et primo anno principatus eius Salerni, et quinto anno principatus domni Paldolfi filii eius, mense . . . . septima indictione.

Lupenus Amalphitanus filius Mauronis comitis dividit cum Iohanne presbytero filio Mastali amalfitani, qui Roibulus vocabatur, terras in loco Fontis iuxta ecclesiam sancti Felicis.

Pretium emptionis sicut in textu legitur. Unde pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostram vindictionem a presenti recepi a te supradictus lupenus statutum pretium, hi sunt auri solidos de tari numerum quadraginta ana quadtuor tari per solidum, sicut inter nos comvenit etc:

Sequuntur firmae.

† ego ademari me subscripsi

† ego theodericus notarius me subscripsi

† ego petrus notarius me subscripsi

† ego petrus clericus


† ego grimoaldus.

CCCIX.

A. D. 979.

† In nomine domini anno tricesimo sexto principatus domni paldolfi principis et primo anno eius principatus salerni, et quinto anno principatus domni paldolfi eius filio, mense februarius septima indictione. ideo que ego mulier nomine aloara filia quondam dauferi relicta moncole iudici clarefacio mihi pertinentem est per subcessione rebus per finibus nucerie, et congruum est mihi exinde offerire in ecclesia sancti maximi pro amore dei et sancti bartholomei; et ideo ego iamdicta aloara una mecum adelferi monachus filio nostro, in cuius mundio sum, nos mater et filio unanimiter parique consensum ego adelferi per absolutione domni nichodemi venerabilis abbatis monasterii sancti laurentii, sub cuius regula permaneo, per hanc cartulam obtulimus deo et in ipsa ecclesia sancti maximi pro amore sancti bartholomei, in cu-

ius honore altare dedicatum est in eadem ecclesia, de ipsa rebus nostra de eadem finibus nucerie supter locum qui dicitur casole, non multum a supra locum barbaciano, per as fines: de capite fine de heredes sadi, et de duobus partibus fine bia publica: de alia parte fine predicte ecclesie; alia pecia abet finis: de una parte fine ipsa bia publica: de alia parte fine ipsius ecclesie et pertange ad fine de heredes maurusi: de alia parte fine de heredes giraldi, quod ei a palatio concessum fuit: de alia parte fine bassalli et fine petri filius ademari. de hec vero res infra suprascripte finis inclita nostra sortione, quod est quartam partem, in eadem ecclesia in eodem altare sancti bartholomei offeruimus ad securiter et firmiter amodo et semper domnus martinus abbas ipsius ecclesie eiusque successoribus illut abendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod voluerit; et obligavimus nos mater et filio et nostris heredibus amodo et semper antistandum et defensandum in eadem ecclesia et ad eius rectores inclita supradicta nostra offertione da omnis homines omnique partibus. *) *Sequitur consueta formula:* Et si taliter non defensaverimus etc. *Qui vero pacta non servet, multatur centum aureis solidis constantinianis*). Et taliter scribere rogavimus te petrus notarius. actum salerno.


¹)

† ego petrus.

CCCX.

A. D. 979.

† In nomine domini tricesimo sexto anno principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis et primo anno principatus eius salerni, et quinto anno principatus domni paldolfi eius filio, mense februarius septima indictione. memoratorium factu a me ursus atrianense filius quondam marini iudici, eo quod ante subscripti testes retdidit adque adremisit ad potestatem ursi filii petri qui bocabat de magenolfo, et ricardu consobrino frate suo filio iohanni nobem cartulas continentem de locum vetri, quod ante os dies mihi monimina ipsa ipsi genitor illorum pro causandum datam abuit de predicta rebus de locum veteri; modo quidem, ut dissimus,

---

*) Satis superque erit huc usque documenta in integrum protulisse, ideoque ne operam perdamus et proela frustra fatigentur, quas centies repetivimus conclusionis instrumentorum formulas, omittendas omnino duximus, ac statutas tantum compensationis multas innuemus.

¹) ἐγὼ τησηλόθημος ὅσιος μοναχὸς μάρτυρ ὑπέγραψα
ego teselodimus pius monachus testis subscripsi.

ipse nobem cartule ad ipsorum nominati ursi et ricardi retdidit in tali namque hordine, ut ubi necesse mihi vel ad meis heredibus ipse nobem cartule, et ubi prius illis vel eorum heredes scire fecerimus, tunc a presentis remittere tote ipse nobem cartule ad nostra potestatem vel ad nostri heredibus ad abendum ille, dum nobis necesse fuerit, et illis a presentis tote ipse cartule a me receperunt. *Sequitur conclusionis formula*: Unde de omnia de supradicta monimina etc. *Interposito mediatore Mirando germano ipsius Ursi, statuta multa triginta aureorum solidorum constantinianorum de pactis non servatis.* et unc brebem scripsi ego radoaldus notarius qui interfui.

† ego antipertus notarius me subscripsi

† ego ioannes

† ego iohannes notarius me subscripsi.

CCCXI.

A. D. 979.

† In nomine domini tricesimo sexto anno principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis, et primo anno eius salerni, et quinto anno principatus domni paldolfi eius filii, mense martius septima indictione. brebem emissum a nobis mari filio ciceri et amatus nepotem meum filius quondam petri, eo quod in sacratissimo salernitano palatio ante subscripti ydoneis hominibus per bona combenientia tradidimus constantini et petri germani filii iohanni qui sparanus vocabit, una pecia de terra, in quo pars pastenatum est, et bacuum uno teniente, quod habemus in locum felline finibus salernitanis in monte qui dicitur betranu, que modo recolleximus da sassulo, qui illut ad pastenandum tenuit a nos, et est per as finis et mensuria: de pede fine nostra et de consortes nostros, sunt exinde passi triginta : de una parte fine de heredes ursi thio noster : de super parte a parte de serra fine nostra, et inde passi triginta : de alia parte fine de heredes sellicti, et coniungente in ipsa priore fine longitudo est in omni loco passi octoaginta, et in medium per trabersum sunt passi triginta ad iusto passum homini mensuratum. hec vero rebus per ipse finis et mensurie tota cum omnia intra se habentes et cum vice de bia sua et vice de fontana nostra que ibi a supto est in eodem loco felline, et vice de bia ad ipsa aqua illorum tradidimus ; pro itaque guadia nobis dederunt et mediatorem nobis posuerunt grimoaldus cognatum illorum filius iohanni tali ordine, ut amodo et usque nobem anni completi licead illis et suis heredibus tota supradicta nostra tradictione tenere ad sue potestati , et sue uti-

litati ibi faceret, et vinea plantaret, et omnis fruges et vinum et quicquit annualiter ibidem redierit et fecerit, amcdo et usque completi octo anni, toto illorum sit potestati. ad completi ipsi nobem anni illis et suis heredibus habeant in ipsa terra infra ipse finis et mensurie vinea facta et lebata, et cooperata, et de super et de supto laboratam, sicut locus ipse meruerit, ut bene paread laboratum et cultatum, et pomis; et plicarent se illis et suis heredibus, et totum per ipse finis et mensuria, seu si extra ipsa mensuria ibique in ipsa rebus nostra in capite vinea facta habuerint, totum per medium equaliter inter nos illut dividamus: nos vel nostros heredes tollamus illut medietatem, et illorum et ad eorum heredes tradamus illut in sortes medietatem cum vice de bia sua et vice de ipsa fontana cum vice de bia sua, sicut brebem illorum continet. reditum et palmentum, quod ibi habuerint, si ebenerit in ipsa sorte illorum, habeant illut sibi, et si ebenerit in ipsa sorte nostra, licentiam habeant illut exinde disturbare et excutere cum omnis sua causa que ibi habuerint et reduceret illut in ipsa sua sortione sine cuiuslibet contrarietate. *Sequitur formula consueta.* et si taliter etc. *Qui pacta non servet multatur quinquaginta aureis solidis constantinianis.* et hunc brebem scribsi ego petrus notarius qui interfui.

† ego maraldus

† ego arechisi notarius me subscripsi

† ego iohannes

† ego radoaldus.

CCCXII.

A. D. 979.

† In nomine domini tricesimo sexto anno principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis, et primo anno eius salerni, et quinto anno principatus domni paldolfi eius filii, mense martius septima indictione. memoratorium factum a nobis constantinus et petrus germani filii iohanni qui sparanus vocabit, eo quod in sacratissimo salernitano palatio ante subscripti ydoneis hominibus per bona combenientia tradiderunt nobis mari filio ciceri et amatus nepotem eius filius petri una pecia de terra in quo pars pastenatum est, et bacuum uno teniente quod habunt in locum felline finibus salernitanis, in monte qui dicitur betranu, qui modo collexerunt da sassulo, cui preteritis illut ad pastenandum traditum habuerunt; et est terra ipsa per hec finis et mensuria: de pede fine ipsorum thio et nepotem et de consortes eorum, sunt exinde passi triginta: de una parte fine de heredes ursi thio illorum : de super parte a parte de serra fine ipsorum thio

et nepotem et indeque passi triginta: de alia pars fine de heredes sellicti, et coniungente in ipsa priore fine longitudo est in omni loco passos octoaginta et in medium per trabersum sunt passos triginta ad iusto passum homini mensuratum. hec vero rebus, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, tota et inclita cum omnia intro se habentes et cum vice de bia sua et vice de fontana illorum qui ibique est a supto in eodem loco felline, et vice de bia ad ipsa aqua mihi tradiderunt. propterea guadia nobis dederunt et mediatorem nobis posuerunt iohannes filius andree tali ordine, ut amodo et usque nobem anni completi licead nos et nostris heredibus tota supradicta tradictione tenere ad nostra potestate, et fobeas et omnis nostre utilitati ibidem facere, et vinea ibi plantare, et omnis fruges et vinum et quicquit annualiter ibidem redierit et fecerimus amodo et usque completi octo anni, totum nostre sit potestati faciendum exinde quod voluerimus et nullam nobis exinde tollere querant; et per ipsa guadia hobligaberunt se suosque filios et heredes defensare nobis et ad nostris heredibus amodo et usque completi ipsi nobem anni tota supradicta sua tradictione ab omnibus hominibus omnique partibus et non illut vel exinde nobis tollere aut contraret. ad completi ipsi nobem anni nos et nostris heredibus habeamus in ipsa terra imfra ipse finis et mensuria vinea facta et lebata et cooperata et de super et de supto laboratam, sicut locus ipse meruerit ut bene paread laboratam et cultatum et pomis, et plicaret se illis et eorum heredes et totum per ipse finis et mensuria, seu si extra ipsa mensuria ibique in ipsa rebus eorum in capite vinea facta habuerimus, totum per medium equaliter inter nos illut dividamus: illis vel eorum heredes tollant illut medietatem, et nobis et ad nostris heredibus tradant illut in sortes medietatem cum vice de bia sua et vice de ipsa fontana cum vice de bia sua per talem firmam scriptionem, ut omni tempore nos et nostris heredibus securiter et firmiter illut habere possamus, faciendum exinde quod voluerimus, defensatum semper illut nobis nostrisque heredibus per ipsi thio et nepotes et per illorum filiis et heredes ab omnibus hominibus omnique partibus, et non illut vel exinde tollere aut contrarent. reditum et palmentum, quod ibi habuerimus, si ebenerint ipsa sortione nostra, habeamus illut nobis, et si ebenerit in ipsa sors eorum, licentiam habeamus nos et nostris heredibus illut exinde disturbare et excutere cum omnis nostra causa que ibi habuerimus et reduceret illut in ipsa nostra sortione sine illorum vel de eorum heredes aut cuiquam hominibus contrarietate vel requisitione. quod si taliter etc: (*Statuta multa quinquaginta aureorum solidorum constantinianorum*). et hunc brebem scribsi ego petrus notarius qui interfui.

† ego arechisi notarius me subscripsi

† ego maraldus

† ego radoaldu

† ego ioannes.

CCCXIII.

A. D. 979.

† In nomine domini tricesimo sexto anno principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis et primo anno eius salerni, et quinto anno principatus domni paldolfi eius filio, mense martius septima indictione. memoratorium factu a me martinus presbiter et abbas hecclesie sancti maximi una mecum guido, qui est unum de dominii ipsius hecclesie, eo quod ante subscripti testes per vona combenientia guadia mihi dedit petrus liver homo et mediatorem mihi posuit se ipsum, et per eadem guadia hobligabit tenere ad suam potestatem una clusuria de terra bacua ipsius hecclesie pertinentes ulter hecclesia sancti ianuarii propinquo ipsa hecclesia locum, qui dicitur balle [1]), per hec finis et mensurie. de subter parte fine bia qui fuit antica, est inde passos biginti octo: de una parte fine ipsius hecclesie sancti ianuarii, sunt inde passos sexaginta duo : de super parte fine de heredes maioni, et inde sunt passos triginta: de alia parte fine bia, est inde passos septuaginta octo, totum ad iusto passum homini mensuratum. hec vero res per supradicta mensuria tota et inclita cum omnia intra se abentibus et cum bice de bia sua ei tradidi tali ordine, ut amodo et usque decem anni completi ad suam et de suis heredibus sit potestatem tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitati ibidem faciendum, et illis pastenare illut binea, sicut meruerit ; et quantum binum et frudium inde exierit amodo et usque ipso constitutum , totum illorum sit potestati faciendum quod voluerit. ad completi ipsi decem anni ille autem et suos heredes abeant in tota ipsa terra per ipsa mensuria binea pastenata et facta et lavorata de super et de subter, sicut locus ipse meruerit ut bene paread facta ; et si cannietum et salicetum ibidem abuerint, et da ipsi decem anni in antea omni tempore, dum ille et suos heredes voluerint rebus ipsa tenere, sue sint potestati eos tenendum, et fobee et omnis sue utilitatis ibidem faciendum, et illis annualiter tota ipsa binea lavorare et cultare de super et de subter, sicut locus ipse meruerit ut bene paread lavorata, et salbam facere, et per bindemie faciad scire pars ipsius hecclesie , ut ibidem dirigat missum suum, et illis binea ipsa bindemiare, et poma exinde colligere sicut meruerit, et quantum binum inde exierit ibique, dibidant illut in tertiam partem : illis tollat inde due sortis , et pars ipsius hecclesie una , et ipsa poma similiter dividant. et a quo da ipsi decem anni in antea non voluerint in supradicto ordine rebus ipsa tenere , potestatem abeant illis exinde exire cum

---

[1]) *Balle*, locus supra Salernum.

omnis sua causa et inclita rebus ipsa lavorata, qualis illis diebus meruerit, rebertas in ipsa hecclesia. et si de ac terra salernitana exierint aliubi abitandum, similiter rebus ipsa rebertas in ipsa hecclesia; et si infra tres anni rebersi fuerint ad abitandum ic et boluerint rebus ipsa tenere in supradicto ordine, rebus ipsa rebertas ad potestate eius et de eius heredes, abendum omni tempore in suprascripta ratione; et si fortasset ille absque filio vel filia mortuus fuerit, similiter rebus ipsa in ipsa hecclesia rebertas inclita: tantum rector ipsius hecclesie omni tempore cum congregationem ipsius hecclesie abeant memorationem et ad deum pro anima eius fundat exinde orationes. et si taliter etc. *Formula consueta. Compensatio definita fuit per triginta aureos solidos constantinianos.* et hunc brebem scribsi ego arechisi notarius et interfui.

† ego petrus notarius me subscripsi

† ego madelmo

† ego petrus.

CCCXIV.

A. D. 979.

† In nomine domini tricesimo sexto anno principatus domni nostri paldolfi glorioso principe et primo anno principatus eius salerni, et quinto anno principatus domni paldolfi eius filio, mense aprelis septima indictione. brebem factum a me martinus presbiter et abbas hecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti testes una mecum esset truppoaldus castaldus advocatorem meus, qui est unum de domini ipsius hecclesie, per voña combenientia guadia nobis dederunt nandi filius quondam ursi, qui maino bocabat, et petrus, qui letus vocatur, filius leoni, et iohannes ballense filius ciceri, et se ipsis posuerunt mediatori; et per eadem guadia hobligaverunt se suisque heredibus amodo et usque duodecim anni completi tenerent ad suam potestatem de rebus ipsius hecclesie, quod in eadem hecclesia offertum fuit per rottelmannus filius ildeprandi, qui est rebus ipsa in locum qui dicitur sancto quiricò ubi propio areola [1]) vocatur, infra hec finis et mensurie illis inde tenerent. de una parte fine bia, que discernit inter hec rebus et rebus episcopii salernitano, sunt inde passos quinquaginta septem: de alia parte fine supradicte hecclesie sancti maximi, est inde passi decem et nobem: de alia parte si-

---

[1]) *Areola* vel *Arenola*, locus intra Nucceriam.

militer fine ipsius nostre hecclesie, et inde sunt passos biginti sex : alia pars fine poiu, unde bia est coniungente in supradicta priore bia, sunt inde passos octoaginta quadtuor, totum ad iusto passum homini mensuratum. hec vero res infra suprascripte finis et mensurie tota et inclita usque ipsi duodecim anni tenerent et eos cluderent sicut meruerit, et illut pastenarent arvustum de vona bitineo sicut meruerit ; et quantum binum et fruges amodo et usque ipso constitutum inde exierit, totum illut sibi aberent: tantum de medietate, quod ibidem seminaberit, darent exinde annualiter ad pars ipsius hecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. ad completi ipsi duodecim anni illis autem suique heredibus abeant in tota ipsa terra per ipsa mensuria pastenatum arvustum et factum et operatum, et lavoratum et cultatum, sicut locus ipse meruerit de super et de subter ut bene paread factum et lavoratum ; et da ipsi duodecim anni in antea omni tempore illis suique heredibus, dum voluerit totumque per supradicta mensuria illos tenerent, et annualiter temporibus suis totum ipsum arvustum de super et de subter lavorarent et cultarent, sicut meruerit ut vene paread lavoratos et salbos, illum facerent. Et per bindemie faciad scire pars ipsius hecclesie, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et totum ipsum arvustum bindemiarent et poma exinde colligerent sicut meruerit, et quantum binum inde exierit et poma collexerint ibique ad palmentum, dividerent in tertiam partem : pars nostre hecclesie tollad inde una sorte et illis due, et nos demus eorum organeum da binum, et illis temporibus suis ipso organeum conciarent et studiarent sicut meruerit, et in domo sua de ipso locum illum reponere, et sortione nostra de ipso binum ibidem mitterent et salbum illos nobis facerent nobis, dum eos inde adducamus absque degeneratione et ingne ; et que in ipsa rebus seminaberit da ipsi duodecim anni in antea, de tertiam partem darent nobis terraticum, sicut supradictum est, et dum fuerit missus noster ibidem pro recipiendum ipsa nostra sortione de ipso binum , illis eum notrire secundum suam possibilitatem et eius fuerit mensura : et a quo illis vel illorum heredes in suprascripto ordine rebus ipsa tenere noluerint da ipsi duodecim anni in antea, tunc inclita rebus ipsa, qualis illis diebus fuerit lavorata sicut meruerit, rebertas in ipsa hecclesia et illis nullam sortionem inde tollere. et si de ac terra salernitana exierit illis vel exes aliubi abitandum, similiter rebus ipsa sortionem illius, qui, ut diximus, exierit, rebertas iu ipsa hecclesia; et si infra tres anni rebersi fuerint abitandum in ac terra, sortionem illius qui redierit, si voluerit illut tenere, sicut supradictum est, redeant ad eius potestatem abendum in suprascripta ratione, et si illut tenere et lavorare noluerint, sicut superius legitur, trasactibus rebus ipsa sint ad potestatem ipsius hecclesie, faciendum quod voluerit. quod si taliter omnia suprascripta non adinpleverint, vel aliquit inde contradixerint, componere hobligaberunt se suisque heredibus ad pars ipsius hecclesie quinquaginta auri solidos constantinos. et hunc brebem scribsi ego arechisi notarius et interfui.

† ego iaquintus
† ego ademari
† ego grimoaldus.

CCCXV.

A. D. 979.

† In nomine domini anno tricesimo sexto principatus domni nostri pandolfi gloriosi principis, et quinto anno principatus domni pandolfi eius filio, mense iunius septima indictione. Ideo que nos ursus et iobannes germani atrianensi filii quondam leọni clarefacimus nos habere due sortis de terra et casa frabita intus hec salernitanam civitatem in vico sancte trofomes nobis est pertinentes habere a partibus predicti genitori nostri tertiam partem est pertinentes de ipsa casa et terra sergi atrianensi germanus noster, et congruum est nobis ipse ambe sortionis nostre de eadem terra et casa frabita solarata benumdare ipsius sergii germanus noster. de quaoprem [1]) nos superius nominati ursus et iohannes germani, sicut nobis congruum et aptum videtur esse, nostra quidem vona volumtate per hanc cartulam ante subscripti ydoneis hominibus venumdedimus tibi nominati sergi germano nostro inclite ipse ambe due sortionis nostre de predicta terra et casa nostra frabita solarata, quod commune habuimus intus prefatam salernitanam cibitatem. ideo trasactibus nomine illut vobis venumdedimus cum bice de bia sua, et qualiter conciata vel edificata esse dinoscitur casa ipsa et cum sericidia sua, inclite ipse due sortionis vobis nominato sergi venumdedimus, unde nec nobis qui supra binditoris, neque ad nostris heredibus, neque in quabis partibus de ex dicta nostra bindictione nichil exinde restitit haut dicimus remanere sortionem, set trasactibus nomine, ut supradiximus, a funditus illut vobis venumdedimus ad securiter et firmiter hamodo et semper tu nominatus emtor quam et tuis heredibus hec predicta nostra bindictione, ut superius legitur, illut vos habendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum que volueritis. unde pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostra bindictione, nunc a presentis communiter recepimus a te nominato emtorem nostrum statutum pretium, y sunt auri solidos de tari voni numerum triginta quattuor, namque tari per uno quoque solidum in omnes deliberationes, sicut inter nos combenit. finitoque vero pretium ipsum aput nos ea ratione, guadia nos superius nominati binditoris tibi nominato

[1]) *Quaoprem*, idest quamobrem.

sergi emtori nostro dedimus, et mediatorem tibi posuimus leo atrianense filius quondam ursi qui vocatur quatraru; et per eadem guadia obligamus nos qui supra binditoris et nostris filiis et heredes hamodo et semper tibi nominato sergi emtori nostro quam et ad tuis heredibus eaque nostra bindictione, ut superius legitur, illut vobis defensandum inclite ambe ipse nostre sortionis de terra ipsa et casa solarata frabita ha pars uxoribus nostris et ab omnibus hominibus omnique partibus. *Sequitur consueta formula*: quod si taliter etc: *qui vero pacta non servet, tenetur componere duplum statuti pretii.* et tali ordine te antipertus notarius scribere rogabimus. actum salerno.

† ego petrus notarius me subscripsi

† ego disiiu

† ego iohannes notarius me subscripsi.

CCCXVI.

A. D. 979.

† In nomine domini anno Vicesimo hoctabo principatus domni paldolfi gloriosi principis, et bicesimo tertio[1]) anno principatus domni landolfi magni principis filii eius, mense iunio septima indictione. Ideo que ego ademari filius quoddam sassi, qui sum commorantes de loco monteaperto[2]), declaro me, quoniam dilectus filius quoddam lupi dedit mihi quinque solidos constantinos aurei voni; set dum ego non abeo unde ipso pretium ei retdere possam, ideo coniunctus sum cum eo, ut pro ipso pretium quod ab ipso accepi, poneret ego ei in pignum integre duabus torne de vinee et terra cum viridiarium uno teniente, quod ego abeo in loco ubi curti gualduli dicitur finibus de predicto loco monteaperto. et statim dum inter nos convenientia exorta est, ideo dum mihi congruum esse videtur, vona etenim mea volumtate ante riso clerico et iudice aliosque subscriptos testes per unc quoque scriptum posuit tibi iamdicto dilecti in pignum integre duabus torne de vinee et terra cum viridiarium uno teniente, quod superius declarabi abere in supradicto loco, ubi curti gualduli dicitur finibus de iamdicto monteaperto; et ipsa rebus dico esset infra hec finis: de una parte fine via antiqua: de alia parte fine sicut termini positi sunt

[1]) Lege *Anno trigesimo septimo Pandolfi et undecimo Landolfi.* Decurrente VII. Indictione numeratur annus tricesimus septimus Paldolfi principis Beneventi et Capuae, et annus XI. Landolfi eius filii, quem pater in socium principatus assumpsit anno 969 Ind. XII.

[2]) *Monteaperto* in Princ: Ulteriori.

inter ec rebus et rebus aldi, deinde qualiter descendit, sicut termini positi sunt inter ac rebus mea et rebus ipsius iamdicti aldi et ab inde quomodo descendit per terminos, qui positi sunt inter ec rebus et rebus offi et de eius consortibus usque in limite, qui est inter ac rebus et rebus dauferi filii leoni et de eius consortibus: deinde rebolbente et qualiter vadit per eodem limite usque in terminum, ab eodem termino revolbente et quomodo ascendit usque in alio termino, qui stare videtur erga supradicta via et reconiungit in eadem via. Inter iste vero finis, quibus prelegitur, totum et integrum tibi illut in pignum posuit cum trasita et exita sua et cum inferius et superius adque cum omnia sua pertinentia: tantum exinde exceptabo tribus talee de mela et integra medietate de octo salices, qui stare videtur in ipsa torna suprana et quod est pertinentes ipsa iamdicta mela et ipsi salices aldi filii ursi cum andito, velut brebem ipsius aldi inde est pertinentem. Nam aliut totum et integrum, quantum infra supradicte finis esse videtur, tibi qui supradicto dilecti illut in pignum posuit, Ea ratione, ud amodo et usque ad duos annos conpletis integra ipsa iamdicta vinea et terra cum arboribus infra supradicte finis teneatis et possideatis, et laboretis, et frugietis, et de ipso frugio omnia faciatis quod vobis placuerit. et si ego aut meos eredes potuerimus tibi in eodem constitutum dare quinque solidos constantinos aurei voni per caput, integra ipsa vinea et terra infra supradicte finis, velut prelegitur, redeat in potestate nostra; et si ego aut meos heredes non potuerimus retderet tibi aut ad tuos eredes in eodem constituto ipsi iamdicti solidi, sicut dictum est, ud integra ipsa iamdicta rebus abeatis in antea similiter, sicut ic superius declaratum est, usque dum conpleat decem annos; et si ego aut meis eredibus potuerimus vobis retdere infra ipsi iamdicti decem annos ipsi predicti solidi, sicut dictum est, integra ipsa iamdicta rebus eveniat in potestate nostra; et si infra ipsi iamdicti decem annis conpletis nos vobis non potuerimus retdere ipsi iamdicti solidi, uti dictum est, ut nos adiungnetis nobis unum solidum constantinum aureum vonum et vos abeatis integra eadem rebus infra supradicte finis, sicut ic superius declaratum est, ad vestram proprietatem abendum, et possidendum et faciendum exinde omnia, quod vobis placuerit sine mea et de meis heredibus contradictione et sine cuiuscumque requisitione; et amodo et usque dum aput vos abetis integra ipsa iamdicta rebus, nos vobis illam defensemus ab omnibus hominibus ab omnique partibus. da predicti duos anni expleti in antea usque iamdicti decem annis, quando nos potuerimus vobis retdere quinque solidos constantinos aurei voni per caput, et vos remittere debeatis aput nos integra ipsa iamdicta rebus infra supradicte finis absque omni intentione. Tantum usque dum ipsi solidi aput nos abemus, integra ipsa iamdicta rebus infra iamdicte finis, non abeamus potestatem inde vobis aliquit tollere neque contrare. Et si ego qui supradictus ademari aut meis heredibus da predicti decem annis completi in antea tecum nominatu dilectus aut cum tuis heredibus de integra ipsa iamdicta rebus infra supradicte finis, velut prelegitur, causare aut contendere presumpserimus

per qualiscumque inbenta ratione aut uma [1]) abstutia, volendum inde vobis aliquit tollere aut contrare, vel amminuare, [2]) aut si oc retornare seu remobere quesierimus, aut si illut vobis non defensaberimus ab omnibus hominibus ab omnique partibus secundum lagnobardorum lege una cum omnibus suis remeliorationibus, ideo ante omnia viginti aurei solidos constantinos ego et meis heredibus tibi qui supra dilecti et ad tuis eredibus obligati siamus ad componendum, et in antea omni tempore exinde adversus vos per inbitis vacui et taciti permaneamus, et ea que diximus adimpleamus vobis illut per inbitis per supradicta obligata pena. Quam te Iaquintus clericus et notarius taliter scribere rogabit. Actum monteaperto feliciter.

† Ego qui supra risu diaconus

† Ego angelus presbiter.

CCCXVII.

A. D. 979.

† In nomine domini anno tricesimo septimo principatus domni nostri paldolfi glorioso principes, et secundo anno principatus eius salerni, et quinto anno principatus domni paldolfi filio eius, mense septembris octaba indictione. declaro ego iohannes presul sancte sedis salernitane, quoniam ecclesie sancti liveratori [3]) et sancti biti que dedicate sunt in montes apud mare non longius ab ac cibitate nostri episcopii sunt pertinentes, et venit ab me sosanna religionis abitum induta . . . . . gubernationem et regimen ecclesie ipse retinet; et dixit mihi si emiserimus ei securitatem sicut. . . . . . . de ipsa ecclesia et rebus, et causam earum, illa autem deo auxiliante monasterium femineum ibidem facere. nos autem talia audientes et considerantes si horatorium ibidem construere, salbationem esse nostre patrie, ego cepi exinde avere colloquium cum iohannes diaconus et cum petrus iudex nostrumque adbocatorem, et cum cleros nostri episcopii. inito consilio, comparuit omnibus nobis melius esse monasterium oratorium cotidianum ibidem prehordinare, quam esse ecclesie sicut usque nunc fuerunt, unde in nostro episcopio paucum offectum evenit. et ideo omnibus nobis complacuit ta-

---

[1]) *Uma*, pro humana.

[2]) *Amminuare*, valet *imminuere*, italice *menomare*. Desideratur in Du Cange.

[3]) Hic ille mons amoenissimus Buturnynus, qui super Salernum eminet et Cavam Tyrrhenorum prospectat, ubi ad orientem in declivem latitudinem se protendit. Huius autem S. Liberatoris Coenobii in ipso latere montis constructi adhuc reliquiae supersunt.

lia fieri subscripti ydoneis hominibus inter nos esendum combocabimus, ut quod exinde fecerimus, firmum et stabilem permaneret: post hoc ego iamdictus iohannes domini gratia episcopus una mecum ipse iohannes diaconus et predicto adbocatorem per bona comvenientia pro amore omnipotentis dei et nostre patrie salbationis per anc cartulam tradidimus tibi susanne sanctemonialis induta ipse supradicte ecclesie sancti liveratori et sancti biti cum rebus et causam earum pertinentes, tali tinore, ut amodo et diebus bite tue . . . . . tenendum, et dominandum et fobee et omnis vestre utilitatis faciendum in rebus ipsarum ecclesiarum. lavores exinde tollendum et in ipse ecclesie congregationem monacharum hordinandam . . . . . volueritis et potueritis, et abendum et in eadem ecclesia cotidie. . . . . . monasterio puellarum, et agere potueritis, et quanta offerta, et datione . . . vestre sit potestatis, et nullam vobis inde tollere queramus: ad hobitum tuum quale . . . . . abbatissa facere volueritis, potestatem haveatis, et ipsa abatissa post tuum hobitum omnibus diebus bite sue ad suam abead potestatem, dum fuerit ibidem ipso monasterio . . . . . congregatione monacharum ibidem reliqueritis potestatem haveatis. . . . . . . facere et abere qualem voluerit, et de abbatissa. . . . .

. . . .

exinde ipse plagarie quod in ipso monte sunt cum omni hordine . . . . . . quod ad nostra reservabimus potestatem: simulque a quo monasterium ibidem non fuerit, sicut supra legitur, post tuum hobitum inclita suprascripta tradictione revertas ad potestatem nostri episcopii; et ut hordinem istut in aliis modis transmutatum non flant, ista cartula ad nostram retinemus potestatem, et aliam talem exinde tradidimus ad potestatem ipsius susanne. et tali hordine te theodericus notarius scribere rogabimus. actum salerno.

CCCXVIII.

A. D. 980.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni paldolfi gloriosi principis, et secundo anno eius salerni, et sexto anno principatus domni paldolfi eius filio, mense ianuarius octaba indictione. memoratorium factu a me alphanus filius quondam areghisi, eo quod ante subscripti testes per vona comvenientia guadia mihi dederunt petrus et nigola germani filii quondam iohanni, et mediatores mihi posuerunt se ipsis; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis heredibus amodo et usque decem anni completi tenere ad lavorandum terris bacue et sil-

bis, quod abeo in locum tusciano ista parte et erga ipso flubio tusciano in oc ordine; ut amodo et usque ipsi decem anni completi licead illis et suis heredibus illut tenere et lavorare, et annualiter ipse terris bacibe conciare, sicut meruerit ad seminandum, et faciant nos scire, et nos demus eorum tertiam partem de semente, et illis due sortis, et tota ipsa semente illis semminare iusta ratione sicut meruerit, et per tempore ipsi lavori communiter studiemus et recolligamus, et tritulemus: ipsi germani et suis heredibus due sortis, et nos tertiam partem, et ibidem ad ira[1]) dibidamus inter nos in tertiam parte: nos tollamus inde tertiam parte, et illis due sortis; et de ipse silbis, quantum illis inde scampaberint amodo et usque sex anni completi, illut lavorare, et quantum inde tollere vel abere potueritis amodo et usque ipsi sex anni, totum illut sibi abeant et nullam sortione inde nobis deant. tantum per omnis annum amodo et usque ipsi sex anni completi deant inde nobis terraticum secundum consuetudine de ipso locum: da completi ipsi sex anni in antea usque ipsi decem anni, quantum ibidem scampatum illis abuerunt, communiter illut nobiscum laborare sicut et ipse alie terris: da completi ipsi decem anni, tota ipsa terra ad nostras rebertas potestate. *Sequitur consueta formula*; quod si taliter etc. *statuta multa decem aureorum constantini solidorum.* quod scripsi ego petrus notarius qui interfui.

† ego alfanu

† ego lando.

CCCXIX.

A. D. 980.

† In nomine domini anno tricesimo septimo principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis et secundo anno eius salerni, et sexto anno principatus domni paldolfi eius filio, mense ianuarius hoctaba indictione. memoratorium factu a me benedictus filius quondam voniti, eo quod ante subscripti testes dedit mihi in bicariatione petrus germanus meus sortione sua, quod legibus ei ebenire debuit de rebus, que fuit donatum ipsius genitori nostro in locum spiano minore in finibus rotensis, qui est a super abellanietum sancti angeli, qui dedicatum est in locum macerata per waiferius et petrus castaldi germani filii petri infra ec finis. a pars orientis fine ecclesie sancte marie sedis benebentane, que retinet eredes ursi notarii: de subter parte

---

[1]) *Ira*, pro *aire* vel *area*.

fine ipso abellanietum de ipsa ecclesia santi angeli, sicut limite discernit, et pertange in fine de herede qui fuit farecausi: a partibus occidentis fine de heredes qui fuit predicti farecausi et trabersante bia et saliente per fine de eredes wisoni de ipsa biniola: de super capite fine monasterii sancti georgii, sicut sorti capitat. Infra supradicte finis sceptuaberunt ipsi germani exinde bia, que legibus inde est; nam de ipso aliut per iamdicte finis inclita medietate ipsi germani guaiferius et petrus per absolutione ipsius genitori suo ipsius genitori nostro donaberunt. modo autem congruum est ipsius petri germani mei ipsa sortione sua, quod est quartam partem de ipsa rebus, quod ipsius genitori nostro donatum fuit per ipsi germani waiferius et petrus, illut mihi iamdicti benedicti in bicaria dare, et ego nominatus benedictus bona mea bolumtate per hac cartula tradidi tibi exdicti petri germani mei ipsa sortione mea de rebus quod commune abemus in iamdicto locum psiano minore, ubi ipse genitor noster residentes fui, inclita quartam partem tibi exdicti petri in bicaria tradidi cum omnia intro se abentibus, et cum ipsa casa fabrita, et cum omni sua pertinentia ipsius petri germani mei in bicariationis ordine tradidi, ipsa sortione mea illut ei tradidi pro istut, quod mihi in bicaria tradidi, sicut superius diximus; et per bona combenientia obligabit se ipse petrus et suis eredibus amodo et semper antistandum et defensandum mihi meique eredibus tota et inclita supradicta bicariatione da omnibus hominibus omnique partibus, cui per illut vel exinde datum vel manifestatum seu hobligatum paruerit, vel qui pro eius partibus quodcumque causationes nobis exinde preposuerint. (*Formula de compensatione biginti aureorum solidorum constantinianorum pro pactis non servatis*). de alii vero ominibus et partibus, si nobis exinde contentio fuerit exurta, potestatem abeamus nos et nostris eredibus vice eius cum quale monimen et rationem inde abere potuerimus, in omnibus inde causare et finem facere qualiter voluerimus; et si per veram legem inde perdiderimus usque nostro colludio, tunc de quantum inde perdiderímus per lex, per ratione retdant nobis de ipsa terra quod ei in bicaria pro istut dedi ante subscripto notario et testes, et quod aput nos fuerit remeliorata supradicta eius bicariatione, sub estimationem pretii nobis restituent. unde omnia suprascripta per supradicto ordine nobis adimplendum guadia nobis exinde dedi et mediatorem nobis se ipsum posui; et unc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfui.

† ego radoaldo

† ego ropoaldu

† ego sesamus presbiter.

CCCXX.

A. D. 980.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni nostri paldolfi glorioso princeps et secundo anno eius salerno, et sexto anno principatus domni nostri paldolfi filio eius, mense februarius, octaba indictione. memoratorium factum a me martinus presbiter et abbas rector hecclesie sancti maximi et una mecum esset landoari comes, qui est unum de dominiis ipsius hecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti testes dedimus ad lavorandum et frugiandum petri et ciceri et guaiferi germani filii quondam silvestri de locum angre tribus pecie de terris vacibe, quem pars iamdicte hecclesie habent in predictum locum angre in casamavile et in pratellu et ad casale, et ipsa predicta rebus offertum fuit in ipsa prephata ecclesia sancti maximi a dommo guaiferius, qui fuit princeps, habentes finis et mensuriis ipsa predicta rebus. prima ipsa pecia da casamavile habet finis: a pars orientis fine via publica, habent exinde longitudo passos quinquaginta unum: a pars septemtrionalis fine de heredes domni radelchisi, sunt per ipsa fine latitudo passos triginta nobem: a pars occidentis fine ipsius hecclesie: a pars meridie fine de heredes guaiferi castaldi. et ipsa secunda pecia da pratellu ubi proprio casamaore dicitur, habentes finis ipsa predicta pecia de terra et mensuriis: de super parte a meridie fine de heredes predicti silvestri quomodo sunt ipsi predicti germani, est per ipsa predicta fine latitudo passos quinquaginta duo et medium passum: et de tribus partibus, quomodo ipse rebolte discernunt, fine terra ipsius hecclesie, et aliquantum in uno latum, quomodo ipsa reboltella discernit, fine ipsorum qui supra germani filii predicti silvestri, et per longitudo est passos centum septuaginta sex: et a pars septemtrionalis in ipsa fine est latitudo passos viginti quadtuor. tertia pecia ibique in eodem locum coniuncta, que est propinquo ubi dictum est quod vocatur ad casale habentes finis et mensuriis: a pars septemtrionalis fine ipsorum qui supra germani, est per ipsa fine latitudo passos quadraginta unum: a pars occidentis fine via publica, sunt inde longitudo passos sessaginta quadtuor: a pars meridie fine via publica, sunt inde latitudo passos triginta sex: a pars orientis fine iamdicte hecclesie sancti maximi, sunt per ipsa fine longitudo similiter passos sexaginta quadtuor. hec vero suprascripta rebus per supradicte finis et mensuriis totam et inclitam illam illorum qui supra germani ad lavorandum et frugiandum dedimus et tradidimus usque septem anni completi. unde pro taliter per bonam convenientiam et sue bone voluptatis guadia nobis ipsi qui supra germani dederunt et mediatores nobis posuerunt garamu et petrus germani filii do-

minici de locum angre, adstante ipso genitorem illorum et per eius absolutione; tali ordine, ut amodo et usque septem anni completi, ipsi qui supra germani vel illorum heredibus tota ipsa predicta rebus inclita per supradicte finis et mensuriis eas tenerent et lavorarent suis temporibus, et eas seminarent et ipsi lavori apto tempore suo cultare et recolligere, et faciant nos vel successores nostros omne annum scire ad aream aut in ipsa rebus; et de quem in ipsa rebus seminaverit, omne annum deant nobis in partibus prephate hecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipsa loca. quod si taliter omnia que prelegitur, nobis vel in pars ipsius hecclesie non adinpleverint et aliquid exinde contradixerint, obligaverunt se suique heredibus per ipsa eadem guadia ad componendum nobis vel in partibus iamdicte hecclesie viginti aurei solidi constantini.

† ego guiso notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego mirandus subdiaconus

† ego leo

† ego petrus.

CCCXXI.

A. D. 980.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domini nostri paldolfi glorioso princeps, et secundo anno eius salerno, et sexto anno principatus domni nostri paldolfi filio eius, mense februarius octaba indictione. memoratorium factum a me martinus presbiter et abbas hecclesie sancti massimi pertinentem supradicto glorioso principi et de alia hereditate domni guaiferi principis, una mecum esset landoari comes advocatorem nostrum, qui est unum de ipsa hereditate, eo quod ante subscripti testes per bonam convenientiam guadia nobis dederunt garamu et petrus germani filii dominici, adstante ipso genitorem suum et per eius absolutionem de locum angre, et mediatores nobis posuerunt petrus filius silvestri et cicerus filius mastali de eodem locum angre; et per ipsam guadia obligaverunt se suisque heredibus amodo et usque viginti quinque anni completi illos et eorum heredibus ibidem tenerent ad suam potestatem tota et inclita ipsa clausuria de terra cum arbustis vitatis et vacuum uno tenientem pertinentes ipsius hecclesie de ipsum locum angre, ubi proprio casamavile dicitur per hec finis et mensuris: a pars orientis fine via, est per ipsa fine longitudo passos centum nonaginta sex: a pars meridie fine via publica, sunt per ipsa fine latitudo passos centum quadtuor: a pars occidentis, quomodo limite

discernit, sunt per ipso limite longitudo passos sessaginta octo: rebolvente exiendo da inde usque in fine de heredes domni radelchisi sunt per ipsa rebolta latitudo passos octoaginta duo: a pars occidentis ipsa fine de herede predicti domni radelchisi usque in padule quantum lavorare potunt, sunt per ipsa fine longitudo passos octoaginta quadtuor: a pars septemtrionalis, quomodo ipsa padule discernit, fine ipsius ecclesie sancti massimi, sunt per ipsa fine latitudo passos centum septuaginta quadtuor et exiente usque in ipsa via que est priore fine. hec vero rebus per ipsa mensuria et talis sit ipse passus, cum quo fuit ipsa rebus mensuratum ad iusto manum hominis habeant quinque pedes et unum summisse, tota et inclita infra ipse finis et mensurie illis et eorum heredibus tenerent usque in supradictum constitutum, et omnis sue utilitatis ibidem faciendum in ipso locum angre iamdicta hecclesia sancti massimi; et si voluerint ibidem habitare et residere, licentiam et potestatem habeant usque in supradictum constitutum, et ipso arbustatum omne annum suis temporibus de super et de subter lavoraret et cultaret, et ubi meruerit arbores et vites plantare et propaginare arbores et vitis; et omne annum facerent nos aut posteriores nostros per ipse vindemie et apto tempore suo illos vindemiare, et facerent nos exinde scire ad ipsa vindemia, et ad palmentum ipso vinum omne annum dividamus: illis exinde tollant omne annum tres sortionibus de ipso vinum, et pars sancte hecclesie tollant due sortis de ipso vinum; et ipso vinum quem in partibus prephate hecclesie hevenerint omne annum, illis et eorum heredibus illos nobis adducant usque ad ipsa turre da ipsi pariti de nuceria, ubi abuerimus ipsa organea reposita ad ipso vinum recipiendum cum carros et vobes et organea sua, et omne annum illis nobis concient ipsa organea ubi reponamus ipso vinum; et ipsum hominem, quem ibi direxerimus ad ipso vinum recipiendum omne annum, illis eum nutriant de sua vivenda iusta rationem; et de que ibidem seminaverint in ipsa rebus omne annum, deant terraticum in partibus iamdicte hecclesie secundum consuetudinem de ipsum locum, et de quantum in antea pastenare potuerint de ipsa terra vacua que est infra ipse predicte finis arbores et vitis; similiter ipso vinum dividamus in superscripta rationem et totum ipsum arbustum et quantum amodo in antea usque in supradictum constitutum de ipsa terra vaciba in antea pastenare potuerint, similiter apto tempore suo eos de super et de subter suis temporibus lavoraret et cultare, ut bene paread lavoratum et cultatum, sicut et quomodo locus ipse meruerit. ad completum vero ipsum constitutum illis et eorum heredibus tota et inclita ipsa rebus per supradicte finis et mensuriis remittant ad potestatem in iamdicta hecclesia. quod si taliter etc: (*Multa quinquaginta aureorum solidorum constantinianorum pro compensatione*). et licentiam et potestatem habeant illis et eorum heredibus ibidem in ipsa rebus alii hominibus ad lavorandum mitterent. ad completum vero ipsum constitutum licentiam et potestatem habeant illis vel eorum heredibus de ipsa predicta rebus exire et excotere omnia

sua causa et ire, ubi eorum placuerit absque omni contrarietatem iamdicte hecclesie aut cuiqua hominibus.

† ego guiso notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego iohardus

† ego ioannes

† ego leo.

CCCXXII.

A. D. 980.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni nostri paldolfi glorioso principe et secundo anno eius salerno, et sexto anno principatus domni nostri paldolfi filio eius, mense februarius octaba indictione. memoratorium factum a me martinus presbiter et abbas rector hecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti testes frugiandi nomine tradidimus iohanni filius palumbi, et iohanni filius andree, et iohanui filius ursi qui vocatur sardone, tota et inclita ipsa clausuria de terra cum arbustis vitatis, quem pars ipsius hecclesie sancti maximi habet a super via maiore publica super barbacianu, ubi proprio ad arbustu dicitur propinquo ad ipsa cisterna, quod eidem hecclesie in sorte evenit da petrus presbiter filius cutanii; ideo tota et inclita ipsa clausuria eorum ad lavorandum dedit et tradidit. unde pro taliter per bonam convenientiam et sua bona volumptate guadia mihi ipsi nominati iohannes et iohannes dederunt et mediator mihi posuerunt petrus filius madelfrid de locum tostazzu, tali ordine, ut amodo et usque septem anni completi ipsi nominati toti iohanni vel suorum heredes tota ipsa clausuria cum arbustis vitatis de super et de subter suis temporibus lavoraret et cultaret, ut bene paread lavoratum et cultatum, et ubi meruerit arbores et vitis plantare et propaginare iusta ratione, et apto tempore suo illos vindemient, et omne annum faciant nos scire ad ipsa vindemia, et ad palmentum omne annum ipso vinum nobiscum vel cum missos nostros per medium dividant: illis exinde tollant de ipso vinum medietatem, et nobis vel in partibus ipsius hecclesie de ipso vinum deant medietatem, et ipsa sortione nostra de ipso vinum omne annum illis et eorum heredibus eos nobis adducant cum carros et vobes et organea sua usque ad ipsi pariti de nuceria ad ipso cellarium, ubi habuerimus organea reposita ad ipso vinum recipiendum; et illis concient omne annum ipsum organeum, ubi reponamus ipsa sortione nostra de ipso vinum quem nobis da illis in sorte evenerit, et ipsum hominem quem ibi direxerimus ad ipsa vindemia ad ipso vinum

recipiendum, illis cum nutriant de sua vivenda iusta ratione, dum ibidem steterit ad recipiendum ipso vinum: et de quem ibidem in ipsa terra seminaverit omne annum, deant nobis exinde terraticum secundum consuetudinem de ipsum locum. (*Adest formula*: quod si taliter etc: *qui nequit stare promissis, solvere tenetur decem aureos solidos constantinos*).

† ego guiso notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego radoaldu

† ego petru

† ego petrus diaconus.

CCCXXIII.

A. D. 980.

† In nomine domini anno tricesimo septimo principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis et secundo anno eius salerni, et sexto anno principatus domini paldolfi eius filio, mense martius octaba indictione. memoratorium factu a me leo presbiter filius quondam leoni amalfitani, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia wadia mihi dederunt domnandus et iaquintus germani filii mascani et mari filio ipsius domnandi, et mediator mihi posuerunt ursus atrianense filius mauri qui dicitur pizzacanzone; et per eadem wadia obligaberunt se et suos eredes, ut amodo et cuntis diebus bite mee non tollere de mea potestate ecclesia bocabulum sancti iohanni illorum pertinentem locum, ubi beteri dicitur iusta mare secus et illa parte flubio beteri, et omnis rebus et casis ipsius ecclesie pertinentem; set licead me in casis ipsius ecclesie residere et abitare et omnis nostra utilitate iusta ratione ibidem facere, et rebus ipsa dominandum, et laborandum, et frugiandum, et ad laborare dandum, et iusta ratione nostre utilitate ibi faciendum absque illorum contrarietate vel requisitione, et in ipsa ecclesia officiemus diu noctuque, sicut decet sacerdos billanos, et amodo et diebus bite mee ecclesia ipsa cum omnis rebus et casis suis omnesque sua pertinentia, et cum quaterni da messa canendum, et unum intefanario et omnia ipsius ecclesia pertinentibus defensare nobis da omnis omines omnique partibus cum tres bucti eius et alia organea; et quanta botatione seu sepultura vel quicquit in ipsa ecclesia intraberit, de totum faciamus omnia quod boluerimus sine eorum calumnie, et annualiter in festibitate sancti iohanni demus eorum medietatem de tota offerta que ibi intraberit, et medietatem eos nobis abeamus et biginti cetra, quale meliori fuerit in ipso cetraro qui ibi est, et ad die obiti mei demittamus in ipsa ecclesia de omnia, quantum amodo in antea parare aut conquidere potuerimus, inclita

tertiam partem, relique bero due sortionis exinde faciamus inde quod boluerimus, et amodo et diebus bite mee sic permaneamus in ipsa ecclesia, ut nec ab illis nec a filiis eorum nulla molestia ad iniustum patiamur. at bero tantum reserbaberunt sibi quantum binea betere que est marcangellu, nam illo aliut mihi dederunt per ipsa wadia; panni bero eundem ecclesie et mobilia ad nostra abeamus potestate et salbum illut faciamus, sicut meruerit. quod si omnia etc: (*Statuta multa decem solidorum constantinianorum*). et ipse domnandus prosolsit ipsum filium suum omnia suprascripta mecum agendum vel ordinandum per suprascripta obligata pena; et ipsa cetra demus eorum annualiter per tempore quando meruerit, et annualiter demus in partibus ipsius ecclesie de quantum binum inde exierit quartam partem, et ipse relique tres sortionis nostre sint potestate, faciendum inde omnia quod boluerimus absque illorum contrarietate per suprascripta wadia et obligata pena. et ego iohannes notarius unc brebem scripsi et interfui.

† ego gaidenardus qui supra

† ego qui supra adelgari

† ego mascinus.

CCCXXIV.

A. D. 980.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis et secundo anno principatus eius salerni, et sexto anno principatus domni paldolfi eius filii gloriosi principibus, mense aprelis obtaba indictione. memoratorium factu a me petrus comes filius quondam petri, eo quod ante supscripti testes guadia mihi dederunt petrus atrianense filius iohanni, et leo filius petri ungri, et faraccum filius teudelgrimi; et per eadem guadia obligaberunt se tali ordine, ut amodo et usque tribus aire recollecte tenere ad laborandum de terris meis, quod ego abeo in lucania ubi propio ad gulie bocatur, quod abet finis: da partibus orientis fine ipsa terra que descendit ad monasterio sancte marie, ubi bocatur ad gulie: da partibus occidentis fine iohanni qui dicitur passomata, et pergente in ipsa fontana et exiente per ipsa fontana in ora de ipso cannietum sancti andree, et exiente in ipsa serra sancte varvare, et rebolbente per ipsa serra et coniungente in ipsa serra sancte marie: da partibus meridie fine ursi qui dicitur da flume; tali ordine illut bobis tradimus, ut infra ipse finis sceptuabimus quantum de antea illut datum abemus ad laborandum pro duobus paria de bobi ad petrus filius petri iudici, et petrus qui fuit libertinus ruscinii. de totum alium quantum

ibidem remanserit, tradimus a vestra potestatem tali ordinem, ut potestatem abeant illis comprindere ubi illis voluerit infra ipse finis, ut sufficiant amodo et usque tribus aire recollecte ad laborandum ad tribus paria de bobi suis et licentiam et potestatem abeant illis ibidem roncare et laborare, et omnis sua utilitatem ibidem facere iusta ratione; et amodo et usque ibso constitutum omnis frugens et bictum quem inde exierit, totum illut eos sibi abeant, et nulla queramus exinde eorum tollere aut contrare. tantum amodo et usque ipso constitutu usque tribus aire recollecte deant nobi nostrisque eredibus terraticum secundum consuetudine de ipso locum; tantum si infra ipso constitutum bobi quod illis ibi abuerit ad laborandum, mortis fuerit, faciant inde illis me scire, ut ego recoligam ipsa terra, et si mortuis non fuerit ipsi bobi ante ipso constitutum, sic ibidem illis laborare, sicut supradictum est. ad conpletum autem ipso constitutum tota ipsa terra per ipse finis, quantum illis ibidem laboraberit, remittas ad nostram potestatem, unde de suprascripta guadia quod mihi ipsi nominati dederunt et mediatores mihi posuerunt se ipsi. quod si etc: (*Compensatio definita fuit per decem aureos solidos constantinianos*). et hunc brebem scripsit ego ursu notarius qui interfuit.

† ego lando

† ego pando

† ego petrus

† ego guido.

CCCXXV.

A. D. 980.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis et secundo anno eius salerni, et sexto anno principatus domni paldolfi eius filio, mense apbrelis octaba indictione. memoratorium factu a me martinus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, una mecum truppoaldus castaldus qui est adbocator meus et unum de dominii ipsius ecclesie, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia guadia michi dedit lupo filius adi, et mediatorem michi posuit se ipsum; et per ipsa guadia hobligabit se et suis eredibus tenere ad sua potestate tres pecie de terris ipsius ecclesie de locum luriniano finibus rotense, due cum abellanietum et bacuum, et alia cum arbusto et bacuum. illa cum arbusto per ec finis et mensuria: de duobus partibus fine bia, et de alie duobus partibus fine episcopii salernitani: per longitudo passos sidecim et cupita tres, et per latitudo passos tridecim. una ex ipse pecie cum abel-

lanietum per ec finis et mensurie: de subtus fine illius, et de alia parte fine episcopii pestano et illius, et de super parte fine episcopii salernitano, et de alia parte fine illius: et est per longitudo passos triginta quadtuor, et per latitudo passos sidecim et cupita tres. ipsa alia pecia de terra cum abellanietum per as finis et mensuria: de super parte fine illius, et de alia parte fine episcopii salernitano, et de subter parte sicut termiti ficti sunt, et de alia parte fine bia; et est per longitudo passos viginti duo, et per latitudo passos decem et octo, totum ad iusto passum homini mensuratum. ec bero rebus per supradicte finis et mensurie et alia rebus ipsius ecclesie pertinentes ibique in ipso locum ille et eius heredes tenere dum boluerit, et quantum bacuum est infra ipsa mensuria de ambo ipse pecie cum abellanietum, pastenare illut abellanietum et studiare, sicut meruerit, ut ad completi amodo octo anni totum per ipsa mensuria sit factum et operatum abellanietum, ut bene paread factum, et amodo et semper ipsa abellanieta studiare sicut meruerit, et per tempore illa colligere et seccare, et medietatem ipse abellane annualiter dare ad pars ipsius ecclesie, et quantum bacibum est infra ipsa mensuria de ipsa pecia cum arbusto, pastenare illut arbustum amodo sicut meruerit, et semper totum ipso arbustum laborare et cultare de super et de subter, sicut locus ipse meruerit ut bene paread laboratum; sic tamen, ut ad completi supradicti anni sit ipsa terra per ipsa mensuria pastenatum et factum arbustum, sicut locus ipse meruerit, et annualiter ipso arbustum amodo bindemiare, et quantum binum inde exierit, medium illut dare ad pars ipsius ecclesie, et que in tota supradicta rebus seminaberit tam in illut per ipsa mensuria et in illut a foras ipsa mensuria, daret exinde terraticum ad pars ipsius ecclesie secundum consuetudinem de ipso locum, et castanieta que ibidem fuerit ipsius ecclesie pertinentes, ille facere illa salba, et colligere et seccare, et tertiam partem inde nobis dare; et a quo ille vel eius heredes in supradicto ordine rebus ipsa tenere non boluerit, inclita rebus ipsa rebertas in ipsa ecclesia, et illis nullam inde contrare vel aliqua sortione querad inde tollere. et si aliquit etc: (*Qui nequit stare promissis, multatur quinquaginta aureis solidis constantinianis*). et hunc brebem scribsi ego ademari qui interfui.

† ego petrus me subscripsi

† ego azzo

† ego alfanu.

CCCXXVI.

A. D. 980.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni paldolfi gloriosi principis et tertio [1]) anno eius salerni, et sexto anno principatus domni paldolfi eius filio, mense magius octaba indictione. memoratorium factum a me ursus atrianense filius marini qui fuit iudex, eo quod intus anc salernitanam cibitate, ante subscripti nobilibus declaro, quoniam manso et leo germani mei per firma carta que scripta est per totone notario, benumdederunt iohanni amalfitano filio mauroni comitis rebus sua, quem abuerunt in cetaria ubi ad fonti dicitur a super ecclesia sancti felis per finis, sicut ipsa carta continet; et pro defensione de ipsa rebus ipsi germani mei dederunt eidem iohanni unum brebem sigillatum continentem de ipsa rebus, qualiter domnus gisolfus concesserat ipsius genitori nostro rebus in eodem loco cetaria in fine de heredibus sancti feli et usque ad fine eius qui fuit traselghisi diaconi, quod ille a palatio espetuto abebat, et da serra de ipso monte usque mare; et unum iudicatum continentem, qualiter ego nominatus ursus in causationes fuit cum iohannes monaghus qui fuit sirentino de ipsa rebus, et ante petrus iudex per lex illum atbincuit; unde et alium unum brebem, qualiter nos germani dedimus ad pastenandum iohanni qui fuit sirentino filio palumbi, rebus in eodem loco infra ipse finis, que ipsa carta continet, quem ipsi germani mei eidem iohanni emisit et mihi nominato ursi remansit de ipsa monimina et brebi sigillati; unum brebem sigillatum continente, qualiter domnus gisolfus concesserat ipsius genitori nostro res in cetaria a super ecclesia sancti felis et alia res in airole; et alium hunum brebem sigillatum, qualiter ipse domnus gisolfus ipsius genitori nostro concesserat res in eodem loco cetaria per as finis: de una parte fine predicti genitori nostro, que per preceptum espetutum abebat de super fine serra de monte: A partibus orientis fine ribus, et revolbente per bia et descendente in mare: de subtus fine aqua de mare; et alium unum brebem, qualiter ipse genitor noster dederat ad pastenandum ipsius iohanni monaghi rebus propinquo aqua de fleschetola infra ipse finis, que ipsa carta ipsius iohanni continet; et alium unum iudicatum, qualiter ego nominatus ursus in causationes fui ante radelgrimo iudex cum ursus et leo presbiter germani filii lupini, qui bocabat flaibulum, de ipsa rebus propinquo aqua de fleschetola. et ipsi germani ursus et leo presbiter manifestaberat nobis, ut de ipsa rebus, que ipsa

---

[1]) Potius *secundo*.

monimina et brebi sigillati continunt, nobiscum et cum nostris heredibus causare aut contendere nullo modo poterent. Modo quidem ego nominatus ursus cum ipsum iohannes coniuntus sum, eo quod ipsa rebus, que ipsa sua carta continet, per ipse finis, quem ipsi mei germani ei emisit, communem abunt cum ipsi germani mei, et pro quo ipsa illorum medietatem eidem iohanni per ipse finis, que ipsa eorum carta continet, venumdedit. Ideo guadia mihi ipse iohannes dedit et mediator mihi posuit petrus atrianense filius ursi, qui vocabat da luportum; et per eadem guadia obligabit se ipse iohannes et suos heredes, ut ipsa monimina et brebem sigillatum quem ipsi germani mei ei ad defensionem dedit, salbi illi facere absque degeneratione et ingne; et quando nobis et ad nostris heredibus necesse fuerint supradicta monimina et brebem sigillatum, quod ipse iohannes aput se abuit, tunc deant nobis ille ipse iohannes et eius heredes mihi et ad meis heredibus, ut abeamus nos ea, quando nobis necesse fuerit pro ipsa rebus que ipsi germani mei per ipsa carta et per finis que continet, eidem iohanni venumdedit: et ubi finem fecerimus de ipsa rebus, ipsa monimina et ipsum brebem sigillatum salbi, qualis illam nobis dederit per omnes bices aput ipsum iohannes et eius heredes remittamus, abendum eas in predictas rationes, et per omnes bices abeant spatium ipse iohannes et eius heredes, quando nos eorum monimina ipsa et brebem quesierimus sigillatum diebus decem, ut illam nobis deant in eo ordine quem diximus. (*Sequitur formula consueta*: Quod si etc. *Qui pacta non servet multatur centum aureis solidis constantinianis*). et ego ei me per guadia obligabi, ut quando ei vel ad eius heredes necesse fuerint monimina ipsa et brebem sigillati quem nos abemus, ut per omnes bices infra diebus decem illas ei demus; et ubi finem fecerit de ipsa rebus, remittant illam aput nos et nostros heredes, abendum eas in predicta ratione per supradicta guadia et obbligata pena. et ego petrus notarius qui interfui et unc brebem scripsi.

† ego adenolfus

† ego desigius

† ego toto notarius me subscripsi.

CCCXXVII.

A. D. 980.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis et secundo anno principatus eius salerni, et sexto anno principatus domni paldolfi fi-

lii eius, mense magius octaba indictione. Memoratorium factu a me manni filio bocci de muntoru, Eo quod ante subscripti testes per bona combeniéntia tradidit mihi domnus martinus venerabilis presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, una cum eo truppoaldus castaldeus qui est advocator et unum de dominiis ipsius ecclesie, terra vacua ipsius ecclesie et cum aliquantis arvoribus vitatis et aliquante abellane et nuci de eodem loco muntoru, ubi dicitur preturu finibus rotense per hec finis et mensurie. De una parte fine bia, est inde passos decem et nobem. De alia parte fine ursi filii romani, sicut limite discernit, sunt inde passos octoaginta octo. De alia parte fine predicte ecclesie, et sunt exinde passos triginta duo. De alia parte fine mea que supra manni et de consortes meos, sicut limite discernit, sunt exinde passi nonaginta unum ad iusto passum omini. per ipse finis et mensurie inclitum illut nobis tradidit tali tinore, ut amodo et usque decem anni completi totum cum omnia intro se abentibus sint ad potestate nostra et de nostris heredibus omnes nostra utilitatem ibidem faciendum, et ipsi arvoribus vitatis qui ibidem sunt, laboremus et cultemus sicut meruerit; et quantum vinum inde exierit et abellane et nuci inde collexerimus; medietatem demus illut ad pars ipsius ecclesie et medietatem nobis abeamus, et de quod ibidem seminaberimus, demus inde terraticum secundum consuetudinem de ipso loco. ad completi ipsi decem anni nos autem vel nostris eredibus abeamus in tota ipsa terra per supradicta mensuria pastenatum et factum arbustum, sicut locus ipse meruerit ut bene pareat factum. et da ipsi decem anni in antea omni tempore, dum ego et meis eredibus voluerimus illut tenere, nostre sint potestati eos tenendum et fobee et omnes nostre utilitatis ibidem faciendum, et totum ipso arbusto qui ibi modo est, et quod fecerimus, sicut supradictum est, annualiter laboremus et cultemus de super et de subter, sicut locus ipse meruerit ut bene pareat laboratum, et salbum faciamus, et temporibus suis illut vindemiemus, sicut meruerit, et abellane et nuci et poma que ibidem fuerit, colligamus et seccemus, et faciamus scire pars ipsius ecclesie, ut dirigat ibidem missum suum; et quantum vinum inde exierit et poma et nuci et abellane collexerimus, dividamus illut ibique in tertiam partem : pars ipsius ecclesie tollat inde una sorte et nos due, et de tertiam partem quod in ipsa rebus fuerit seminatum, demus terraticum ad pars ipsius ecclesie secundum consuetudo, et adsignare nobis organeum, ubi reponamus ipsa eorum sortione de ipso vinum et abellane et nuci, et nos ipso organeum conciemus sicut meruerit, et ipsa eorum sortione ibidem reponamus in casa nostra in ipsa organea et salvum illut faciamus, dum illut inde tollat absque de generatione et igne, et missum ipsius ecclesie qui ibidem venerit pro recipiendum ipsa sua sortione, dum inde ibidem fuerit, nos ei demus manducare et bivere, et refectionem ei faciamus, secundum nostram possibilitatem et ei fuerit mensura. et a quo da ipsi decem anni in antea non voluerimus in supradicto hordine rebus ipsa tenere, tunc inclita rebus ipsa, qualis illis diebus fuerit laborata, revertas in ipsa ecclesia, et nos nulla sor-

tionem inde tollere queramus. et si nos vel nostris eredibus de ac terra salernitana exierimus aliubi abitandum, similiter rebus ipsa rebertas in ipsa ecclesia; et si infra quattuor anni reversi fuerimus ad abitandum in ac terra salernitana, potestatem abeamus rebus ipsa recolligere et ad nostra potestate abere per supradicto ordine, dum voluerimus. et obligavit etc. (*Formula consueta. Compensatio definita fuit per triginta aureos solidos constantinianos, interposito mediatore Ioanne filio Fasani*). Et hunc brebem scripsi ego Iaquintus notarius qui interfui.

† ego qui supra martinus presbiter et abba

† ego qui supra truppoald

† ego petrus.

CCCXXVIII.

A. D. 980.

† In nomine domini nostri ihesu cristi dei eterni tricesimo septimo anno principatus domni paldolfi gloriosi principis, et duodecimo anno principatus domni landolfi eius filii, mense magio octaba indictione. Ideo qui nos, i sumus gariperto filius cuiusdam landoari comitis et landolfus filius cuiusdam landoari, Declaramus nos, quia a plurimos annos predicto landoari comes genitor et abius noster per cartulam emtum abet da (*deest nomen*) iudicem de cibitate salernitana terra et aqua de ipso lirino, in quo modo molinum factum et edificatum abemus quas predicto genitor et abius noster eodem molinum constructum abuit, qualiter ipsa nostra scriptio continet. Modo bero, sicut nobis qui supra gariperti et landolfi aptum et congruum est vona nostra bolumtate, tamen ego qui supra landolfo pro bice mea et pro parte et bice londoari nepoti meo filio cuiusdam landoari germani mei, per hanc cartula donabimus vobis iohanni comes palatio de predicta cibitate salernitana et filius cuiusdam lamberti comitis, hoc est de ipsa terra . . . . de ipse sorti et partem et pertinentiam nostram de iamdicto lirino; In hoc ordine, ut licentiam et potestatem abeatis de ipse sorti nostre de predicta aqua clausurie ibidem mictere et iamdicta aqua rebocare in ipso curso de ipsa arcatura nostra, qualiter vobis necessum fuerit iusta ratione, et licentiam et potestatem abeatis sibe at latere de iamdicto nostro molino, sibe de subter et super facere et edificare molinum iusta ratione, et abere ipsum vestre potestatis absque contrarietate et lesitionem de predicto nostro molino, ut semper eodem molino nostro bene et iusta ratione macenare possant, sicut de antea et usque modo ipse molino nostro

macenabit. sic tamen de ipsa aqua que bàbit ex . . . . licentiam et potestatem abeatis ipsam claudere in ipso curso, qui fuit betere de ipso lirino, et ubi bobis necessum fuerit iusta ratione et rebucare ipsa aqua debeatis in ipsa arcaturia nostra, ubi ipsum molinum nostrum edificatum abemus, et in medietatem de ipsa aqua faciatis et abeatis ipsum molinum vestre potestatis absque impedimento et lesitionem de ipso molino nostro, ut bene et iusta ratione macenare possat, ut dictum est; quia in tali ratione et ordine tibi ipsos donabimus cum bia sua ibidem intrandi et exiendi at possessionem vestram et de vestris eredibus abendi, possidendi, faciendi exinde de ipsa medietate, sicut diximus, sine lesitione de ipso molino nostro omnia quem vobis placuerit. Unde de illut quod superius vobis donabimus, nobis nec uxori nostre, nec alii cuilibet exinde nullam reserbabimus, ut dictum est. Et pro suprascripta donatione confirmandam, iustam lege nostra langobardorum launegild suscepimus nos qui supra gariperto et landolfo a te qui supra iohanne comes palatio; hoc est camisum unum in omni decisione; ea ratione, quatenus amodo et semper vos qui supra iohannes comes palatio et vestris eredibus firmiter abeatis et possideatis integra suprascripta nostrà donatione que superius bobis donabimus, Et obligamus nos qui supra gariperto et landolfo. tamen ego qui supra landolfo pro bice mea et pro parte et bice suprascripti nepoti mei, nos et nostris eredibus vobis qui supra iohanni comes palatii et at vestris eredibus integra suprascripta nostra donatione defendere et antestare semper a parte uxoribus nostris et ab omnibus illis hominibus et partibus, cui vel ubi per nos aut per suprascripti genitori nostri bobis ipsos tollere aut contrare boluerit; ab aliis bero hominibus et partibus vos bobis ipsos defendere et antestare debeatis cum ista cartula et cum aliis vestris rationibus, quomodo vel qualiter melius potueritis bicibus nostris, quia in tali tenore bobis ipsos donabimus. si autem nos vel nostris eredibus hanc cartulam donationis de quibus continet, per qualécumque ingenium disrumpere aut remobere quesierimus et non bobis compleberimus omnia, sicut superius legitur, decem bizantinos solidos pena nos et nostris eredibus vobis et at vestris eredibus componere obligamus, et omnia suprascripta vobis percompleamus, et hanc cartulam donationis de qualiter continet, firma permaneat semper in iamdicta ratione et tenore que superius continere bidetur, et taliter nos qui supra gariperto et landolfo, qualiter nobis congruum fui, fecimus. et ita te aghenolfus notarius scribere rogabimus. Actum Capuaque.

† ego adenolfus comes

† ego landolfo

† ego maio.

CCCXXIX.

A. D. 980.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis et secundo anno principatus eius salerni, Et sexto anno principatus domni paldolfi filii eius, mense magius octaba indictione. Memoratorium factu a me martinus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi una mecum truppoaldus castaldus, qui est advocator et unus de dominii ipsius ecclesie, ante subscripti testes per bona combenientia guadia nobis dedit manni filius gocci de muntorum et mediatores nobis posuit iohannes filius petri stefani; et per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus amodo et usque decem anni completi tenere ad sua potestate terra vacua cum aliquantis arboribus vitatis, et aliquante abellane et nuci ipsius ecclesie pertinentes de eodem loco muntoru, ubi dicitur preturu finibus rotense per hec finis et mersurie. De una parte fine bia, est inde passos decem et nobem. De alia parte fine ursi filii romani sicut limite discernit, sunt inde passos octoaginta octo. De alia parte fine predicte ecclesie, et sunt exinde passos triginta duo. et de alia parte fine mea que supra manni et de consortes meos sicut limite discernit, sunt exinde passos nonaginta unum ad iusto passum homini. per ipse finis et mensurie inclitum illut ei tradidimus tali ordine, ut amodo et usque ipso constitutum totum sint potestate eius et de eius heredes, omnes sue utilitatis ibidem faciendum, et ipsi arvoribus vitatis qui ibidem sunt, laborare et cultare sicut meruerit; et quantum vinum inde exierid et abellane et nuci inde collexerit, medietatem deant illut ad pars predicte nostre ecclesie, et medietatem sibi abeant, et de quod ibidem seminaberit, deant inde terraticum secundum consuetudinem de ipso loco. ad completi ipsi decem anni ille autem vel suis eredibus abeant in tota ipsa terra per supradicta mensuria pastenatum et factum arbustum, sicut locus ipse meruerit ut bene pareat factum; et da ipsi decem anni in antea omni tempore, dum ille et suis eredibus voluerit illut tenere, sue sint potestati illut tenendum et fobee et omnes sue utilitatis ibidem faciendum; et totum ipso arbusto, qui ibi modo est, et quod ibidem feceritis, sicut supradictum est, annualiter illut laborare et cultare de super et de subter, sicut locus ipse meruerit ut bene pareat laboratum, et salvum facere, et temporibus suis illut vindemiare sicut meruerit, et abellane et nuci et poma qui ibidem fuerit, colligere et siccare, et faciatis scire pars predicte nostre ecclesie, ut dirigamus ibidem missum nostrum, et quantum vinum et poma et nuci et abellane collexeritis, dividere illut ibidem in tertia partem: pars nostre ecclesie tollat inde una sorte et vos et vestris eredibus due; et de tertiam partem, quod in ipsa rebus seminaberitis, detis terraticum ad pars ipsius

ecclesie secundum consuetudo. et nos adsignemus vobis organeum, ubi reponatis ipsa nostra sortione de ipso vinum et abellane et nuci, et vos ipso organeum concietis sicut meruerit, et ipsa nostra sortione ibidem reponatis in casa vestra in ipsa organea et salvum illum faciatis, dum illum inde tollamus, absque de generatione et igne, et missum predicte ecclesie qui ibidem venerit pro recipiendum ipsa nostra sortione, dum inde ibidem fuerit, vos ei detis manducare et vibere, et refectionem ei facere secundum vestram possibilitatem et ei fuerit mensura. et a quo da ipsi decem anni in antea non voluerint in supradicto ordine rebus ipsa tenere, tunc inclita rebus ipsa, qualis illis diebus fuerit laborata, revertas in ipsa ecclesia, et nulla sortione illis inde tollere queras; et si ille vel eius eredes de ac terra salernitana exierit aliubi abitandum, similiter rebus ipsa revertas in ipsa ecclesia; et si infra quattuor anni reversi fuerint ad abitandum in ac terra salernitana, si voluerit rebus ipsa recolligere, rebertas ad eorum potestate ad abendum, et tenendum, et laborandum et adimplendum per supradicto hordine, dum voluerint. De qua etc: (*Multa triginta aureorum solidorum constantinianorum*). Et hunc brebem scripsi ego iaquintus notarius qui interfui.

† ego petrus

† ego lamfreda.

CCCXXX.

A. D. 980.

Vix dare possumus summarium huius chartae.

† Trigesimo septimo anno principatus domni Paldolfi principis et tertio anno principatus eius Salerni, et sexto anno principatus domni Paldolfi filii eius. Mense Maio octava indictione.

Instrumentum, quo terras in Cetaria in Casali Fontis prope aquam ipsam quae dicitur de Flesketola, et medietatem ecclesiae sancti Archangeli de eodem loco, Iohannes amalphitanus monachus filius Mauronis comitis emit a Mansone et Leone filiis Marini iudicis.

Hi fines terrarum: a pars occidentis; sicut discernit ipsa aqua de Flesketole, et a capite de ipsa aqua rectum saliente per ipsum montem in partibus septemtrionalis et coniungente usque in serra maiore de monte qui vocatur falerzu: a pars orientis sicut discernit toru, in quo ipsa plescara sunt, qui est a supra ipsa ecclesia sancti archangeli, et ab ipso toru rectum descendente secus fine lupeni germano tuo et ipsorum germani filii lupini, qui vocabat flaibulu, et rectum

per eadem fine descendente usque mare . . . . ab ipso toru ascendente per ipsum montem et rectum saliente in partibus septemtrionalis et coniungente in ipsa serra de ipso monte de falerzu: a partibus septemtrionalis fine ipsa serra de ipso monte de falerzu, de suptus fine litore maris. *Pretium emptionis*: auri solidos de tari numerum octuaginta ana quattuor auri tari per solidos, sicut inter nos combenit etc.

Finis textus: Unde de omnia suprascripta vobis adimplendum guadia tivi iamdicto iohanni dedimus et mediatores vobis posuimus iohannes atrianense filius ligori et landolfus idem atrianense filius sergii, et tivi totoni notario scribere rogavimus in sacro palatio.

† ego ioannes comes

† ego madelmo

† ego maio

† ego desigius

† ego lando.

CCCXXXI.

A. D. 981.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis, mense aprelis nona indictione. memoratorium factu a me martinus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidimus mauri amalfitano filio ligori et stephanus filio petri, una mecum adesset waiferius castaldus unum de dominium ipsius ecclesie et adbocatorem nostrum de terra, quod pars ipsius ecclesie abet a supra ipsa ecclesia sancti maximi et a supra illut quod iohanni presbiteri ad casa faciendum datum abuimus; et est terra ipsa per mensuria pedes biginti et latitudo pedes decem et septem ad iusta manum homini mensuratum. ideo per supradicta mensuria licead illis qui supra et eius heredes tota supradicta terra per supradicta mensuria cum bice de bie sue tenere ad sue potestati, et casa et omnis sue utilitati licentiam abead ibidem facere, et usque ipsi biginti quadtuor anni per omnis annum dead exinde censum ad pars ipsius ecclesie usque ipso constitutum unum aureum tari bonum de moneta pesante. da completi ipsi biginti quadtuor anni licead illis et eorum eredes omnis lingnamina de ipsa casa exinde disturbare et excutere cum omnis mobilia, que ibi abuerit, et ire cum illo ubi boluerit sine contrarietate pars predicte ecclesie vel cuiqua hominibus. quod

si taliter, etc: (*Compensatio definita fuit per triginta aureos solidos constantinianos*). et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† ego ioannes

† ego amatus notarius me subscripsi

† ego mari.

CCCXXXII.

A. D. 981.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri paldolfi glorioso principe, mense iulius nona indictione. Ideo que ego petrus filius quondam gualcari, qui amatus vocavatur de locum nuceria, de sicut mihi congruum esse videtur, bona enim mea volumptate ante bonorum hominibus, quibus subter scripti sunt, per hanc cartula venundedit tibi radoaldi filius quondam iochardi de predictum locum nuceria una pecia de terra mea cum arbustis vitatis, quem habeo in dictum locum nuceria ubi proprio ad campu dicitur, quem mihi qui supra petri fuit pertinentes per gradum parentum meorum, qui habet finis et mensuriis: a pars orientis fine mea qui supra petri vinditori, sunt inde per mensuria passos viginti quinque: a pars septemtrionalis fine via publica, sunt inde passos viginti tres: a pars occidentis fine de heredes sadelperti barbanem nostrum, sunt inde per mensuria passos viginti quinque: a pars meridie, quomodo termiti ficti sunt, fine de hominibus atrianensis, sunt inde per mensuria similiter passos viginti quinque, et se reconiungit in ipsa fine mea que est priore fine. hec vero clausum, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, ad iusto passum hominis mensuratum, cum proprie finis et vice de via sua, et cum omnis arboribus et pomifera sua, et cum omnia infra se habentibus trasactibus nomen a funditus eos tibi qui supra radoaldi in integrum venumdedi; unde nec mihi qui supra petri vinditori, neque quarta uxori mee, nec cuiqua homnibus nihil restitit nec dicimus remanere sortionem. et pro confirmandam et staviliscendam hanc mea vinditione, nunc a presentis recepi a te qui supra radoaldus hemtorem meum statutum pretium, idest aurei tari boni numerum quadtuordecim in omnem deliverationem, sicut inter nos convenit; finitoque vero pretium ipsum apud nos ea ratione, ut a presenti die et perpetuis temporibus tu qui supra radoaldus quam et tuis heredibus predicta mea vinditione, ut superius legitur, in omnibus securiter et firmiter amodo et semper eos habendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod volueritis absque omni contrarietate mea qui supra petri, vel de uxore

mea, aut de meis filiis et heredes, vel cuiqua hominibus. exqua promisi et guadia tibi qui supra radoaldi dedit et mediatorem tibi meipsum posuit; et per eadem guadia obligo me qui supra petrus et meis filiis et meis heredibus tibi qui supra radoaldi quam et ad tuis heredibus predicta mea vinditione, ut superius legitur, a partibus uxori mee et da omnis homines antistare et defensare promittimus omnique partibus. quod si etc: (*Sequitur consueta formula*). si autem de exdicta rebus vobis vel ad vestris heredibus causatio fuerit exurte, et per vobis ipsis inde volueritis exe autores et defensores, in omnibus licentiam et potestatem habeatis vos vestrisque heredibus inde causare cum ista cartula et cum omnis alias monimen et rationes, que exinde habere potueritis, exinde causare et omnia agere et perficere, quomodo melius potueritis, et rebus ipsa vobis defensare sicut vultis. nam quando nos vel nostris heredes quesieritis habere hautores et defensores, nos autem vel nostris heredibus rebus ipsa vobis defensemus et omnia adimpleamus, sicut superius legitur. quam te guisonem notarium scribere rogavi. actum nuceria.

† ego ademari

† ego aio

† ego ioannes.

CCCXXXIII.

A. D. 981.

† In nomine domini septimo anno principatus domini nostri paldolfi gloriosi principis, mense agustus nona indictione. memoratorium factu a me ursus atrianense filio iannelgari, eo quod ante subscripti nobilibus wadia mihi dedit martinus qui fuit es genere sclaborum et es generum cennani, qui nunc abitantes est in finibus de nuceria, et mediatorem mihi posuit se ipsum; et per ipsa wadia hobligabit se, ut amodo et usque tribus frudia recollecta tenere ad laborandum una clusuria de terra mea cum arbustum, quod abeo in finibus nuceria ubi proprio uniano bocatur, per ec finis: de tribus partibus fine mea: de alia parte fine, quod ego datam habeo raimperti. per iste finis inclitum illut oc annum eos laborare, sicut locus ipse meruerit ut bene paread laboratum, et oc annum eos bindemiare, et ipso binum ad palmentum per medium dibidere inter nos: nobis deant illut medietatem, et ille medietate; et da oc annum ubi frudium . . . . recollectum fuerit, rebus ista ad nostra et de nostris eredibus remittad ad potestatem.

quod si etc: (*Sequitur consueta formula. Et pro wadiis praedictus Martinus obligat se solvere decem aureos solidos constantinos*). et unc brebem scripsi ego rodoaldus notarius qui interfuit.

† ego petrus notarius me subscripsi

† ego amatus notarius me subscripsi

† ego alderissi notarius me subscripsi.

CCCXXXIV.

A. D. 981.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis, mense agustus nona indictione. nos alferada religionis belamen indute filia dauferi relicta petri et guaiferius castaldus filius istius alferade et supradicti petri, pro cristi et salbatori nostri misericordia, et quam et pro remedium salutis anime nostre, ego nominata alferada per consensum et bolumtate istius guaiferii filii mei et una cum illum, in cuius mundium me supiacere palamfacio, unanimiter parique consensum per anc cartulam liberum absolutum constituimus unum infantulum serbum nostrum nomine iohannes filium delecte et iohanni: tota tua persona liberum constituimus, seu et liberi constituimus medietatem omnes filii et filie, que amodo et cumtis diebus bite tue delecte genueritis, in tali ordine, ud ipsis filiis et filie, que de te fuerit nati, siant adsociati per nos vel per eredes nostros cum ominem illum, cui scriptio ista paruerit in manum, et ipsa socia, quod inde tollere voluerit ille cui scriptio ista in manum paruerit, badant semper liberi et absoluti cum suo paratum et conquisitum. ipse iohannes amodo badat liberum et absolutum, et concedimus nos ei omnis suum paratum et conquisitum; unde oblighamus nos et filios et eredes nostros semper defensandum mondissimam libertatem ipsius iohannuli et ad filiis et filias que, ud supra diximus, medii eset liberi a pars palatii et da omnis omines, qui pro bice aud pro pars palatii, aud pro pars nostra eis in serbitium supdere aud abere quesierit. quod si taliter, ud supra diximus, semper mondissimam libertatem illorum non defensaberimus, aud si nos filios et eredes nostras eis in serbitium supdere aud abere quesierimus, aud si de illorum iusto paratum et conquisitum tulerimus, aud tollere quesierimus, ante omnia questio et causatio nostra et de filios et de eredes nostras modis omnibus adversus eis tacita et bacua remaneant, et ad compositione siamus nos et filios et eredes nostras oblighati ad componendum ipsius iannuli, et ad ipsis, que supra diximus esse liberi, vel cui vice illorum scriptio ista in manum paruerit, centum auri solidos constantinos, et semper mondissimam libertatem illorum defensemus, sicud

supra diximus. et ud scriptio ista in aliis modis non possit fieri trasmota, ista quidem vobis emisit, et aliam talem per uno ordinem scriptam apud nos retinemus. et tali ordine te amatus notarius scribere. actum salerno.

CCCXXXV.

A. D. 981.

† Chartule securitatis atque diffinitionis a me sergius filius stefani calendola a presenti die prontissima volumtate deliveravimus atque et in presentis diffinivimus vobis domno lupino filio mauroni comitis de pantaleone comite de causatione, quam vobiscum habuimus de omnia ipsas hereditates, quod habemus in fonti, dicendo a parte nostra, quia in omnia ipsam hereditatem quod in fonti habetis, habemus ividem ipsam portionem nostram et ad niciforium germanum nostrum tantum nobis, quantum exinde per chartulam donationis donavit et dedit michi et at niciforium germanum nostrum domno urso tio nostro filio lupino de hereni, et vos dicendo a parte vestra verum dicitis, quia suprascriptus ursus tius vester dimisit vobis tantum de ipsam portionem suam, quantum ipsa chartula vestre donationis proclamat; set finem fattam habemus exinde vobiscum medietatem, nobis exinde firmasti per chartulam quod nos habemus, sicut ipsa chartula nostra per ordinem scripta est; et de ipsa reliqua medietatem qui vobis exinde remansit, postquam ipsa chartula nostra fecistis scribere, fecimus exinde finem vobiscum ante homines bonos, ut daret vobis de ipse terre bacue ividem in fonti de ista parte sancti felicis per nominatibum supra ipsum quercum maiore at ipsa lama idest passi cammisali [1]) quadraginta de longitudinem, et passos cammisales viginti de latitudinem; et quando eos incipere at scippandum, dare vobis tari quattuor, et quando ividem armare vineam, iterum dare vobis alios tari quattuor; et quando ista finem fecimus, stetit inter nobis, ut neque de ipsam portionem vestram aut de predictum niciforium germanum vestrum plus non querere de tota pertinentia de fonti. iterum dicendo a parte nostra absit hoc et veritas non est, ut de ipsam portionem de niciforium germanum nostrum fecissemus finem, set tantum de suprascriptam portionem meam fecimus suprascriptam finem quem vos dicitis, quia ipsa portionem de predictum niciforium per vestra absolutione postea comparavi a leone monacho filio suo. iterum dicendo a parte vestra verum dicitis, quia per absolutionem nostram eam com-

---

[1]) *Passi cammisali*, idest passi ad mensuram perticae (a voce χάμαξ). Deest in Du Cange.

parastis, propter quod nobis exinde obligati fuistis, et quando eam comparastis, stetit inter nos et vos, ut de hec omnia in suprascriptum placitum staret. Unde inter nos habuimus altercationes multas, èt nobis altercantibus ivimus exinde at iudicium ante presentia domni mansoni gloriosi ducis et imperialis patricii, et domni iohannis gloriosi ducis filii eius, et per eorum ores recepimus rectum iudicium, ut si vos a parte vestra potueritis habere duo testimonia qui nobis exinde iurare et firmarem inter nos ipsam finem, quem vobiscum antea fecimus de hec omnia, sicut superius diximus, ubi ipsi testimonia exinde iurare, nos vobis exinde restituem firmarem et tradere vobis ipsa chartula, quod nobis fecit scribere suprascriptus leo monachus, et ipsa alia chartula, quod tu nobis fecistis scribere; et si exinde testimonia habere non potueritis, nos a parte nostra haberemus prontissimi exinde iurare et firma exinde inter nos ipsam finem; et si nos iurare non oportuerit, iurare vos a parte vestra. post vero receptum iudicium atduxistis nobis duo testimonia, qui parati fuerunt nobis exinde iurare; set placuit deo, antequam iurare, benimus vobiscum exinde in conbenientia vervo gratie et bone voluntatis et fecimus vobiscum exinde bonum finem, iuxistis nobis ividem at latus passos cammisales quadraginta de longitudinem et de latitudinem passos decem, que fiunt in simul passos cammisales quinquaginta de longitudinem et passos cammisales triginta de latitudinem, et dedistis nobis viam per ipsa lama unde ipsi alii portionarii vestri andant, et dedistis nobis tari octo et retdidistis nobis tari dui, quod nos at suprascriptum leonem monachum nepotem nostrum dedimus, qua hab eo comparavimus ipsam portionem de niciforium genitorem suum, et nos dedimus vobis ipsa chartula, quod tu nobis fecistis scribere, et firmamus vobis per hanc chartulam; ut si aput nos vel aput nostros heredes chartula de fonti, vel de eius pertinentiam inbenta fuerit aput vos vel aput vestros heredes, eas mittere deveamus sine vestra damnietate. et si per qualecumque tempore nos aut heredes nostri suprascriptam hereditatem, quod tu nobis largistis, vel qualecumque alia causa de fonti vel de eius pertinentiam vindere benierimus, vobis et at vestros heredes eas vindere deveamus at appretiato, sicut a bonos hominibus appretiatum fuerit, at alia humana persona non audeamus eos vindere per nullam data occasionem et per nullum humanum ingenium, et neque per vicaria vel in donationem at nullam humanam personam eos non demus vel colludium exinde faciamus, et nullam causam de aliam de fonti nos aut heredes nostri vobis at vestros heredes non queramus, set hec omnia habeamus in nostra potestate, sicut superius diximus, et in omnia et in omnibus exinde inter nos diffinivimus, sicut superius legitur, et firmamus vobis exinde hanc chartulam securitatis in omnem deliverationem et in omnem decesitionem; ut si per quobis tempore, per quobis modum vel ingenium, ut sive nos aut heredes nostri vel a nobis summissam personam, vos aut heredes vestros vel qualecumque

hominem pro vestra parte de hec omnia, unde vobiscum finem fecimus, vel de qualecumque alia causa de fonti vel de eius pertinentiam querere aut molestare presumserimus, centum bytianteos vobis componere promittimus, et hec chartula sit firma in perpetuum.

† ego petrus filius constantini de sergio comite de toma sirico testis sum.

† EGO taurus filius leoni de urso comite a suprascriptis personis rogatus supter scripsit.

† ego marinus filius iohannis de marino testis sum.

die prima mensis decembris indictione decima [1])

† ego guttus scriba huius civitatis hanc chartulam manu propria scripsi.

CCCXXXVI.

A. D. 982.

† In nomine domini dei salvatoris iehsu cristi, imperante domno basilio magno imperatore anno vicesimo secundo, sed et domno costantino frater eius magno imperatore anno nonodecimo, die tricesima mensis ianuarii, indictione decima neapoli. Certum est me iohannes filius petri de gaiusu et habitator de loco nucerino . . . . vobis domno gregorio venerabili abbati monasterii sancti gregorii quem de regionariu . . . . clusuria de terra ipsius sacri vestri monasterii qui supra cesina posita in suprascripto loco terrium una cum . . . . omnibusque sivi pertinentibus, et coheret de uno latere terra qui fuit quondam. . . . . de suprascripto loco terrium et ipsa clusuria ex omni parte . . . . suprascripta clusuria de suprascripta terra cum introitum suum omnibusque suis pertinentiis mihi meisque heredibus at lavorandum et pastenandum dedisti in eo tenore, ut ego et heredes meis illa bene et diligenter lavorare debeamus suptus et supra, et canciuminas et vites ibidem ponere et plantare debeamus quantas necessum fuerit, et omnia, quod ibidem dominus deus dederit inferius et superius, super nos illud tollere debeamus; unde nullam partem vos aut posteris vestris mihi meisque heredibus exinde queratis amodo, et usque quod ipse arbustus venerit at faciendum vinum hornas decem: preter terraticum tibi tuisque posteris exinde

[1]) Ex hac una indictionis nota, chartae annum nongentesimum octuagesimum primum coniicere fas est. Eo enim ipso anno, qui primus fuit principatus Mansonis Salerni, nona Indictio decurrebat, quaeque in decimam abiit mense Decembri a Septembri.

dare et atducere debeamus usque ante segie ipsius vestri monasterii. hoc est, de tritricum, quod ibi fecerimus, de quatuor partes una tibi tuisque posteris atducere debeamus: linum vero, qui ibi fecerimus, in sextam partem dividere debeamus; unde ego et heredes meis tollamus partes quinque, et tu et posteris tuis parte una: mileum vero, et fasioli, et folia, et cepullas, et seas, et stivalium, et cucurbitas, que ibi fecerimus, in quintam partem dividere debeamus; unde ego et heredes meis tollamus partes quatuor, et vos et posteris vestris parte una. et a quo suprascriptus arbustus venerit at faciendum suprascriptum vinum hornas decem, a tunc terraticum vobis vestrisque posteris dare et atducere debeamus, de quod ibi seminaverimus, quantum ibi seminaturia de tritricum introierit: preter de linum item de sexta parte una vobis posterisque vestris dare et atducere debeamus, et item de mileum, et de fásioli, et de folia, et de cepullas, et de seas, et de stivalium, et de cucurbitas, que ibi fecerimus, de quintam parte una vobis vestrisque posteris dare debeamus; et a tunc, a quo suprascriptus arbustus venerit at faciendum suprascriptum vinum hornas decem, a tunc, quantum vinum ibidem dominus deus dederit, dividamus inter nobis per sex uncias. hoperarios vero at vendemiandum comuniter pargiare debeamus, vinum at vivendum at ipsis hoperariis et hubas pro condituria comuniter demus, et quandoque illuc at vendemiandum direxeritis duas personas vestras, nutrire debeamus, ut iustum fuerit: saccapanna vero super nos tollere debeamus, et quantum fuerit medietate de vinum, qui super ipsa aqua surserit, tantum ego et heredes meis tibi tuisque posteris superiungere debeamus de propria portione nostra de vinum mundum: portione autem vestra ex ipsum vinum et tota portione vestra, qui vos et posteris vestris de omnia, ut super legitur, tetigerit, ego et heredes meis vobis posterisque vestris trahere debeamus gratis usque ante segie domni ipsius vestri monasterii: preter suprascriptas portiones vestras de suprascriptas folia, et de cepullas, et de seas, et de stivalium, et de cucurvitas, vos et posteris vestris vobis exinde trahere faciatis, et numquam presumseritis vos et posteris vestris, nec suprascriptus sanctus venerabilis monasterium mihi meisque heredibus suprascripta clusuria ex ipsa terra omnibusque eis pertinentibus tollere per nullum modum, bene lavorantes et atimplentes omnia suprascripta, et nec ego et heredes meis, usque quo ipsa terram tota fuerit plantata cancuminas et vites, quantas ibi necessum fuerit ut iustum fuerit, non habeamus licentiam illa abrenuntiare. et a quo tota fuerit ipsa terra plantata de canciuminas et vites, quantas necessum fuerit ut iustum fuerit, ut super legitur, a tunc, quando ego et heredes mei tibi tuisque posteris illa abrenuntiare voluerimus, licentiam habeamus. si autem ego vel heredes meis quovis tempore contra hanc chartulam, ut super legitur, venire presumpserimus per quolivet modum aut summissis personis, tunc componimus tibi tuisque posteris et at suprascripto vestro mona-

sterio auri solidos viginti bytianteos. et hec chartula, ut super legitur, sit firma scripta per manus iohannis curialis per indictione suprascripta.

hoc signum manus suprascripti iohannis ego qui supra pro eum subscripsi † et hoc memoratus sum, ut dum suprascripta clusuria tenuerimus, ut super legitur, ego et heredes meis, quando per extate illuc at recolligendum direxeritis per ipsum terraticum de suprascriptum vinum una persona vestra, nutrire debeamus item ut iustum fuerit; et si aliter fecerimus sub suprascripta poena subiaciamus.

† ego petrus filius domni stephani monachi rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi †

† ego iohannes filius domni petri monachi rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi †

† ego iohannes filius domni gregorii rogatus a suprascripto iohanne testi subscripsi †

† ego iohannes curialis complevi et absolvi per indictione suprascripta decima. †

CCCXXXVII.

A. D. 982.

† In nomine domini primo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni eius filio gloriosi principibus, mense abbrelis decima indictione. memoratorium factu a me martinus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante presentia petri iudici et alii testes coniunctus sum cum petrus filius madi de nuceria, ad faciendum cum eo finem de rebus illa de locum qui dicitur angre et casa amabile, unde ante os dies cum eos in causationes fuit, et per partes monimen ipsius ecclesie et iamdicti petri ostensa fuit et accidit iudicium , ut pars ipsius ecclesie inde iuraret, et eos in ipsa ecclesia appropriare. modo autem, ut diximus, proterea sumus coniunti et, sicut utrisque combenit, ipse petrus per succeptum launegilt donabit mihi ipsum sacramentum, quam de rebus ipsa ei persolbere debuit, per colloquium bonorum hominum remisit et tradidit ad meam potestatem per bona combenientia ipse petrus tota rebus illa de supradicto locum, unde inter nos causationes abuimus et que moninima eius continet quod tando inde ostedit; idest una cartula, qualiter porcari filius petri benumdedit lupi filio romani terra in casa amabile per finis; alia sergii filius palumbi benumdedit ipsius lupi terra in ipso locum per finis ; alia scribtio, qualiter ipse lupus in causationes fuit cum lupus filio causi et cum palumbus filio boni de terra ipsa quod ei benumdedit ipse sergii filius palumbi, et ab illis abincuit eos; alia iohannes filius fusuli benumdedit ipsius lupi terra in ipso locum per finis; alia, qualiter iohannes filius baleri benumdedit iohanni et romani filii lupi

terra in ipso locum casa amabile per finis; due scribtionibus continebad, qualiter adelfrid filius adelmanni in causationes fuit et finem fecit cum iohannemari presbiter de bia quod ei monstrabit de ipso locum casa amabile, sicut superius diximus, inclita rebus ipsa et quantum supradicta monimina continet, remisit et tradidit ad potestate mea, omni tempore pars ipsius ecclesie securiter eos abendum et faciendum quod boluerimus inde et de ipsa monimen, et semper ipse petrus et suis eredibus defensare eos et ipsa monimen nobis nostrisque successoribus da omnis homines omnique partibus. et si taliter eos nobis nostrisque successoribus non defensaberint, vel si de aliquit, de quod superius legitur, quesierit remobere aut contrare et talia nobis non adinpleberit, per bona combenientia componere hobligabit se et suis eredibus nobis nostrisque successoribus quinquaginta auri solidos constantinos. et nos pro taliter per bona combenientia, una mecum esset waiferius castaldus qui est unum de dominii ipsius ecclesie, sublaxabimus et tradidimus eidem petri una pecia de terra bacua cum aliquantis arboribus de eodem loco angre ubi casamaurese dicitur, unde pars ipsius ecclesie causationes abuit cum maghenolfus filio radoin et eos ab ipsum maghenolfus adbincuit; ideo quantum a ipsum maghenolfus ibidem adbincuit, eidem petri tradidimus, et as finis terra ipsa habet: de una parte fine bia, et de duabus partibus fine de eredes ipsius maghenolfi, et de alia parte fine de eredes predicti maghenolfi et fine iamdicte ecclesie sancti maximi. infra iste finis inclitum illut eidem petri tradidimus, securiter et firmiter ille et eius eredes eos abendum et faciendum quod boluerit. et ipsa monimen, quam ipse petrus nobis dedit, si boluerimus de supradicta sua tradictione per nos esset auctores, potestatem abeamus in omnibus inde causare et finem facere bice eius cum ipsa monimen et cum quale rationem inde abuerimus; et quando quesierimus illis inde abere defensores, remittamus ad eorum potestate ipsa monimen, et ipse petrus et eius eredes defensare mihi meique successoribus inclita supradicta tradictione, sicut supra legitur. et hunc brebem scribsi ego ademari notarius qui interfui.

† ego qui supra petrus iudex

† ego amatus

† ego ursus me subscripsi.

CCCXXXVIII.

A. D. 982.

† In nomine domini primo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni eius filio gloriosi principibus, mense magius decima indictione. Ante me petrus iudex causabit petrus filius mirandi cum ursus atrianense filio leoni, ut ipse ursus et hominibus ei et de uxore sua malo hordine et sine ratione introisse in rebus ipsius petri de locum nuceria, unde per ipsum petrus ostensum fuit unum scriptum continentem, qualiter mulier nomine gemma filia mauroni atrianensi genetrice meaque petri, qui primis fuit uxore richardi maghenolfi et postea fuit uxore ipsius mirandi filii ruscinini genitor ipsius petri, coniunta fuit cum ipsum maghenolfus socerum suum una cum ipso viro suo super una pecia de terra cum arboribus bitatis, quam ipse maghenolfus abuit in eodem loco nuceria infra hec finis; de uno latere, qualiter limite et sepe discernit, fine de heredes ermengari, et rebolbente per ipsa fine et coniungente ad fine sancte marie de nuceria, et per ipsa fine rediente exiente in bia puplica; de capite fine ipsa bia: de alio latere fine de ominibus atrianensis, et rebolbente modicum per ipsa fine et inde per ipsa sepe et limite coniungente in alia bia puplica; de pede ipsa nominata bia, et per ipsa bia coniungente ad ipsa priore fine de heredes nominati ermengari; et inclita ipsa pecia per ipse finis ipse maghenolfus tradiderat ipsius gemme pro omnis quarta, quam ipsa gemma tollere et abere debuit de omnis rebus richardi, et aliut contineba in ipso scriptum. et ipse ursus et hominibus eius et de uxore sua fobeas ibidem fecisse, et frudium inde tulisse et ipsa rebus ei contrasse, unde ipse ursus dicebat pro mea interrogatione, ut ipsum scriptum beraces esse et non illum contradicere poteret, de quod ipse petrus superius cum illum causabit: negabit dicendum ipse ursu, ut malo hordine in ipsa rebus per ipse finis non introisset, nec fobeas ibidem non fecisset et frudium inde non tulisse, nec ipsa rebus eidem petri numquam contrasse. unde inter eis iudicabi et utrisque illis guadiare fecit, ut ipse pararet ei sancta dei evangelia et ibidem plicaret ipsa gemma genetrice sua, et ipse ursus pro se et pro bice de ipsa uxore sua iuraret ei iusta legem, ut taliter in ipsa rebus numquam fecisset, nec illum, nec hominibus eius, nec de ipsa uxore sua, et ipsa rebus nunquam contrasset; unde ipse ursu posuit ei mediatorem sergi atrianense filius iohanni, qui clamatur curiale, et ipse petrus posuit ei mediatorem petrus, qui dauferi clamatur filius romoaldi. et taliter pro parte ipsius petri te iaquintus notarius scribere fecimus qui interfuisti

† ego qui supra petrus iudex.

CCCXXXIX.

A. D. 982.

† In nomine domini primo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni eius filio gloriosi principibus, mense magius decima indictione. Ante me petrus iudex causabit petrus filius mirandi cum sergi atrianense filio iohanni, qui bocabat buccabitellu, et ipse sergi et hominibus eius malo hordine et sine ratione introisse in rebus ipsius petri de locum nuceria; unde per ipsum petrus ostensum fuit unum scriptum continentem, qualiter mulier nomine gemma filia mauroni atrianensi genetrice mea que petri, qui primis fuit uxore richardi filius maghenolfi, et postea fuit uxore ipsius mirandi filii ruscinii genitor ipsius petri, coniunta fuit cum ipsum maghenolfus socerum suum una cum ipsum viro suo super una pecia de terra cum arboribus bitatis, quam ipse maghenolfus abuit in eodem loco nuceria infra hec finis. de uno latere, qualiter limite et sepe discernit, fine de heredes ermengari, et rebolbente per ipsa fine, et coniungente ad fine sancte marie de nuceria et per ipsa fine rediente et exiente in bia publica; de capite fine ipsa bia: de alio latere fine de hominibus atrianensi, et rebolbente modicum per ipsa fine et inde per ipsa sepe et limite coniungente in alia bia puplica: de pede ipsa nominata bia et per ipsa bia coniungente ad ipsa priore fine de heredes nominati ermengari; et inclita ipsa pecia per ipse finis ipse maghenolfus tradiderat ipsius gemmè pro omnis quarta, quam ipsa gemma tollere et abere debuit de omnis rebus ipsius richardi, et aliut continebat in ipso scriptum. et ipse sergi et hominibus eius fobeas ibidem fecisse, et frudium inde tulisse et ipsa rebus ei contrasse; unde ipse sergi dicebat per mea interrogationem, ut ipsum scriptum beraces esset, et non illum contradicere poteret, de quod ipse petrus superius cum illum causabit: negabit dicendum ipse sergi, ut malo hordine in ipsa rebus per ipse finis non introisset, nec fobeas ibidem non fecisset, et frudium inde non tulisset, nec ipsa rebus eidem petri numquam contrasset. unde inter eis iudicavi et utrisque illis guadiare fecit, ut ipse petrus pararet ei sancta dei evangelia et ibidem plicaret ipsa gemma genetricem suam, et ipse sergi iuraret ei iusta legem, ut taliter in ipsa rebus numquam fecisset, nec illum numquam contrasse; unde ipse sergi posuit ei mediatorem iohannes germano suo, et ipse petrus posuit ei mediatorem petrus qui dauferi clamatur, filius romoaldi. et taliter pro parte ipsius petri te iaquintus notarius scribere fecimus qui interfuisti.

† ego qui supra petrus iudex.

CCCXL.

A. D. 982.

† In nomine domini primo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni filii eius gloriosi principibus, mense magius decima indictione. memoratorium factum a me martinus domini misericordia abbas ecclesie sancti maximi, qui situm est intus hanc salernitanam cibitatem, et una mecum adesset guaiferius castaldus advocatorem meum, eo quod ante supscripti ydoneis hominibus per bona combenientia per largietate et absolutione de heredes domni guaiferii principis et dominorum ipsius ecclesie tradidi guinardi liber homo terra cum abellanietum et bacuum uno teniente, quod pars ipsius ecclesie abet in locum flumicellu ubi proprio bolaczanu bocatur finibus[1]) (*deest nomen*) per ec finis et mensuria: a pars occidentis fine bia caba, sunt exinde passos quadraginta duo: A pars meridie fine predicte ecclesie, sunt exinde passos septuaginta quadtuor: de alia parte, quod est ab orientis, similiter fine ipsius ecclesie, sunt exinde passos triginta unum: a pars septemtrionalis fine predicte ecclesie, sunt exinde passos sexaginta sex, totum ad iusto passu homini mensuratum. hec bero rebus, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, totum et inclitum illut ei tradidimus tali ordine, ut amodo et usque decem anni completi licead illum et eius heredes tota supradicta rebus sue potestatis tenere; et si voluerit ibidem residere et abitare et omnis sue utilitati ibidem facere iusta ratione, et de quod annualiter ibidem seminatum fuerit amodo et usque ipso constitutum, deant exinde in pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et si boluerit, omni tempore licentiam abeant ipse guinardus et eius heredes tota ipsa rebus per iamdicte finis et mensurie cum bice de bia sua tenere ad sue potestati et omnis sue utilitati ibidem facere iusta ratione, et totum ipso abellanietum abtis temporibus arare et studiare, et cura exinde abere, et colligere ipse abellane et seccare et per medium ille dividere: pars ipsius ecclesie tollat illut medietatem, et ille et eius heredes medietatem; et quale missum ibidem direxerit pars ipsius ecclesie pro recipiendum ipsà sortione de ipsa ecclesia, dum usque ibidem steterit pro recipiendum ipse abellane, ille autem et eius heredes eum notrire secundum sua possibilitate et recipiat eum in casa sua. et ad completi ipsi decem anni ille autem et eius heredes totum ipso bacuum, qui intro ipse finis est, abeat abellanietum factum et cultatum et cooperatum, sicut locus ipse meruerit, et sicut de tantos annos abellanietum meruerit esse; et da completo ipso constitutum in antea omni tempore, si eorum placuerit, totum illut per iamdicte finis et mensurie tenere ad sue potestati cum bice de bia sua, et totum illut laborare et cultare sicut meruerit, et quante abellane

[1]) *Finibus* salernitanis.

de ipsa abellanieta da completi ipsi decem anni in antea colligere et abere potuerit de illut quod ille pastenaberit, tertiam partem de ipse abellane secche in pars ipsius ecclesie deat, et ipse alie due sortionis sibi abere, et de ipso aliut qui modo est abellanietum factum, deat exinde in pars ipsius ecclesie medietatem de ipse abellane secche et ipsa alia medietatem sibi abere. et si forsitans ille vel eius heredes de ac terra salernitana exierit et aliubi ad abitandum perrexerit, tuc tota supradicta rebus perveniad ad potestatem ipsius ecclesie; et si infra tribus anni in ac terra rebersi fuerint ad abitandum, tuc ipsa rebus rebertar ad eorum potestate ad abendum semper in predicta ratione. et si ipse guinardus et eius heredes, a quo noluerit ipsa rebus tenere et laborare, licentiam abeat inde exire cum omnis sua causa que ibi abuerit, et portare eos ubi boluerit sine cuiuscumque contrarietate, et tota supradicta rebus rebertar ad potestatem ipsius ecclesie. Unde pro taliter guadia nobis ipse guinardus dedit et mediatorem mihi posuit leo atrianense filius boni; et per ipsa guadia hobligabit se et suos heredes, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare et talia non adimpleverit, tunc per ipsa guadia hobligabit se et suos heredes componere ad pars ipsius ecclesie triginta auri solidos constantinos. et hunc brebem scripsi ego aghenardus notarius qui interfui.

† ego mirandus notarius me subscripsi

† ego ioannes

† ego ursus me subscripsi.

CCCXLI.

A. D. 982.

† In nomine domini primo anno principatus domni nostri mansoni gloriosi principis et domni iohanni filii eius gloriosi principis, mense magius decima indictione. memoratorium factum a me guinardus liber homo, eo quod ante supscripti testes per bona combenientia per largietate et absolutione de heredes domni guaiferi principis, qui sunt dominorum ecclesie sancti maximi, qui edificatum est intus hanc salernitanam cibitatem, tradidit mihi martinus domini misericordia abbas predicte ecclesie terra cum abellanietum et bacuum uno teniente, quod pars ipsius ecclesie abet in locum flumicellu, ubi proprio bolaczano bocatur finibus [1]) (*deest nomen*) per ec finis et mensuria. a pars occidentis fine bia caba, sunt exinde passos quadra-

[1]) *Finibus* salernitanis.

ginta duo: A pars meridie fine ipsius ecclesie, sunt exinde passos septuaginta quadtuor; de alia parte similiter fine predicte ecclesie, sunt exinde passos triginta unum: de alia parte fine ipsius ecclesie, sunt inde passos sexaginta sex, totum ad iusto passum homini mensuratum. ec bero rebus, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, totum et inclitum cum omnia intro se abentibus et cum bice de bia sua illut mihi tradidit unaque cum guaiferius castaldus advocatorem suum tali ordine, ut amodo et usque decem anni completi licead me et meis heredibus tota supradicta res tenere ad nostra potestate, et si boluerimus ibidem residere et abitare, et omnis nostre utilitati ibidem faciamus iusta ratione, et de quod annualiter ibidem seminatum fuerit amodo et usque ipso constitutum, demus exinde in pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et abtis temporibus ipso abellanietum aremus et studiemus et curam exinde abeamus, et quante abellanee exinde tollere et abere potuerimus, per medium ille dibidimus: ad pars ipsius ecclesie demus ipse abellane secche medietatem et nos tollamus inde medietatem, et quale missum ibidem direxerit pars ipsius ecclesie pro recipiendum ipsa sortione de ipsa ecclesia, usque dum ibidem steterit pro recipiendum ipse abellane, nos autem eum notriemus secundum nostra possibilitate et recipiamus eum in casa nostra. et ad completi ipsi decem anni nos autem et nostris heredibus per totum ipso bacuum, qui intro ipse finis est abellanietum factum et cultatum et cooperatum, sicut locus ipse meruerit, et sicut de tantos annos abellanietum meruerit esse, et in antea si boluerimus, omni tempore licentiam abeamus nos et nostris heredibus tota ipsa rebus per iamdicte finis et mensurie cum bice de bia sua tenere ad nostra potestate et omnis nostre utilitati ibidem facere, et totum illut laboremus et cultemus sicut meruerit, et quante abellane de ipsa abellanieta da completi ipsi decem anni in antea colligere et abere potuerimus de illut quod nos pastenaberimus, tertiam pars in partem ipsius ecclesie demus secche, et relique ipse due sortionis nobis abeamus, et de ipso aliut qui modo est abellanietum factum, quante abellanee inde collexerimus, per medietatem ille inter nos dividamus: pars ipsius ecclesie tollat eos secche medietatem, et nos et nostris heredibus medietatem. et si forsitans nos vel nostris heredibus de ac terra salernitana exierimus, et aliubi ad abitandum perrexerimus, tuc tota supradicta rebus perbeniad ad potestatem ipsius ecclesie, et si infra tribus anni in ac terra salernitana rebersi fuerimus ad abitandum, tunc ipsa rebus rebertar ad potestate nostra et de nostris heredibus ad abendum semper in predicta ratione; et si ipsa supradicta rebus nos vel nostris heredibus noluerimus tenere et laborare, licentiam abeamus inde exire cum omnis nostra causa que ibi abuerimus, et portare eos ubi boluerimus sine contrarietate vel requisitione pars ipsius ecclesie aut cuiquam ominibus, et tota suprascripta rebus rebertar ad potestatem ipsius ecclesie. Unde pro taliter per bona combenientia guadia mihi ipse abbas unaque cum ipso suo advocatore dederunt, et mediatorem mihi posuerunt leo atrianense filius

boni; et per ipsa guadia hobligabit se ipse domnus abbas, et suis successoribus et pars ipsius ecclesie defensare mihi meique heredibus tota suprascripta tradictione cum bice de bia sua ab omnibus hominibus omnique partibus, et non eos nobis tollere aut contrare, dum usque nos illut tenere et laborare voluerimus et nostris heredibus. quod si taliter omnia, ut superius legitur, ipse domnus abbas et pars ipsius ecclesie nobis nostrisque heredibus non adimpleverit et aliquit exinde contradixerit, tunc per ipsa guadia obligabit se suosque successores et pars ipsius ecclesie componere nobis nostrisque heredibus, aut cui brebem iste bice nostra in manum paruerit, triginta auri solidos constantinos. et hunc brebem scribsi ego aghenardus notarius qui interfui.

† ego qui supra martinus presbiter et abba

† ego guaiferius qui supra

† ego mirandus notarius me subscripsi

† ego ursus me subscripsi

† ego ioannes.

CCCXLII.

A. D. 982.

† In nomine domini primo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni eius filio gloriosi principibus, mense magius decima indictione. memoratorium factu a me stephanus filio petri, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidit mihi domnus martinus venerabilis presbiter et abbas ecclesie sancti maximi una cum waiferius, qui est adbocator eius et unum de dominii ipsius ecclesie, de terra bacua ipsius ecclesie pertinentes de intus hanc salernitanam cibitatem a subtus platea, qui pergit subtu ipsa ecclesia per as finis et mensurie illut mihi tradidit: de super parte, sicut aliquantum fundamento de pariete antiquo discernit, sunt exinde pedes triginta quinque: a partibus occidentis fine bia, et inde sunt pedes triginta da ipso pariete in subto; de alia parte fine ipsius ecclesie, et inde pedes triginta quinque: a pars orientis similiter fine ipsius ecclesie, et inde pedes triginta, totum ad iusta manum homini mensuratum. hec bero terra per supradicte finis et mensurie tota et inclita cum omnia intra se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de bia sua mihi tradidit tali tinore, ut amodo potestatem abeamus exinde disturbare casa, quam ibidem abet, et pars ipsius ecclesie tota ipsa lignamen inde tollere, quam et potestatem abemus inde disturbare parietem,

que infra ipsa mensuria est, et adunemus quante petrem ibidem abet et frabicemus ; inde et de alie petre nostre parietem ad calce et petre in ipsa parte suprana circa ipso pariete antiquo per longitudo ipso parietem faciamus, quantum est ipsa terra que nobis tradidi per ipsa mensuria de ipsi triginta quinque pedes et altitudo ipso parietem faciamus cum fundamento, quantum meruerit da terra usque ad tectum de casa terranea, et ipso parietem latitudo, sicut meruerit ut bonum siat, et faciamus ibi per tota ipsa mensuria casa terranea, sicut meruerit ; ut amodo et per toto mense agusto prius beniente abeamus in tota ipsa terra casa facta clusa ex omni parte, et intus per medium et totam coopertam sicut meruerit, ut bonam siat factam, et dibidamus illam per medium : pars ipsius ecclesie tollad inde quale parte boluerit, et nobis abeamus reliqua medietate , amodo et usque biginti quadtuor anni completi nostre potestati illam tenendum, dominandum, et ibidem residendum, et dominandum, et abitandum, et fobee et omnis nostre utilitatis ibidem faciendum nos et ominibus quam ibidem miserimus. ad completi ipsi amodo biginti quadtuor anni potestatem abemus nos ipsa nostra medietate de ipsa casa disturbare et tolleret exinde ipsa lignamen et omnis nostra mobilia, que intus ipsa casa abuerimus et portare ubi boluerimus, et nullam inde nobis contrare, et inclita ipsa terra cum totum ipsum parietem rebertas in ipsa ecclesia, et hobligabit se ipse domnus abbas et suis successoribus amodo et per totum ipso mense agustu defensare nobis inclita ipsa sua tradictione da omnis homines omnique partibus, et da ipso mense agusto in antea, dum completi fuerit amodo ipsi biginti quadtuor anni, defensare nobis nostrisque heredibus inclita ipsa medietate, que nobis ebenerit de ipsa casa, similiter da omnis homines omnique partibus. et si taliter omnia suprascripta nobis nostrisque heredibus non adinpleberit et aliquot, de quod superius legitur, quesierit remobere aut contrare, tunc per bona combenientia componere hobligabit se ipse domnus abbas et suis subcessoribus mihi meique eredibus biginti auri solidos constantinos. unde de omnia suprascripta nobis adinplendum per bona combenientia guadia nobis dedit et mediatorem nobis posuit leo atrianense filius boni. et hunc brebem scribsi ego ademari notarius qui interfui.

† ego qui supra martinus presbiter et abba

† ego guaiferius qui supra

† ego truppoaldus

† ego ursus me subscripsi

† ego ademari

† ego lamfreda.

CCCXLIII.

A. D. 982.

† In nomine domini primo anno salerno principatus domni mansoni et domni iohanni filio eius gloriosi principibus, mense iunius, decima indictione. Ego mulier nomine ima filia quondam mauronti et uxor fuit petri, dum imvalida infirmitate me iacere cognosco, unde, nisi divina misericordia mihi non obbiaverit, citius de oc seculo dimissa sum; set data est mihi a domino protectione, vona in me cognosco abere memoria et rectum loquere possum, iugitavi [1]) que dei sunt iudicia et oc seculo instavile est, ne suvito me mulier morte prehoccupet et rebus et causa mea iniudicatam relinquam; set ideo iudico et dispono atque im manu commito leoni presbiteri rector ecclesie vocavolo sancti angeli in lenzaria [2]), et maioni qui dicitur musi de idem loco lenzaria, ut per istorum nomina pro meis partibus et salutis anime mee nominate mulieri offerta abeat in prefata ecclesia medietatem una petia de terra cum arboribus suis vitatis et aliis fructiferis rebus mea, que abeo in ipsa clusa quod a parte occidenti que finis abet: de duobus partibus fine eiusdem ecclesie, unde de una ex is finis, quod est a partibus septemtrionis, infra hec rebus et alia rebus prefate ecclesie; est vero via que mergit [3]) ad ipsa via plubica, que mergitur ad ipso castello: a parte orienti fine ex ipsa rebus quod est reliqua medietas: a meridie fine de rede guaimarii comitis et perbade ad fine priora sancti angeli. ec vero terra, qualiter finis concingitur, totam in eadem ecclesia seat offerta; tamen ego mulier per consensu et largitatem eiusque viro meo, in cuius mundium iacere me cognosco, interea cum inferius et superius et cum viis et andite sue, et cum omnia intre se abentibus et pertinentibus, trasactibus nomine funditus in eadem ecclesia siat offertum, sine omnis contrarietatem de meis eredibus aut cuiuscumque a meis partibus. unde obligo meos eredes vel quis a meis partibus eos removere vel retornare quesierit, et meos eredes eos in eadem ecclesia non defensaberit, obligati siat meis eredibus, aut quis a meis eos querere presumserit, componere in predicta ecclesia et ad eius rectoribus et cui eos im manu commisi, ut superius declaravimus, viginti solidos costantinos, et que pre-

[1]) *Iugitavi*, scilicet *cogitavi*.

[2]) *Lenzaria*, hodie Lanzara, vicus apud Nuceriam.

[3]) *Mergit*, pro *pergit*.

legitur, firmum im predicta ecclesia et ad eius rectores maneat im perpetuum. sicut te magelgardus diaconus et notarius taliter scribere rogavimus.

† ego petrus presbiter et abba

† ego teofri

† ego stefanus presbiter

† ego ademari.

CCCXLIV.

A. D. 982.

† In nomine domini primo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni eius filio gloriosi principibus, mense augustus, decima indictione. Ideo que ego mulier nomine gemma filia quondam mauroni et relicta fuit cuidam mirandi, eo quod ante idoneis hominibus clarefacio, quoniam ante os annos pro quarta mea data et tradita fuit mihi per maghenolfus, qui fuit socero meus et genitor richardi qui fuit priore viro meus, una pecia de terra sua cum arboribus bitatis quam ipse maghenolfus habuit in locum nuceria procul ipso balneo puplico qui est de ipsa diaconia de predictum locum nuceria, qui abet finis: de uno latere, qualiter limite et sepe discernit, fine de heredes ermengari, et rebolbente per ipsa fine et coniungente ad fine sancte marie de nuceria, et per ipsa fine rediente et exientem in via puplica: de capite fine ipsa bia: de alio latu fine de hominibus atrianensi, et rebolbente modicum per ipsa fine, et inde per ipsa sepe et limite coniungente in alia bia puplica: de pede ipsa prenominata bia, et per ipsa bia coniungente ad ipsa priore fine de heredes nominati ermengari. hec totum, sicut dictum est, ipse socero meus illut mihi in quarta dedit, sicut mea scriptio est continentem; modo autem congruum est mihi inclitum illut donare iannaci atrianense filio ursi: et ideo, sicut mihi congruum est, per anc cartam mea volumtate per consensum et volumtate petri filio meus, in cuius mundium me supiacere palamfacio, dono atque ad semper habendum confirmo tibi iamdicti iannaci inclita ipsa rebus per iamdicte finis cum omnia infra se habentes omnibusque suis pertinentiis et cum bice de bia sua; et ipsa scriptio exinde pertinentes tibi iannaci donabi at securiter et firmiter amodo et semper tu et cui per te illut vel exinde datum paruerit, et vestris et illius heredibus illut habendum, dominandum, possidendum, omnia inde faciendum quod volueritis absque omni contrarietate vel requisitione mea que supra mulieri, et de meos heredes aut cuiquam hominibus. et pro hoc donum firmandum launegilt a

te inde recepi mantellum unum. finitoque launegilt ipsum aput nos ea ratione, per consensum et volumtate de ipso filio meus obligo me et meos heredes amodo et semper antistandum et defensandum inclita supradicta mea donatione cum bice de bia sua tibi et cui per te datum paruerit et ad vestris et illius heredibus ab omnibus hominibus omnique partibus. si autem, sicut dictum est, taliter illut vobis non defensaberimus, tunc, sicut in lex langobardorum de donum et launegilt continet, ita ego et meos filios et heredes vobis vestrisque heredibus adimpleamus et persolbamus iustitiam; et si ego aut meos filios et heredes illut vel exinde vobis vestrisque heredibus tollere aut contrare seu remobere quesierimus, tunc ante omnia questio et causatio nostra et de nostros filios et heredes adversus vos et vestros heredes sit exinde tacita et bacua, et decem auri solidos constantinianos componere obligo me et meos filios et heredes tibi et cui per te illut vel exinde datum paruerit et ad vestris et illius heredibus, et, sicut dictum est, omnia suprascripta vobis adimpleamus. tamen quando per vos ipsis volueritis inde esse auctores et defensores, tunc bice nostra licentiam et potestatem habeatis cum ipsa scriptio et cum quale alia monimen et ratione inde habueritis, in omnibus inde causare et fine facere qualiter vultis, et per vos ipsis illut vobis defensatis; nam quando me vel meos heredes inde quesieritis abere auctores et defensores, remittite ad nostra potestate ipso scriptum et nos inde causemus usque ad veram et diffinitam legem absque colludio, et post finem factam ipsa scriptio salba aput vos remittamus ad abendum illa in iamdicta ratione. et taliter scribere rogabimus te iaquintus notarius. actum salerno.

† ego petrus

† ego teudericus me subscripsi

† ego petrus

† ego madelmus.

CCCXLV.

A. D. 982.

Huius membranae pluribus in locis abrasae vix dari potest summarium.

† Primo anno principatus domni Mansonis imperialis patricii et domni Iohannis eius filii gloriosi principis, mense Octobri undecima indictione. Amatus Episcopus Salernitanae sedis declarans habere quasdam possessiones in loco Fonti ubi *de Fleschetula* dicitur, quae inter alios fines habent montem *Falerzum* in finibus Cetariae, et quasdam alias in finibus Nuceriae

sive *vacua*, sive *arbusta*, sive *castaneta*, e quibus omnibus nil aut parum annuatim recipiens, eas commutat et concedit nobilissimo viro Arechisio Comiti pro decem libris argenteis, consentiente capitulo, et eodem pretio declarat se usurum, *ut possit aliquantum laborare ad atrium Sancti Mathei nostri Episcopii.* Ademario iudice, et Ioanne advocatore Episcopii haec convenientia firmata est.

. . . . *et taliter scribere rogabimus te ademari notarius. hactum salerno.*

† ego qui supra amatus episcopus.

† ego dauferius archidiaconus

† ego petrus . . . .

† ego petrus clericus

† ego qui supra madelfreda

† ego desigius

† ego . . . .

† ego qui supra ioannes iudex

† ego qui supra ademari iudex.

CCCXLVI.

A. D. 982.

† In nomine domini primo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni filio eius gloriosi principibus, mense octuber undecima indictione. ante nos romoaldus filius alfani castaldei causavit iohannes presbiter filius cuidam leoni de intus civitatem salernitanam cum iaquintus filius ermengardi de locum nuceria, et causanter adversus eum ipse iohannes presbiter dixit, quod malo ordine et sine ratione ipse iaquintus introisset in rebus sancti maximi de locum nuceria ubi ad catacanzulu dicitur, quem ipse iohannes presbiter in beneficium retinet da pars iamdicte hecclesie sancti maximi, et eas ipse iaquintus calvasset [1]) et exfossasset, [2]) et fecisset per ipsa rebus via carrara; quo audito ipse iaquintus talia adversus se dicentes audivit, responsum eidem iohanni presbiteri retdidit dicendum non esse veritas, quod in rebus prephate hecclesie sancti maximi nec introisset, nec calvasset, nec exfossasset, nec via carrara ibidem in ipsa

[1]) *Calvasset*, scilicet arboribus et fruticibus nudasset.

[2]) *Exfossasset*, idest fossiones fecisset. Hae duae voces desunt in Gloss: Du Cange.

rebus sancti maximi numquam fecisset. nos superius romoaldus, dum taliter ipsum iaquintus dicentem vidimus et agnovimus, ideo inter eis iudicavimus et pars partium illis guadiare fecimus, ut ipse iaquintus secundum legem iuraret ad pars ipsius hecclesie, quod in ipsa eadem rebus sancti maximi malo ordine et sine ratione non introisset, nec eas calvasset aut exfossasset, nec via carrara ibidem numquam fecisset: unde ipse iaquintus de se plicandum et exinde iurandum ad pars ipsius hecclesie secundum legem mediatorem eidem iohanni presbiteri posuit iohannes filius radelgrimi; et ipse iohannes presbiter posuit ei mediatorem mirandus filius madelfrid. et taliter tibi guisoni notario scribere precepimus qui interfuisti.

† ego qui supra romoalt.

CCCXLVII.

A. D. 982. [1]

† In nomine domini dei et salvatoris nostri ihesu cristi. Anno ab incarnatione eiusdem redemptoris nostri .d.cccc.lxxxii. Imperantibus domnis nostris vasilio et constantino fratribus populo romano magnis et pacificis imperatoribus, Anno autem imperii eorum post obitum iohannis cymisby undecimo mensis decembris indictione terciadecima [2]) rivoalto. Quia tu iohannes maureceni monachus religione cristi traditus locum tibi abtum et ceteris secutoribus cristi diu considerans petisti tibi et posteris cristi servitoribus monacis dari, Hoc est ecclesiam beati georgii martiris, que semper fuit capelle beati marci titulus, ius silicet nostri palacii; Ideoque nos tribunus divina gratia dux venecie motus tuis precibus hortantibus et consencientibus nobis videlicet domno vitale egregio patriarcha, In simul cum episcopis nostris et cuntis magnatibus seu et

---

[1]) Sub hoc anno, ad quem reapse pertinet, referendum duximus Tribuni ducis Diplomatis exemplar per Sacri Palatii Notarium Miretum transcriptum anno 1241. Ind: XIV., ut ipsa charta testatur.

Quonam autem pacto Diplomatis huius authenticum exemplar in Cavensi Tabulario adservetur, in promptu est. Sciendum profecto, ne quo originali diplomate fortuito deperdito, una simul privilegia vel concessiones, suis titulis destituta, in pessum irent, id in more positum, ut de uno eodemque diplomate varia, diversis temporibus, exararentur exemplaria, eademque sive hinc sive illinc in praeclaris Archiviis reposita, curae et Monachorum praesertim vigilantiae committerentur. Quamvis autem hoc idem Diploma iampridem typis vulgaverit Ughellius, tamen iu lucem denuo prodere persuasit quoddam discrimen inter Cavensem et Ughellianam versionem et earumdem subscriptiones, ut videre est in opere cui titulus: *Italia Sacra Vol. V.*

[2]) Potius *undecima.*

populo venecie, quorum manus optimorum partim ob firmitatis indicia subter adscripte sunt, assensum peticionis tue cum successoribus nostris Damus eamdem ecclesiam perpetualiter fieri monasterium ad laudem omnipotentis dei et nostre patrie tuicionem, Ita ut tu omnibus diebus vite tue monachi cum morem una cum catervam cristo servituram iusta discretionem a deo tibi traditam ibi potestative ordinare debeas sine nostra vel successorum nostrorum aut cuiuslibet hominis contrarietate Cum toto hedificio, libris, thesauro et vinea ibi coniunta, et paludibus, rebusque mobilibus et immobilibus ad eam pertinentibus, Quia equum est, ut cristo famulari desiderantibus libera in omnibus illi serviendi tribuatur facultas. Quicquid autem tu ibi dederis de tuis facultatibus, aut si tu eam melioraveris, nullus in vita vel post transitum tuum inde aliquid requirere presumat, sed in dominio eiusdem ecclesie quam deinceps monasterio perpetualiter manendi, Ordinamus semper maneat ad succedencium fratruum subsidium. Verum minus molestias aut contrarietates nobis aut successoribus nostris tibi inferentibus prefatum monasterium relinquere non debeas, sed eum possidere, tenere, meliorare et ad cultum divinum promovere iusta regulam beati benedicti debeas sine nostra aut successorum nostrorum vel aliorum hominum contrarietate, ut dictum est. Post tuum vero transitum potestas inde damus cum successoribus nostris abbati, qui ibi per tempora fuerit et ceteris fratribus, ut eorum sit monasterium per successionem et consuetudinem seu regulam ceterorum monasteriorum dei. Verum, quia ecclesia fuerat pertinens ad dominium basilice beati marci, que est cappella nostri palacii et libera a servitute sancte matris ecclesie, volumus, ut eamdem libertatem semper consistat, ut nullus episcopus servitutis usum requirere aut prandia presumat, nisi tantum ut provisorem decet rectitudinem illos tenere doceat et pabulum vite eterne ministret. Si quis hoc decretum, quod hortatione et consensu predictorum principum et fidelium nostrorum ob sanctemonialis vite regulam dilatandam corumpere voluerit, anathematis pena multetur, et insuper componat auri obrizi libras viginti, medietatem in camere nostri palacii et medietatem in prefato dei monasterio. Et hoc decretum et firmitatis nostre cartula omnibus pro futuris temporibus maneat in sua firmitate. Concedimus atque offerimus deo omnipotenti et in isto monasterio beati georgii per comunem omnium volumtatem illum totum lacum iuntum iusta vinea, quam tu dedisti in prefato monasterio que fuit dominico fratri tuo ubi antea fuit molinum ius nostri palacii, cum totis petris que ibi reiacere videntur, ubi tu aquimolum debeas facere, sicut antea fuit ad opus de vestro monasterio perpetualiter manendum, Ita ut nullum publicum servicium molenarii habitantibus tam in ipso quam in aliis duobus aquimolis positi in rivo businiaco, quos tu dedisti in iamdicto monasterio, aliquando facere debeat, nisi tantum vigilia per vices suas ad nostrum palacium secundum eorum consuetudinem. Quod si aliquis eamdem aquam, quam comuni volumtate donavimus in iamdicto monasterio tollere voluerit, aut aliquas contrarietates exinde facere presum-

pserit, tunc suprascripto prostimo persolvat, et que donavimus sive offerimus per hunc vinculum nostre confirmationis ibi firmiter semper permaneat. Quam scribere iussimus vitalem presbiterum et notarium nostrum. Signum manus suprascripti tribuni ducis qui hoc decretum fieri iussit et firmavit, Signum manus petri. Ista est exempla de alio decretum nec ampliavi nec minui. Signum manus badovario bragadino consul. Signum manus vitalis greco consul. Signum iohannis bembo consul, bertanico consul † Ego marinus episcopus manu mea scripsi † Ego stefanus stornato manu mea scripsi † Ego petrus grausoni manu mea scripsi † Ego leo bragadino manu mea scripsi. Signum manus badovario filii iohanni badovario consul. Signum zenoni de castello consul. † Ego dominicus gratia dei episcopus manu mea scripsi † Ego iohannes syrano manu mea scripsi † Ego dominicus mataduri manu mea scripsi. Signum manus iohanni centrinico consul. Signum manus leoni filii iohanni starlato consul. Signum manus henio filii iohannis † Ego iohannes aurio manu mea scripsi † Ego...... manu mea scripsi † Signum manus dominici hellaro consul † Ego iohannis adoaldo manu mea scripsi. † Ego aurio manu mea scripsi † Ego iohannes bonoaldo manu mea scripsi † Ego albinus manu mea scripsi. Signum manus dominici silvo consul. † Ego stephanus coloprino manu mea scripsi. † Ego iohannes mastalicius manu mea scripsi. Iohannes vasilio manu mea scripsi. Signum manus mauricio antolini consul. † Ego iohannes albino manu mea scripsi. † Ego dominicus maureceni manu mea scripsi. Signum manus dominico filio vitali de castello consul. Signum manus petro bastuni consul. † Ego iohannes vassanno manu mea scripsi. † Ego constantino dodoni manu mea scripsi. Signum manus petri barbolarii consul. † Ego petrus floriencius manu subscripsi. † Ego petrus andreadi manu mea scripsi. Signum manus dominici filii stephano bonoaldo consul. † Ego dominicus ursoyolo manu mea scripsi. † Ego stephanus maureceni filius petro maureceni manu mea scripsi. Signum iohannis cerbari consul. † Signum manus dominici braclii curtubo consul. † Ego iohannes ursoyolo manu mea scripsi. † Ego dominicus marcello manu mea scripsi. Signum dominici stornato consul. Signum manus urseoni petrolongo consul. Signum manus leoni perolongo consul. Signum manus dominici magistri dimitrii consul. † Ego felix manu mea scripsi. † Ego petrus vitriniacus manu mea scripsi. † Ego urso badovario manu mea scripsi. † Ego urso matri manu mea scripsi. Signum manus dominici talarico consul. † Ego dominicus mauro manu mea scripsi. Signum dominici matri qui hoc consentit. Signum manus petrus albani consul. † Ego petrus patricius manu mea scripsi. † Ego petrus padovario manu mea scripsi. † Ego iohannes iohanne ursoiolo manu mea scripsi. Signum manus bono regini consul. † Ego iohannes presbiter et primicerius ecclesie beati marci evangeliste manu mea scripsi. † Ego iohannes maureceni manu mea scripsi. † Ego stefanus maureceni manu mea scripsi. † Ego dominicus diaconus manu mea scripsi. Signum manus iohannis flabiano consul. † Ego dominicus bradani manu mea scripsi. † Ego mauricius maureceni manu mea scripsi. † Ego

dominicus presbiter voluntarie et sponte manum misi.† Ego urso vitriniaco manum misi. Signum manus tribuno vitriniaco consul. † Ego dominicus maureceni manu mea scripsi. †Ego iohannes presbiter barbaro manum misi. Signum manus iohannis de sucugulo consul. Signum manus iohannis falletro consul.† Ego iohannes barbolani manu mea scripsi.† Ego martinus presbiter et gramaticus manu mea subscripsi. Signum manus iohannis armato qui hoc consentit. † Ego urso vitriniaco manum misi. † Ego dominicus presbiter barbani manum misi. † Ego martinus presbiter fundacino manum misi. Vitalis stornato consul. Signum manus dominici barbani consul. † Ego dominicus presbiter talonicus manum misi. storlato consul. Signum manus petro hencio consul. Signum manus dominici de sucugulo consul. Signum manus petro buzario consul. Signum manus dominici danovale consul. Signum manus iohannis debanna consul. Signum manus iohannis trodoio consul. Signum manus dominici magno consul. Signum manus iohannis autecario consul. † Ego petrus magister dimitrio manu mea subscripsi. † Ego dominicus bonoaldo de metamauco manu mea scripsi. Signum manus noeli consul. Signum manus petro iustiniano consul. Signum manus martino caucali consul. Signum manus martino buselo consul. Signum manus vitalis contareni consul. Signum manus filii fuscarini micani consul. Signum manus petro fasoloco consul. Signum manus fratris eius consul. † Ego georgius longo manum misi. de torcello. Signum manus dominici filii eius consul. Signum manus petro marcello consul. Signum manus andrea sesenulo consul. Signum manus stephani zeno consul. Signum manus iohannis caraciacanibe consul. Signum manus leoni capello consul. Signum manus martino cappello consul. Signum manus cipriano filio marino cipriano consul. Signum manus iohannis fundono consul. Signum manus dominici mauri consul. Signum manus dominici fundoni consul. † Ego dominicus magno manum misi. Signum manus petro lodoyco consul. Signum manus dominici vitalipio consul. Signum dominico corvibulo consul.

Ista est exempla de illa alia cartula nec ampliavi nec minui. Ego vitalis presbiter complevi et roboravi.. Ista est exempla de illa alia exempla cartule vetere, quam ego hieremias presbiter manostesus notarius sancti marci capellanus exemplavi, sicut mea vidi et legi nec ampliavi nec minui percurrente anno domini millesimo sexagesimo tercio, mense septembri. Indictione secunda.

† Ego heremias presbiter et notarius complevi et roboravi.

† Ego Miretus sacri palacii notarius hoc exemplum exemplavi et ex exemplo hieremie presbiteri et notarii nichil addens vel minuens, quod sensum variet vel sentenciam mutet. Curente millesimo ducentesimo quadragesimo primo. Indictione quartadecima.

CCCXLVIII.

A. D. 983.


† In nomine domini domno basili divina gratia imperator augusto deo propitius Anno vicesimo sexto imperii eius, et vicesimo anno cum eo regnante domno constantino frater eius, sanctissimis imperatoribus nostris, mense ianuarius undecima indictione. Ideo que ego vir nomine simeon presbiter filio cuidam adelchisi una cum falco filio meo qui sumus ex cibitate lucaeriae habitantes, clarefacimus enim ante presentia sadelfrit iudicem et nobiliores hominum qui hic subter conscripti sunt, quia habemus unam aecclaesiam in locum qui dicitur lamacupa vocabulo sanctorum apostolorum philippi et iacobi cum aliquantum de terra vacua propinquo ipsa predicta aecclesiam, quem hisdicta aecclesia cum ipsa terra vacua congruum michi est tertiam partem funditus illam donare tibi stephani clerico et filio teuderici presbiteri ipsam tertiam partem de ipsam aecclaesiam et de ipsa terra et quod in antea deo opitulante ibi deus dederit, semper liceat te tuisque heredibus ipsam tertiam partem tollere in perpetuis temporibus. Quam et ego mulier nomine dilecta filia quoddam mari et uxor scilicet nominati falconi unanimiter declaramus cum predicto viro meo, quia in die copulationis nostre de omnibus rebus et facultatibus suis quartam partem me abere manifesto, sicut in lex langobardorum continet. Set audientes nos ea que in edicti capitulo adnexum est de mulieribus, que res suas consentientem viro suo cum eis ad communiter donare voluerit; Ego autem fecit ex oc notitiam iohanni clerico et petri veri germani meis, ut in anc donationem perficiendum michi esse consentientes. At illi consentientes michi fuerunt; cum ipsis enim habuit et cum predicto viro meo ante supradictum iudicem et ad eum coram ipsis proclamavit, ut michi que supra nominate mulieri tribueret firmam licentiam donandi; ipse qui supra iudex cepit me diligenter inquirere, ne forte vim pateret aliquit a predicto viro meo aut a quavis hominem: ego vero eius presentiam bona mea indicavit esse bolumptatem sine ullam violentiam. ipse qui supra iudex, dum me diligenter inquisivit et nullam in me cognovit violentiam, mox tribuit michi firmam licentiam donandi. post accepta namque licentiam a supradicto iudicem, tunc ego que supra dicta mulier una cum eodem viro meo et ipsi qui supradicti germanis meis iohanni clerico et petri, qui in eadem carta una nobiscum manum imposuerunt, bona etenim nostra bolumptatem donavimus tibi cuiusdicto stephani clerico ipsam tertiam partem de ipsam aecclesiam et de ipsa terra: et as fines et mensuras indicamus habere ipsam totam terram que communiter est, unam partem michi qui supra donatori, secunda andree filii lupi, tertiam igitur nominati stefani

incipientem primo per haec fines; de prima pars quod est a fine ipsa aecclaesiam, inde sunt ad extensa brachia hominis mediocris persona passi quadraginta: de secunda pars quod est a fine ipsa terra nostramque donatori passi septuaginta quinque: de tertio capite quod est a medio limite andree filii lupi, inde sunt passi sexaginta: de quarta pars quod est a mediis limitibus nostramque donatori et petri filii sadi, inde sunt passi nonaginta quinque usque im prioras fines. Inter iste namque finis et mensure que prelegitur, ex ipsa terra et de ipsa aecclaesiam taliter tibi donamus et confirmamus, ut sic te percipiat tollere de integrâm portionem ipsam tertiam partem de omnia et in omnibus, de quibus modo videtur ibi abere et quibus in antea deo auxiliante paruerit, sive offertionem seu . . . . . ut non presumat de nostris aliquit minuare vel subtrahere ad suam proprietatem. de quo pro constabiliscendam anc nostram donationem recepimus a te qui supra donatorem nostrum launegilt camiso uno; finitum est enim Ea scilicet rationem, ut amodo et semper tam tu qui supra dictum donatorem nostrum quam et tuis heredibus supradictam nostram donationem in integrum, sicut supra legitur, habere et possidere baleatis et faciatis exinde quemammodum tibi vel ad tuis heredibus, placuerit. et hoc repromittimus nos et nostros heredes obligamus tibi et ad tuis heredibus, ut hanc nostram donationem nos vobis ab omnibus hominibus antistare et defendere debeamus per invitis. quod si non potuerimus aut noluerimus, ferquidum donum iuxta edicti tinore in eodem loco vobis componere placitamus: de colludio autem, si a vos pulsati fuerimus ad sancta dei mysteria, satis vobis faciamus secundum legem, et hanc cartam firmam et stabilem permaneat in perpetuo tempore. Quem te alarico clerico atque notario taliter scribere rogavimus et interfui.

Actum in civitate lucerie indictione feliciter

† ego teudelgrimo presbiter

† ego qui supra sadelfrit iudes

 [1]

† ego iohannes clericus

† ego maio diaconus et primicerius.

---

[1]) ego falco ita nobi.

CCCXLIX.

A. D. 983.

Textus huius membranae in eo tantum a praecedenti differt, ut instrumentum exaratum fuerit coram iudice Leone, et ipse Simeon tertiam quoque partem praedictae ecclesiae SS. Philippi et Iacobi ac terrae donaverit cuidam Andreae Lupi filio. Idem notarius, non iidem testes neque fines qui, ut ex charta, sunt:

De prima pars quod est de ipso ortum, inde sunt in latitudo passi quadraginta nobem: pars quod est a medio limite nostra donatori, inde sunt passi per longitudo sexanta duo: de tertio latere quod est ab ipsa serra, inde sunt passi quinquaginta hocto: a quarto latere quod est a fine stephani clerici filii theoderici presbiteri, inde sunt passi quadraginta. iterum de ipsa alia pecia de terra habet has fines: a primo capite passi XX quattuor: a medio limite stephani clerici passi quadraginta octo: a tertio latere quod est ab ipsa serra, inde sunt passi triginta: de quarta autem pars, quod est a medio limite nostraque donatori, inde sunt passi usque in prioras fines redientes quinquaginta octo etc:

† ego qui supra leo iudes

† ego maio diaconus et primicerius.

CCCL.

A. D. 983.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri mansoni gloriosi principis et imperialis patricii et domni iohanni principis eius filio, mense martius undecima indictione. ante me iohannes iudex causabit ursus atrianense filius iohanni inginiusi cum uru atrianenses filio iohanni dicendum ei, ut ipse ursus malo hordine et sine ratione intrasset. . . . . hominibus de casa in rebus eius de locum iovi salernitane finibus et arbores inde abscidixet, palos inde fecisset. ad ec audiente ipse ursus taliter ipsum ursus adbersus se causanter, responsum ei retdidit dicendum, ut in ipso locum iovi rebus abere, set nescire de quale rebus cum eum causavit. unde inter eis iudicavi et per partes illis wadiare feci per partes super eadem rebus portare iudicem et nos et ipse ursus predicti iohanni inginiusi monstrare ad ipsum alium ursus

de quale rebus cum eum causavi; et si dixerit ipse ursus, ut rebus ipsa suam exet pertinentes, per partes portaret secum suis rationibus et iusta legem inter se exinde finem facere: si autem negaverit non illut fecisset, secundum legem inde ei iurare; unde ipse ursus posuit mediator atenolfus atrianense filius iohanni, et ipse alio ursus posuit mediator leo atrianense filius stefani pillosinu. et taliter scribere fecimus te alderissi notarium qui interfuistis.

† ego qui supra ioannes iudex.

CCCLI.

A. D. 983.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri mansoni imperiali patricio et domni iohanni eius filio gloriosi principibus, mense aprelis undecima indictione. memoratorium factu a me mari filio hamuniti de nuceria, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidit mihi maio filius quondam maioni una cum hademari notario adbocatorem suum inclita sortionem suam de terra bacua de medietate campum, qui dicitur hare ibique in ipso locum nucerie per hec finis: de pede fine via que badit ad ponte, et de capite similiter fine via que pergit ad stavi. per ipse finis inclita medietate de ipso campu sua sortione mihi tradidit; unde pro taliter guadia mihi dedit una cum ipsum suum adbocatorem et mediatorem mihi posuit mari filio maioni tali hordine, ut amodo et usque sex anni completi licead me et meis heredibus et homines quem nos ibi miserimus, medietate ipso campu ad nostra potestate tenere, et fobeas et omnis nostre utilitatis ibidem facere, et per tempore illut aremus et seminemus et recolligamus, et quantum victum inde tollere vel abere potuerimus usque ipso constitutum, totum nostre sit potestatis faciendum inde omnia quod boluerimus; tantum de quod per tempore ibi seminatum fuerit, demus inde ei terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et per bona combenientia per ipsa guadia obligavit se suosque heredes amodo et usque ipso constitutum defensare mihi et ad meis heredibus inclita ipsa medietate de ipso campu sua sortione cum vice de via sua a pars genetrice et consortibus meis et hab omnibus hominibus omnique partibus et non illut vel exinde ante ipso constitutum nobis tollere aut contrare. ad completo ipso constitutum licead me eis heredibus inde exire cum edificio quem illis diebus ibidem abuerimus et cum omnis nostra causa, et ire cum illo ubi boluerimus sine contrarietate ipsius maioni et de eius heredes aut cuiqua hominibus et partibus. quod si taliter etc. *Statuta multa decem aureorum solidorum constantinianorum*. et unc brebem scripsi ego radoaldus notarius qui interfui.

† ego qui supra maio
† ego arechisi notarius me subscripsi
† ego qui supra ademari notarius me subscripsi.

CCCLII.

A. D. 983.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni filii eius gloriosi principes, mense aprelis undecima indictione. declaro ego areghisi comes filius quondam iohanni, quoniam domnus amatus venerabili presul sancte sedis salernitane per firma cartula per bonam combenientiam commutationis ordine datum abuit mihi rebus, quod pars ipsius episcopii abuit in cetaria ubi ad fonti dicitur finibus salernitanis, que est rem ipsam propinquo aqua de flescetole in qua ecclesia quambis aduc non dedicata, vocabolum sancti archangeli sita est; et sunt terris vacue, et silbis, et vineis, et castanietum, et insitetum uno teniente per as fines: a parte occidentis sicut discernit ipsa aqua de fleschetole et a capite de ipsa aqua rectum salientem per ipsum montem et coniungente usque in serra maiore de monte qui vocatur falezo: a parte orientis sicut discernit inclitum torum in quo ipsa plescora sunt, qui est a super ipsa ecclesia sancti archangeli, et ab ipso toru rectum descendente usque mare, iterum ab ipso toru ascendente per ipsum montem et rectum saliente in partibus septemtrionalis et coniungente in ipsa serra de ipsum montem de falerzo: a partibus septemtrionalis fine ipsa serra de ipsum monte de falerzo: de suptus fine mare. hec bero rebus per iamdicte finis cum ipsa ecclesia et cum omnia infra se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de via sua ipse domnus episcopus per bona combenientia commutationis ordine dedit, At securiter et firmiter ego et meis heredibus, et cui per nos datum paruerit, et eius heredes illut abendum, dominandum, possidendum, et omnia inde faciendum que voluerimus. Nuc autem congruum est mihi inclita rebus ipsa, per ipse finis venumdare iohanni amalfitano filio mauroni comitis. Et ydeo ego superius dictus areghisi, sicut mihi congruum est mea vona bolumtate, per an cartulam venumdedi tivi iamdicti iohanni inclita supradicta rebus per ipse finis, sicut ab ipso episcopo mihi datum est, unde nullam nobis aut uxori mee vel cuiqua hominibus vel in quavis partibus exinde restitid aut dicimus remanere sortionem, set totum et inclitum per ipse finis, sicut ipsa cartula commutationis continet, una cum ipsa cartula vobis venumdedi, Ad securiter ac firmiter amodo et semper vos vestrisque heredibus illut abendum, dominandum, possidendum

et omnia exinde faciendum que volueritis. Unde pro confirmandam et staviliscendam hanc nostram bindictionem a presentis recepimus a te exinde statutum pretium, y sunt auri solidi de tari numerum quinquaginta, sicut inter nos combenit in omnes deliberatione: finitoque pretium ipsum aput nos ea ratione, hobligo me qui supra areghisi et meis heredibus tibi iohanni quam et ad tuis heredibus supradicta nostra vindictione, ut dictum est, amodo et semper antistandum et defensandum a pars uxoris mee et ab omnibus ominibus omnique partibus, cui vel ubi per nos illud vel exinde datum aut obligatum seu tingnatum vel manifestatum paruerit, vel qui pro nostris partibus aut pro pars ipsius uxoris mee emiserint vobis exinde quodcumque causationes. si autem, etc. *Sequitur formula consueta. Qui pacta non servet, multatur centum aureis solidis constantinianis.* et quando pars ipsius episcopii vos vestrique heredes defensorem abere quesieritis de ipsa rebus, tunc, quemammodum nobis pars ipsius episcopii rebus ipsa secundum ipsa cartula defendere et adimplere devet, eodem modo illam vobis defendat pars ipsius episcopii, et adimplead vobis, quemammodum nobis defendere et adimplere devet; eo quod sic continet ipsa cartula commutationis, ut nobis nostrisque heredibus, et cui per nos data paruerit, et ad eius heredes rebus ipsa defensaret; a quo autem rebus ipsa per ista cartula vobis venumdedimus, sicut diximus, quando pars ipsius episcopii defensorem exinde habere volueritis, defenset vobis rebus ipsa, sicut illam nobis defendere debuerit, velut ipsa cartula continet. Unde de omnia suprascripta per suprascripto ordine vobis adimplendum, guadia vobis exinde dedimus et mediatore vobis posuimus alerisius comes filius dauferi. quam te aghenardus notarius scribere rogabimus. actum salerno.

† Ego grimoaldo

† Ego pando

† Ego lando

CCCLIII.

A. D. 983.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri mansoni imperialis patricii et domni iohanni eius filio gloriosi principibus, mense abrelis undecima indictione. memoratorium factu a me romoaldus filio quondam leoni franci, eo quod ante subscripti nobilibus per bona combenientia tradidit mihi guaiferius filius quondam guaimari comitis terra sua de intus hanc salernitana cibitatem subtus ecclesia sancti maximi, quod modo ego ibidem casa

edificatam abeo per licentiam ipsius guaiferi, quod sunt applictora dua. unde pro taliter guadia mihi dedit, et mediatorem mihi posuit romoaldus comes congnato suo filius quondam bisantii, tali ordine, ut amodo et usque biginti anni completi ad mea et de meis eredibus sint potestatem, et fobee et omnis nostre utilitatis ibidem faciamus et ibidem residere et abitare nos et hominibus, quam ibidem miserimus; et per bona combenientia per ipsa guadia hobligabit se ipse guaiferi et suos filios et eredes defensare mihi vel ad meis eredibus inclita suprascripta terra, ubi nunc modo casam edificatam abeo, usque ipsi biginti anni completi cum bice de bia sua da omnis homines omnique partibus, et non illut vel exinde nobis tollere aut contrare ante ipso constitutum. ad completo ipso constitutum licead nos et nostris heredibus ipsa lingnamen de ipsa casa exinde disturbare et escutere exinde omnis nostra causa quod ibidem abuerimus, et pergere cum illo ubi boluerimus sine contrarietate ipsius guaiferi vel de filios et eredes eius vel cuiqua hominibus et partibus, et ipsa terra bacua rebertar ad illorum potestate. tantum si infra ipso constitutum, si guido germanus meus cum eredes meas ad partione benerit et dibidere boluerit ipse terris et casis eorum de intus anc salernitanam cibitatem, et suprascripta tradictionem illius in sortionem ipsius widoni in sortione ebenierit unum de ipsa aplictora de media ipsa terra, tunc adsignare nobis nostrisque eredibus alia tanta terra, quantum inde nobis illis diebus tulerit ille et filios et eredes suas nobis dare ibique intus anc salernitanam cibitatem, et licentiam abeamus similiter ipsa lingnamen tollere et omnis nostra causa et portare illut in illut, quod illis nobis adsingnaberit, et aberet nos illut usque ipso constitutum. quod si taliter etc. *Composita poena per triginta solidos constantinianos.* et hunc brebem scribsi ego ademari notarius qui interfui.

† ego petrus

† ego lando

† ego adelferi.

CCCLIV.

A. D. 983.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni eius filio gloriosi principibus, mense magius undecima indictione. Memoratorium factu a me adelferi qui musando vocor filius petri, eo quod ante supscripti testes per vona combenientia tradidit ad tenendum grimoaldi filio radelghisi presbiteri et mirandi filio teuderici molinum

meum cum casa et ferraturia et omni hordine suo, quod habeo in flubio rineclu, locum ubi palomba dicitur finibus salernitane. unde pro taliter sue volumtatis guadia mihi dederunt et se ipsis mediatores mihi posuerunt; et per ipsa guadia obligaberunt se suosque heredes, ut amodo et usque octo anni completi inclitum ipsum molinum, qualiter conciatum et edificatum est, cum trasità et exita sua et cum omni ordine suo sue potestatis tenere et dominare, et fobee et omnis sue utilitatis ibidem facere, qualiter voluerit iusta ratione, et omnis moletura quam inde tulerit, annualiter usque ipso constitutum per medietatem illut inter nos dividerent; ego vel meos heredes tollamus illut medietatem, et illis medietatem; et a quo cum ipse mole, que modo ibidem sunt, macenare non potuerit perfecte, tunc illis et suis heredibus mittere una mola bona et nos alia, et ille ibidem reponere; et si ferraturia exinde se ruperit, illis eam conciare bona, et ipso molino sic conciare, ut perfecte macinare possam. ad completi ipsi octo anni liceat illis et suis heredibus exinde exire cum sua causa, et inclitum ipsum molinum, qualiter conciatum et edificatum est, rebertas ad potestate nostra vel de nostris heredibus. Quod si aliquit, *etc: Multa biginti aureorum solidorum constantinianorum*. et hunc brebem scripsi ego iaquintus notarius qui interfui.

† ego romoaldu

† ego maraldus

† ego ioannes.

CCCLV.

A. D. 983.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri mansoni et iohanni filii eius gloriosi principes, mense iunius undecima indictione. memoratorium factum a me iohannes amalfitanus filio mauroni comitis, eo quod intus salernitanam cibitatem ante presentia domni amati venerabili presuli sancte sedis salernitane, et ante eum astarent ademarius iudex et alii supscripti nobilibus, per demandatione ipsius domni presuli coniuntus sum ad vonam combenientia cum iohannes iudex advocator ipsius episcopii: ipse iohannes iudex pro vice ipsius episcopii propter rebus ipsa de cetaria ubi ad fonti dicitur, quam ipse domnus episcopus per firma cartula commutationis ordine datum abuit areghisi comiti filio iohanni per finis, sicut ipsa cartula continet, et ipse areghisi per alia cartula rebus ipsa mihi datam abet. Nuc quidem, ut diximus, per largietatem ipsius domni presuli et ipsum astante, per vona comvenientia guadia

mihi ipse iohannes iudex dedit et mediatorem mihi posuit maraldus filius quondam risi tali ordine, ut diligenter absque omni colludio causare pars ipsius episcopii cum filii marini iudici atrianensi de ipsa rebus de cetaria, quam ipse areghisi per ipsa cartula mihi dedit et pars ipsius episcopii illut commutationis ordine ipsius areghisi datum abet; et si pars ipsius episcopii abincere potuerint ipsi filii marini iudici vel suis heredibus de ipsa rebus, tunc nos abeamus illa, sicut ipse cartule nostre continet; et si forsitans ipsi filii marini iudici et suis heredibus advincere potuerint pars ipsius episcopii de ipsa rebus, et pars ipsius episcopii fecerint nobis exinde iurare, ut nullum colludium cum eis exinde fecisset, tunc ab illo die in antea non queramus abere defensores pars ipsius episcopii de ipsa rebus contra ipsi filii marini iudici vel contra suis heredibus, set abeamus nos rebus ipsa securiter, sicut continet nostre scriptiones, quod a parte de ipsi filii marini iudici exinde abemus, nec queramus ipsam compositionem ab ipso episcopio que ipsa cartula commutationis continet; set tamen de aliis ominibus et partibus defenset nobis ipsa rebus pars ipsius episcopii eiusque rectoribus et adimplead nobis omnia, sicut continet ipsam scriptionem, quod pars ipsius episcopii exinde emisit ipsius areghisi. et si taliter *etc*: *Composita poena per quingentos aureos solidos constantinianos*. verumtamen, ut diximus, si ipsi filii marini iudici vel suis heredibus advincere potuerit pars ipsius episcopii de ipsa rebus, ab illo die in antea pars ipsius episcopii non queramus abere exinde, ut dictum est, defensores contra ipsi filii marini iudici, nec contra ominibus ipsis, qui ad pastenandum tultum abunt ab ipsi fili marini iudici infra ipse finis; nam ab aliis hominibus et partibus defenset illut nobis pars ipsius episcopii, sicut ipsa cartula continet, per supradicta hobligatione. et hunc brebem scripsi ego aghenardus notarius qui interfui.

† ego madelfreda

† ego desigius

† ego guido

† ego qui supra ioannes iudex

† ego qui supra ademari iudex.

CCCLVI.

A. D. 983.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni filio eius gloriosi principibus, mense iulius undecima indictione. memoratorium factum a nobis

iohannes et racci et petrus germani filii quondam petri lademari de locum nuceria, eo quod ante subscripti testes in locum nuceria dederunt et tradiderunt nobis ad tenendum, et dominandum, et frugiandum, et pastenandum domnus martinus presbiter et abbas hecclesie sancti maximi de intus civitatem salernitanam, et una cum eum essent romoaldus filius alfani castaldi advocatorem suum, qui est unum de dominiis ipsius hecclesie sancti maximi, una clusuria de terra sancti maximi, quem pars de ipsa hecclesia habet in locum agella ubi ipse plagarie sunt finibus nucerie, que habet finis et mensurie ipsa predicta rebus: a pars septemtrionis fine via publica, que pergit ad ipse turri et ad ipsi pariti, sunt inde passi sexaginta octo: a pars occidentis, quomodo termiti ficti sunt, sunt inde passi quinquaginta tres: de super parte a meridie fine ipsius hecclesie sancti maximi, sunt inde passi sexaginta tres: a pars orientis, quomodo poiu discernit, fine iamdicte hecclesie sancti maximi, sunt inde passi quinquaginta quadtuor et exiente usque in ipsa via publica que est priore fine. hec vero res per supradicte finis et mensuriis tota et inclita illam nobis iohanni, racci, petri ad pastenandum, et tenendum, et frugiandum, et dominandum dederunt et tradiderunt usque decem anni completi. unde pro taliter per bonam comvenientiam et sua bona volumptate guadia nobis ipse domnus abbas cum ipso romoaldus advocatorem suum dederunt et mediatorem nobis posuerunt mirandus filius madelfrid tali ordine, ut amodo et usque ipsi supradicti decem anni completi ipse supradictus domnus abbas et successores suos et pars ipsius hecclesie defensaret nobis et ad nostris heredibus tota et inclita ipsa supradicta rebus per supradicte finis et mensuriis cum vice de via sua da omnis homines, et non eos nobis tollere aut contraret ante ipsum supradictum constitutum; et nos autem vel nostris heredes licentiam et potestatem habeamus in tota ipsa supradicta rebus fobee et omnes nostras utilitates facere, et eas pastenare per supradicte finis et mensuriis arbores et vitis, et eos tenere et dominare ad nostram potestatem, et eas frugiaret, et faciamus ibidem in ipsa eadem rebus pastinum bonum cultum et surtum et operatum, sicut locus ipse meruerit et de tantos annos fuerit, ut bene paread laboratum et cultatum, et cludamus illos ad forcas et assari [1]), ut siant salva ipsa rebus, et quodcumque fruges vel lavores exinde nos vel nostris heredes de ipsa supradicta rebus de super et de subter tollere et recolligere potuerimus, totum et inclitum illos nobis tollamus usque ipsi decem anni completi, et faciamus exinde do ipso frugium omnia que nobis placuerit, absque omni contrarietatem ipsius domni abbatis, et de successores suos, et da pars ipsius hecclesie. tantum de quem ibidem seminaverimus in ipsa rebus, omnem annum demus ad pars supradicte hecclesie terraticum secundum consuetudinem ipsius locis, et ipsum supradictum pastinum que ibi fecerimus, de super et de subter suis temporibus lavoremus et cultemus iusta ratione. et da

[1]) *Assari* vide assarium in Gloss.

ipsi supradicti decem anni completi in antea, dum nos vel nostris heredes ipsa supradicta rebus tenere voluerimus ad lavorandum, licentiam et potestatem habeamus eos tenere, et lavorare, et dominare et frugiare; et omne annum de quantum vinum vel terraticum exinde exierit, totum et inclitum illos dividamus in tertiam partem: nos et nostris heredes tollamus exinde due sortis, et pars prephate hecclesie tollant exinde tertiam partem. et ipso vinum que ibidem fecerimus, omnem annum ad palmentum illud inter nos dividamus in tertiam partem, et ipsa sortione de ipso vinum, quem ad pars ipsius hecclesie hevenerit, omnem annum nos et nostris heredibus cum bobes et carros et organea nostra illos eis portemus usque ad ipsi pariti de nuceria, ubi habuerint organea reposita ad ipso vinum recipiendum, et nos conciemus omnem annum de nostrum ordinem et expendium ipsum organeum, ubi reponamus ipsa sortione eorum de ipso vinum quem a nos ei evenerit; et ipsum hominem, que ibidem direxerit ad ipso vinum recipiendum, nos eum nutriamus de nostra vivenda secundum nostram possivilitatem, dum steterit ad ipsa vindemia ad ipso vinum recipiendum. et si nos nominati iohannes, racci, petrus vel nostris heredes a foris principatum salernitano exierimus ad habitandum, tota et inclita ipsa supradicta rebus revertas ad potestatem de prephata hecclesia, et ubi infra quadtuor anni reversi fuerimus nos vel nostris heredes ad habitandum, tota et inclita ipsa supradicta rebus revertas ad nostram vel de nostris heredibus potestatem. iterum et si nos vel nostris heredes a foris ipsa supradicta mensuria de ipsa rebus sancti maximi, que ibidem est coniuncta, exinde lavorare et pastenare voluerimus, quantum exinde pastenare potuerimus, in suprascripta ratione eos teneamus et dominemus et frugiemus, sicut et illud qui est infra ipse supradicte finis et mensuriis, usque dum illos tenere voluerimus. Quod si etc. *Qui vero pacta non servet, tenetur solvere quinquaginta aureos solidos constantinianos.*

† ego guiso notarius interfui et hunc brebem scripsi.

† ego qui supra martinus presbiter et abba

† ego quisenolfus

† ego grimoald

† ego ioannes.

CCCLVII.

A. D. 983.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni filio eius gloriosi principibus, mense iulius undecima indictione. memoratorium factum a me martinus presbiter et abbas hecclesie sancti maximi, eo quod in locum nuceria ante subscripti testes per bonam comvenientiam guadia mihi dederunt maraldus filius petri scutarari et mirandus filius madelfrid, et mediator mihi posuerunt cicerus filius cennami tali ordine, ut amodo et usque octo anni completi ipsi nominati maraldus et mirandus et suos heredes tenere, et dominare, et frugiare ipsa rebus sancti maximi cum castanietu et insetetum et aliis arboribus suis, quem ipsa hecclesia habet in locum pucianu subtus monte levinu, que abet finis et mensuriis ipsa supradicta rebus: a pars orientis fine ipsius hecclesie sancti maximi, sunt inde passi centum sexaginta sex; de super a parte meridie fine predicti maraldi filius·petri, sunt inde passi quadraginta; a pars occidentis fine terra sancte marie plevis de nuceria et fine terra sancti georgi, sunt inde passi centum sexaginta sex; de subter a pars septemtrionis quomodo ripa discernit, sunt inde passi triginta quadtuor ad iusto passum hominis mensuratum. hec vero res per supradicte finis et mensuriis illis et eorum heredes eos tenere et dominare, et frugiare, et faceret ipsum castanietum et insetetum salbum, et ipse castanee et ipse inserte colligere et siccare, et siccate ipse castanee et ipse inserte nobiscum vel cum pars ipsius hecclesie dividant: de ipse castanee deant nobis tertiam partem, et de ipse inserte deant nobis et ad pars ipsius hecclesie medietatem omne annum usque octo anni completi. quod si hec omnia suprascripta ipsi nominati maraldus et mirandus vel illorum heredes nobis et ad successores nostros vel ad pars ipsius hecclesie noluerit adinplere, aut si aliquid exinde contradixerint, tunc obligaverunt se ipsi suprascripti maraldus et mirandus et suis heredes per ipsa eadem guadia ad componendum nobis vel ad pars iamdicte hecclesie decem aureos solidos constantinianos, et que prelegitur eos nobis adinpleant in suprascripta ratione.

† ego guiso notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego romoaldo

† ego petrus.

CCCLVIII.

A. D. 983.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni filio eius gloriosi principibus, mense iulius undecima indictione. memoratorium factum a me martinus presbiter et abbas hecclesie sancti maximi de intus civitatem salernitanam, eo quod in locum nuceria ante subscripti testes et mecum essent romoaldus filius alfani castaldi advocatorem meum, qui est unum de dominiis ipsius hecclesie sancti maximi, dedimus et tradidimus ciceri filius cennami de locum nuceria una clusuria de terra bacua et cum castanietum quem ipsa supradicta hecclesia sancti maximi habet in locum agella finibus nucerie, habentes finis et mensuriis ipsa supradicta clusuria: a pars septemtrionis fine via publica que pergit ad ipse turri et ad ipsi pariti, sunt inde passi decem; a pars occidentis, quomodo termiti ficti sunt, sunt inde passi septuaginta septem; a pars meridie fine ipsius sancti maximi, quomodo limite discernit, sunt inde passi duodecim; a pars orientis, quomodo termiti ficti sunt, fine ipsius ciceri, sunt inde passi septuaginta septem, et se reconiungit in ipsa via publica, que est priore fine. hec vero res per supradicte finis et mensuriis totum et inclitum illud ibsius ciceri dedimus et tradidimus ad pastenandum, et tenendum, et dominandum, et frugiandum usque decem anni completi. unde pro taliter per bonam convenientiam et sua bona volumptate guadia nobis ipse qui supra cicerus dedit, et mediator nobis posuit maraldus filius petri scutarari, tali ratione, ut amodo et usque decem anni completi, ipse qui supra cicerus et eius heredes teneret et dominaret, et frugiaret et pastenaret eadem rebus per supradicte finis et mensuriis, et de eos licentiam et potestatem habeant illis et eius heredes in ipsa eadem rebus fobee et omnes suas utilitates facere, et eas pastenare arbores et vites, et ipsi castanei succidere, et faceret ibidem pastinum bonum, et eos cultare omni tempore et lavoraret suis temporibus et cluderent, ut siant salva ipsa supradicta rebus, et faceret ibidem pastinum bonum cultum et surtum et operatum, sicut locus ipse meruerit et de tantos annos fuerit, ut bene paread lavoratum et cultatum; et amodo et usque decem anni completi de quantum vinum vel lavores et fruges exinde tollere et recolligere potuerint, totum et inclitum illos sibi habeant et faciant exinde omnia que eis placuerint, absque omni contrarietatem nostra vel de successoribus nostris vel da partibus ipsius hecclesie sancti maximi. et da ipsi supradicti decem anni completi in antea, dum illos tenere voluerint ad lavorandum, omni tempore ipse cicerus et eius heredes eos teneant, et dominent, et frugient, et cultent ipsum arbustum de super et de subter suis temporibus, et de quem in ipsa rebus semina-

verint amodo et usque ipsi decem anni completi, deant exinde terraticum secundum consuetudinem ipsius locis in pars de iam supradicta hecclesia; et da ipsi decem anni completi in antea, dum illos tenuerit, omnem annum vinum et terraticum, quem exinde exierit, omnem annum illos dividant in tertiam partem: sibi exinde tollant ille et suos heredes duabus sortionibus, et ad pars de iamdicta hecclesia deant tertiam partem; et ipsa sortionem quem ad pars iamdicte hecclesie hevenerit, ille et eius heredes de ipso vinum omne annum cum carros et vobes suos et organea sua eos portent usque ad ipsi predicti pariti de nuceria, ubi abuerimus organea reposita ad ipso vinum recipiendum, et illis concient omne annum ipsum organeum nostrum ad omnem suum ordinem et expendium, ubi reponant ipsa sortione nostra de ipso vinum quem nobis in sorte ab illis evenerint; et ipsum hominem, quem ibi direxerimus ad ipsa vindemia, illis eum nutriant de sua vivenda, dum ibidem steterint ad ipso vinum recipiendum. et si ipse cicerus aut eius heredes de principatum salernitano exierit ad abitandum, tota et inclita ipsa rebus rebertas ad potestatem de iamdicta hecclesia; et ubi infra quadtuor anni ipse cicerus et eius heredes reversus fuerit ad habitandum, tota et inclita ipsa rebus redeant ad eorum potestatem in predicta ratione, sicut superius legitur. quod si hec omnia suprascripta ipse qui supra cicerus et eius heredes nobis et ad pars supradicte hecclesie noluerint adinplere et aliquid exinde contradixerint, tunc hobligavit se ipse cicerus et suisque heredes per ipsa eadem guadia ad componendum nobis vel ad pars iamdicte hecclesie quinquaginta aureos solidos constantinos.

† ego guiso notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego petrus

† ego quisenolfus

† ego romoaldo.

CCCLIX.

A. D. 983.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni filio eius gloriosi principibus, mense iulius undecima indictione. memoratorium factum a nobis sellicto filius quondam summi qui fuit capuanus, et maio filius quondam madelmi de locum nuceria, eo quod ante subscripti testes dederunt et tradiderunt nobis ad lavorandum et frugiandum et aliquantum exinde dederunt nobis ad pastenandum domnus martinus presbiter et abbas rector hecclesie sancti maximi de intus cibes salernitana, et una cum eum essent romoaldus filius alfani castaldi qui est unum de dominiis ipsius hecclesie, una clusuria de terra sancti maximi, quem

ipsa hecclesia habent in finibus nucerie, ubi proprio agella dicitur que habet finis et mensuriis ipsa supradicta clusuria: a pars septemtrionis fine via publica, unde aqua de flubio da ipsa forma decurrit, sunt inde per mensuria passi nonaginta septem: a pars orientis, quomodo limite discernit, fine de heredes cutunii, sunt inde passi centum decem; de super parte a meridie, quomodo poiu discernit, fine de heredes adelferi, sunt inde passi sexaginta duo, revolvente per ipsa fine saliente in partibus meridie, sunt inde passi viginti quadtuor: a pars meridie de super fine terra ipsius hecclesie sancti maximi, sicut castanietum discernit, sunt inde passi triginta tres: a pars occidentis fine ipsius hecclesie sancti maximi, sunt inde passi nonaginta, revolvente in partibus occidentis passi viginti duo, et iterum revolvente in partibus septemtrionis, quomodo poiu discernit, per fine predicte hecclesie sancti maximi et exiente usque in ipsa via publica, que est priore fine unde aqua decurrit, da ipsa revolta et usque in ipsa predicta via sunt inde per mensuria passi septuaginta tres. hec vero rebus per supradicte finis et mensuriis ad iusto passum hominis mensuratum; unde pro taliter per bonam comvenientiam et sua bona volumptate guadia nobis ipse domnus martinus presbiter et abbas cum ipso romoaldus advocatore suo dederunt et mediatorem nobis posuerunt amatus filius adelgrimi de eodem locum nuceria; tali enim ordine, ut ipse domnus abbas eiusque successores et pars iamdicte hecclesie ipsa supradicta rebus nobis vel ad nostris heredes defensent cum vice de via sua da omnis homines; et amodo et usque decem anni completi nos nominati sellictus et maio vel nostris heredibus pastenemus ipsa terra infra ipse predicte finis, que est vacuam da ipsa rebolta in super, usque dum ubi complunt ad ipsum supradictum castanietum ipsi predicti nonaginta passi, de subter sunt latitudo de ipsa terra vacua passi triginta octo: a pars orientis quomodo salit usque ad fine de heredes predicti adelferi, sunt inde passi sexaginta sex, revolvente per ipsa fine de heredes ipsius adelferi in pars occidentis passi quadtuordecim; iterum revolvente per ipsa fine de heredes ipsius adelferi in partibus meridie sunt inde supradicti passi viginti quadtuor: de super a pars meridie fine ipsum predictum castanietum ipsius hecclesie sancti maximi, sunt inde passi triginta tres. ipsa supradicta terra vacua nos et nostris heredibus eos teneamus et dominemus, et pastenemus arbores et vitis, et faciamus ibidem pastinum bonum cultum, et surtum et operatum, sicut locus ipse meruerit et de tantos annos fuerit, et licead nos et nostris heredibus ibidem in tota ipsa supradicta clusuria fobee et omnes nostras utilitates facere et ibidem habitaret; et amodo et usque ipsi predicti decem anni de quantum vinum in ipsum pastinum fecerimus, quem ibi abuerimus pastenatum, totum et inclitum illos nobis habeamus et faciamus exinde omnia de ipso frugium que nobis placuerit, et de quem in ipsum pastenatum seminaverimus usque ipsi decem anni completi, demus exinde in pars ipsius hecclesie terraticum secundum consuetudinem ipsius locis, et ipsum supradictum arbustatum, quam infra ipse supradicte finis est, totum et

inclitum eos lavoremus et cultemus de super et de subter suis temporibus, ut bene paread lavoratum et cultatum, et ubi meruerit arbores et vites eos plantemus et propaginemus, sicut locus ipse meruerit, et de quem in ipso arbustatum seminaverimus. omnem annum demus ad pars ipsius hecclesie exinde terraticum secundum consuetudinem ipsius locis, et amodo in antea omnem annum usque ipsi predicti decem anni completi de quantum vinum in ipso arbustatum fecerimus, totum et inclitum ipso vinum omne annum ad palmentum per medium dividamus cum pars ipsius hecclesie: pars ipsius hecclesie tollant de ipso vinum medietatem, et nos vel nostris heredibus tollamus exinde medietatem. et da ipsi decem anni completi in antea, de quantum vinum in ipsum pastinum fecerimus, nos autem vel nostris heredibus exinde de ipso vinum tollamus duobus sortionibus, et pars prephate hecclesie tollant exinde omne annum de ipso vinum tertiam partem; et de ipso terraticum quem ibidem fuerit de ipso pastinum, omne annum da ipsi decem anni completi in antea similiter demus ad pars ipsius hecclesie tertiam partem, et ipso predicto vinum quem ad pars iamdicte hecclesie hevenerint de ipsa supradicta rebus, totum et inclitum illud nos portemus ad ipsi parieti de nuceria cum carros et vobes et organea nostra, ubi habuerint organea sua reposita ad ipso vinum recipiendum, et nos vel nostris heredes conciemus omne annum ad omnem nostrum ordinem et expendium ipsa organea eorum ad ipso vinum recipiendum, quod est sortionem predicte hecclesie; et si infra ipsa predicta rebus ipso predicto vinum voluerint reponere in sua organea in ipsa habitatione nostra, nos autem vel nostris heredibus ipso vinum eorum salbum faciamus absque degeneratione et de ignem, donec exinde illud tollant, et ipsum missum eorum, quem ibi direxerit ad ipso vinum recipiendum omne annum, nos illum nutriamus de nostra vivenda secundum nostram possivilitatem, dum steterit ad ipsa vindemia; et si forsitans nos vel nostris heredes hominem, quem ibidem miserimus ad habitandum, de principatu salernitano exierit aliubi ad habitandum, similiter rebus ipsa inclita rebertas in ipsa hecclesia; et si infra quadtuor anni rebersi fuerimus abitandum infra principatum salernitano, inclita rebus ipsa, qualis illis diebus fuerit, perveniant ad potestate nostra, habendum omni tempore in suprascripta ratione. Quod si taliter etc: *Qui pacta non servet, tenetur componere quinquaginta aureos solidos constantinianos.* et de ipsa pomas quem in ipsa predicta rebus habuerint, demus inde eorum omne annum medietatem, et licentiam et potestatem habeamus nos et nostris heredes tota ipsa supradicta rebus cludere per supradicte finis et mensuriis ad forcas et ad assari.

† ego guiso notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego qui supra martinus presbiter et abba

† ego qui supra romoalt

† ego benedictus.

CCCLX.

A. D. 983.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri mansoni et domni iohanni filio eius gloriosi principibus, mense iulius undecima indictione. memoratorium factum a me cicerus filius quondam cennami de locum nuceria, eo quod in locum nuceria ante subscripti testes dedit et tradidit mihi domnus martinus presbiter et abbas hecclesie sancti maximi, et una cum eum essent romoaldus filius alfani castaldi advocatorem suum qui est unum de dominis ipsius hecclesie sancti maximi, ad tenendum, et dominandum, et frugiandum, et pastenandum una clusuria de terra bacua et cum castanietum, que iamdicta hecclesia habent in locum agella finibus nucerie, habentes finis et mensuriis ipsa supradicta clusuria: a pars septemtrionis fine via publica, que pergit ad ipse turri et ad ipsi pariti, sunt inde passi decem: a pars occidentis, quomodo termiti ficti sunt, sunt inde passi septuaginta septem: a pars meridie fine ipsius sancti maximi, quomodo limite discernit, sunt inde passi duodecim: a pars orientis, quomodo termiti ficti sunt, fine mea qui supra ciceri, sunt inde passi septuaginta septem, et se reconiungit in ipsa via publica que est priore fine. hec vero res per supradicte finis et mensuriis totum et inclitum illud mihi qui supra ciceri dederunt et tradiderunt ad pastenandum, et tenendum, et dominandum, et frugiandum usque decem anni completi. unde pro taliter per bonam convenientiam et sua bona volumptate guadia mihi ipse domnus martinus presbiter et abbas cum ipso supradicto advocatore suo dederunt et mediatorem mihi posuerunt mirandus filius madelfrid de eodem locum nuceria, tali ordine, ut amodo et usque decem anni completi ipsi nominati domnus abbas et successores suos et pars iamdicte hecclesie sancti maximi ipsa supradicta rebus nobis vel ad nostris heredes defensaret per supradicte finis et mensuriis cum vice de via sua da omnis homines, et non eos nobis tollere aut contrare ante ipsum supradictum constitutum; et nos autem vel nostris heredes licentiam et potestatem habeamus in ipsa eadem rebus fobee et omnis nostra utilitatem ibidem facere, et eos tenere, et dominare, et frugiare, et pastenare arbores et vites . . . castanei succidere, et ipsa rebus ipsa cludere ut siant salvam, et faceremus nos ibidem pastinum bonum cultatum et operatum, sicut locus ipse meruerit et de tantos annos fuerit, ut vene paread lavoratum et cultatum; et amodo et usque decem anni completi de quantum vinum vel lavore et fruges exinde tollere et recolligere potuerint, totum et inclitum illos nobis habeamus, et de ipso frugium faciamus exinde omnia, que nobis placuerit, absque omni contrarietatem ipsius domni abbatis et de successores suos vel da partibus ipsius hecclesie sancti maximi. tantum, de quem

ibidem seminaverimus in ipsa rebus, omne annum demus eidem hecclesie terraticum, secundum consuetudinem ipsius locis; et da ipsi supradicti decem anni completi in antea, dum nos illos tenere voluerimus ad lavorandum, licentiam et potestatem habeamus nos et nostris heredes eos tenere et dominare, et frugiare, et cultare ipsum predictum arbustum de super et de subter suis temporibus, ut bene paread lavoratum et cultatum; et omne annum, de quantum vinum et terraticum exinde exierit, totum et inclitum illud dividamus in tertiam partem: pars ipsius hecclesie tollant exinde tertiam partem, et nobis exinde tollamus due partis; et ad palmentum omne annum ipso vinum inter nos dividamus in tertiam partem; et ipso vinum, quem ad pars prephate hecclesie hevenerint omnem annum, nos et nostris heredes cum carros et vobes et organea nostra illud eorum portemus usque ad ipsi pariti de nuceria, ubi abuerit organea sua reposita ad ipso vinum recipiendum, et nos conciemus ei ipsum organeum eorum de nostrum ordine et expendium, ubi reponamus ipsa sortione eorum de ipso vinum, que a nos ei in sorte evenerit, et nos nutriamus ipsum hominem, que ibi direxerit ad ipsa vindemia, de nostra vivenda secundum nostra possivilitate, dum ibidem steterit ad ipso vinum recipiendum. et si nos vel nostris heredes de principatum salernitano exierimus ad habitandum, tota et inclita ipsa rebus rebertas ad potestatem de iamdicta hecclesia; et ubi infra principatum salernitano infra quadtuor anni fuerimus reversi ad habitandum, tota et inclita ipsa rebus redeant ad nostram vel de nostris heredibus potestatem in predicta ratione, sicut superius legitur. quod si hec omnia suprascripta ipse domnus abbas et suosque successores vel pars ipsius hecclesie nobis vel ad nostris heredibus non adinpleverit et aliquid exinde contradixerit, componere obligavit se ipse domnus abbas et suosque successores et pars prephate hecclesie per ipsa eadem guadia ad componendum mihi qui supra ciceri, vel ad meis heredibus quinquaginta aureos solidos constantinos.

† ego guiso notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego qui supra martinus presbiter et abba

† ego petrus

† ego quisenolfus

† ego romoaldo.

CCCLXI.

A. D. 983.

† Chartula firma securitatis atque diffinitionis. a me sergius filius quondam stefano calendola a presenti die prontissima voluntate deliveravimus atque et in presentis diffnivimus vobiscum domno lupino filio quondam mauroni comitis de pantaleone comite de causationem, quam vobiscum habuimus de omnia ipsas hereditates quod havetis in fonti; dicendo a parte nostra, quia in omnia ipsam hereditatem, quod in fonti havetis, havemus ividem ipsam portionem nostram et de niciforium germanum nostrum tantum, quantum nobis exinde per chartulam donationis donavit et dedit michi et at suprascriptum niciforium germanum nostrum domno urso tio nostro filio lupino de hereni; et vos dicendo a parte vestra verum dicitis, quia suprascriptus ursus tius vester dimisit vobis tantum de ipsam portionem suam, quantum ipsam chartulam vestre donationis proclamat; set finem fattam exinde vobiscum havemus, medietatem nobis exinde firmasti per chartulam quod nos havemus sic, sicut ipsa chartula nostra per ordinem scripta est; et de ipsa reliquam medietatem, qui vobis exinde remansit postquam ipsa chartula nostra fecistis scrivere, fecimus exinde postea finem vobiscum ante homines bonos, ut dare vobis de ipse terre vacue ividem in fonti de suprascripta parte sancti felici per nominatibum supra ipsum quercum maiore at ipsa lama, idest passi cammisali quadraginta de longitudinem et passi cammisali viginti de latitudinem; et quando eam incipere at scippandum, dare vobis tari quattuor; et quando ividem armare vineam, iterum dare nobis alios tari quattuor; et quando ista finem fecimus, sic stetit inter nobis, ut neque de ipsam portionem vestram aut de predictum niciforium germanum vestrum plus aliquod non querere de tota pertinentia de fonti. iterum dicendo a parte nostra, absit hoc et veritas non est, ut de ipsam portionem de niciforium germanum nostrum fecissemus finem, set tantum de ipsam portionem meam fecimus ista suprascriptam finem, quem vos dicitis, quia ipsam portionem de predictum niciforium per absolutionem vestram postea comparavi a leone monacho filio suo; iterum dicendo, a parte vestra verum dicitis, quia per absolutionem nostram eam comparasti, pro eo quod nobis exinde obligati fuisti, et quando eam comparastis, sic stetit inter nobis, ut de hec omnia in ipsum suprascriptum placitum staret. Unde inter nos habuimus altercationes multas, et nobis altercantibus placuit, ivimus exinde at iudicium ante presentia domni mansonis gloriosi ducis et imperialis patricii et principi, et domni iohannis gloriosi ducis et principi filii eius, et per eorum ores recepimus rectum iudicium, ut si vos a parte vestra potueritis havere duo testimonia, qui nobis exinde iurare et firmarem inter nos ipsam

finem quem vobiscum antea fecimus de hec omnia, sicut superius diximus, ubi ipsi testimonia exinde iurare nos vobis de presentem exinde ipsam securitatem firmare et retdere vobis ipsa chartula de niciforium, quod nobis fecit scrivere leo monachus filius eius, et ipsa alia chartula, quod tu fecisti nobis scrivere; et si exinde testimonia havere non potueritis, nos a parte nostra haveremus prontissimi exinde iurare et firmare exinde inter nos ipsam finem, et si nos iurare non oportuerit, iurare vos a parte vestra. post vero receptum iudicium, de presentem atduxisti nobis duo testimonia, qui parati fuerunt nobis exinde iurare; set placuit deo antequam iurare, benimus vobiscum exinde in conbenientia vervo gratie et bone voluntatis iunxisti nobis de ipsa terra ividem at latus passi cammisali quadraginta de longitudinem et de latitudinem passos decem, quod fiunt in simul passi cammisali quadraginta, et de latitudinem passi cammisali triginta, et dedisti nobis viam per ipsa lama, unde ipsi alii portionarii nostri andat, et dedisti nobis tari octo, et reddisti nobis ipsi tari dui, quod ad leonem nepotem nostrum dedimus pro ipsam portionem de suprascripto niciforio genitore suo, et nos dedimus vobis ipsa chartula, quod tu nobis fecistis scrivere, et alia chartula quod nobis fecit scrivere suprascriptus leo monachus nepus noster; et si exinde alia chartula aput nos aut aput heredes nostri de tota pertinentia de fonti inbenta dederit, aput vos et aput heres vestros eas mittere deveamus. preter, si aliquando tempore suprascriptus leo nepus noster aliqua causationem fecerit de ipsas hereditates, dare nobis deveatis ipsa chartula, ut haveamus eam aput nos usque in mense uno: post finem exinde fattam aput vos eam mittere deveamus; et si per qualecumque tempore nos aut heredes nostri ipsam hereditatem, quod tu per anc chartulam nobis largiasti, vindere venierimus, neque at domno iohanne vero germano vestro vel at eius heredes non audeamus eam vindere, neque nullum colludium exinde cum eis non faciamus et nullam aliam causam de fonti nos aut nostri heredes non queramus, set hec omnia, quot tu nobis dedisti, haveamus in nostram potestatem, sicut superius diximus, et in omnibus exinde inter nos diffinivimus, sicut supra scriptum est, et emittere visi sumus exinde inter nos securitatem at invicem nos vobis et vos nobis in omnem deliverationem et in omnem decesitionem; ut si per quobis tempore per quobis modum vel ingenium, sive nos aut heredes nostri, aut a nobis summissam personam vos aut heredes vestros, vel qualecumque homine pro parte vestra de hec omnia, unde finem fecimus, querere aut molestare presumserimus, ducentos bytianteos vobis componere promittimus, et hec chartula sit firma in perpetuum.

† ego petrus filius constantini de sergio comite de domno sihco testis sum

† ego marinus filius iohannis de marino testis sum

† EGO taurus filius leoni de urso comiti a suprascriptis personis rogatus supter scripsit die prima mensis agusti indictione undecima

† ego guttus scriva huius civitatis hanc chartulam manu propria scripsi.

CCCLXII.

A. D. 983.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri mansoni e domni iohanni eius filio gloriosi principibus, mense augustus, undecima indictione. Ideo que nos arechis et iaquintus comitibus germani filii quondam maraldi, sicut nobis congruum est nostre vone voluntatis, per anc cartulam donamus atque ad semper habendum confirmavimus vobis ursi et leoni et lupeni germani filii lupeni atrianensi una pecia de terra nostra bacua, quod habemus in locum beteri ista parte et coniunta ad flubio de ipso locum beteri finibus salernitane per hec finis: a parte occidentis fine qualiter decurrit ipso flubio: a parte meridie fine arena propinquo litore maris: de alia parte qualiter pergit via qui est . . . . : de alia parte fine ursi atrianensi, qui dicitur de dumeti, sicut plescu maiore discernit et rectum pergit in ipso flubio. per iamdicte finis totum et inclitum cum omnia infra se habentibus, et suis pertinentiis et cum bice de via sua illut vobis iamdicti germani donavimus ad securiter et firmiter amodo et semper vos iamdicti germani quam et vestris heredibus illut habendum, possidendum, dominandum, omnia inde faciendum quod volueritis, absque cuiuscumque contrarietate vel requisitione. et pro hoc donum firmandum launegilt a vos iusta legem recepimus manicione nuscinii pario uno in omnis deliberationem, sicut inter nos combenit. de qua nos supradicti arechis et iaquintus obligamus nos et nostros heredes amodo et semper antistandum et defensandum vobis vestrisque heredibus inclita supradicta nostra donatione da omnis homines omnique partibus. et si taliter illut vobis vestrisque heredibus defensare non potuerimus, tunc, sicut in lex langobardorum de donum et launegilt continet, ita nos et nostris heredibus vobis vestrisque heredibus adimpleamus et persolbamus vobis iustitiam. et si taliter etc. *Qui nequit stare promissis, tenetur solvere triginta auri solidos constantinianos.* nam quando nos inde quesieritis habere autorem et defensorem, nos autem et nostris heredibus illut vobis vestrisque heredibus defensemus et omnia vobis adimpleamus per illo hordine et ratione, sicut superius legitur. et taliter scribere rogavimus te iaquintus notarius. actum in sacro salernitano palatio.

† ego qui supra arechisi comes

† ego rodelghisi

† ego adenolfus.

CCCLXIII.

A. D. 984.[1]

† In nomine domini dei salvatori ihesu cristi, temporibus domni mansonis gloriosi ducis anno secundo post eius recuperationem [2]) die vicesima tertia mensis ianuarii indictione duodecima, amalfi. Certum est me marinus filius iohannis da fonti a presenti die pruntissima voluntate scribere et firmare visus sum vobis domno leoni filio domni iohannis de constantino de lupino de constantino de leone comite et domne marie iugalie hanc chartulam similem de ipsa, quod vos michi scribere fecistis, pro eo quod tradidistis et assignastis michi plenariam et integram ipsam medietatem a parte da citara de ipsa hereditate vestra, quam habetis in fonti posita cum ipsa cammara ibidem habentem, quam et cum via sua et omnia sua pertinentia. Unde de predicta medietate nichil vobis exceptuastis in ea videlicet ratione, Ut amodo incipiamus eos scippare et cultare, et ipso vacuum totum implere de bono vitinio, quales ipse locus meruerit, et totum eos propaginare debeamus, et a die presenti ibidem habitare debeamus, talemque curam et certamen ibidem ponere debeamus, Ut isto anno presenti siat totum plenum et surtum atque perfectum at frugium adducendum, ut pareat apud vonos homines, cum canne et salici vestre, et quanti pali ibidem necesse fuerint, cappilare eos debeamus de ipsa silba vestra per omnes vices; set quando eos cappilaberimus, vos me nutricare debeatis, et ubi in isto presenti anno totum plenum et perfectum fuerit, qualiter supra diximus, pertenere et laborare atque curam et vigilantiam exinde habere debeamus nos et nostri heredes de generatione in generatione cum pali et canne atque salici vestre usque in sempiternum, et semper exinde curam habere debeamus ut proficiat, et a die presenti invacare nos debeamus, ut faciamus vobis in causam vestram unum salicetum ad aqua putidam, et a die presenti vinum et ipsa fructoria, qui de predicta media hereditate exierit, sine fraude et malo ingenio vobiscum eos dividere debeamus in tres portiones: vos et vestri heredes tollatis inde portiones due, et nos et nostri heredes tertie; et ipse portiones vestre nos vindemiare et pisare atque reponere debeamus in buctes vestras, et nos eos stringamus et conciemus cum vestro expendio; set, sicut diximus, curam et vigilantiam exinde habeamus, et ex omni parte eos cludamus, ut

---

[1]) Huius chartae exhibetur fac-simile in fine voluminis.

[2]) *Recuperationem*, qua voce notarius indicare videtur Mansonis fugam et eiectionem a salernitano Principatu vi quorumdam coniuratorum: quod hoc anno evenisse patet ex dictis in praefatione.

aliquod damnum ibidem non habeatis, et neque vos neque homo vester vobis ibidem virtutem vel inbasionem non faciatis, set vindicetis nobis eos ab omnibus hominibus. Quod si predictam hereditatem non bene laboraverimus, qualiter supradiximus, faciamus vobis iustitiam et iactetis nos exinde bacuos; et si nos bene laborando et cultando, et curam et vigilantiam habendo de predictam hereditatem, et ipsam legem vestram completam vobis dando, qualiter supradiximus, et vos seu vestri heredes volueritis nos inde iactare, similiter iustitiam nobis facere debeatis. Qui autem de nobis anbarum partes contra hanc chartulam venire presumserit, componat at partem que firmam steterit, auri solidos libra una bytiantēa, et hec chartula, de qua nos similem habemus, sit firma in perpetuum. Verumtamen hoc dicimus, quia predictam medietatem nobis dedistis de ipsa hereditate vetere ab ipsa via in iusu in ipso ordine, quod supradiximus; set de canne et olibe nobis aliquid non detis, quia sic nobis stetit: solummodo tante canne nobis detis, ut sufficiant in predicta vinea.

† mauro filius sergii de pantaleone testis sum

† lupinus filius sergii de lupino de maurone comite testis sum

† pardus filius musco testis sum

† ego iohannes scriba filius sergii scripsi.

CCCLXIV.

A. D. 984.

† In nomine domini primo anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius, duodecima indictione. Memoratorium factu a nobis cicenus et mari germani filii adelghisi, et urso atrianensi, et ianelgari qui vocabat ingeniosu, eo quod ante supscripti testes tradidimus ad tenendum et laborandum domnandi filio quondam turbi de rebus nostra quod comune habemus in locum iobi, in quo ille modo seminatum habet infra hec finis; de una parte fine ribus qui dicitur locubia[1]); et de alia parte fine ribus qui dicitur dua ribora qui coniungit in ipsa locubia; et de super fine nostra. infra iamdicte fines, sicut supra diximus, ipsius domnandi tradidimus de quantum exinde seminatum habuit, ego iamdictus . . . . et nos germani medietatem, pro eo quod tota ipsa rebus nobis iamdicti germani et ad alium nostrum germanum . . . . medietatem, et mihi nominati ursi medietatem. hec autem , sicut diximus, ipsa rebus ipsius domnandi tradidimus in ea ratione, ut amodo et usque aire recollecte hoc annum beniente ipsa rebus sue potestatis tenere et do-

[1]) *Locubia* et infra *dua ribora*, extra Salernum apud Iobum (nunc Giovi).

minare, et totum ipso lavore exinde recolligere et illut sibi habere; tantum terraticum inde nobis deant secundum consuetudinem de ipso locum, ad ipse aire recollecte tota ipsa rebus rebertas ad nostra et de nostris heredibus potestatem. unde in eo hordine guadia nobis ipse domnandus dedit et mediatorem nobis posuit se ipsum; et per ipsa guadia obligabit se, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare, et talia nobis nostrisque heredibus non adimpleberit, tunc per ipsa guadia obligabit se componere nobis nostrisque heredibus decem auri solidos costantinos, et omnia suprascripta per inbitis nobis complirent. et hunc brebem scripsi ego iaquintus notarius qui interfui.

† ego teudericus me subscripsi.

CCCLXV.

A. D. 984.

† In nomine domini primo anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense . . . . duodecima indictione. Ideo que ego lamfreda filius quondam magelgardi de mitiliano clarefacio, quoniam mihi et petri et guisenolfi germani mei pertinentem est habere quartam partem de due pecie de terris campense et silba in locum beteri, ista pars et ex illa pars flubio beteri, ubi propio ad molina [1]) dicitur, qui habet finis ambo ipse pecie: de una parte fine bia puplica: et de alia parte fine ballocellu, unde aqua decurrit qui coniungit in ipso flubio, et trabersante ipso flubio, sicut rebolta discernit, et per ipsa rebolta coniungente in ripa que ibidem est, et da ipsa ripa pergente et rectum saliente usque in bia qui dicitur da traberse: et de alia igitur parte fine ipsa bia: et de alia parte fine leoni atrianensi filii gutti, sicut terminatum est, et exiente et coniungente in ipso flubio et trabersante ipso flubio et pergente per fine ipsius leoni, sicut et inde terminatum est, et coniungente in ipsa bia quod est priore fine. infra iste finis nobis nominati germani est pertinentem inclita quartam parte, et tibi nominato leoni est pertinentes inde sortione birini thii nostri; et ideo ego superius nominatus lamfreda, sicut mihi congruum est, bona mea volumtate, ante supscripti testes per anc cartulam venumdedimus atque ad semper habendum confirmavit tibi predicti leoni filio predicti gutti tertiam pars de inclita ipsa quartam parte, quod nobis est pertinentes infra iamdicte finis, et ipse due sortiones ante os dies

[1]) *Molina*, vicus intra fines Veteris et Cavae positus.

emtum habetis per firma cartula da ipsi germani mei de ipsa quartam per iamdicte finis. unde nullam mihi, aut uxori mee, aut cuiquam hominibus, vel in quavis partibus exinde restitit aut dicimus remanere sortionem; set, sicut superius diximus, inclita tertiam parte de ipsa quarta, quod est mea sortione, tibi nominato leoni venumdedimus cum monimen omnibusque inde pertinentes cum bice de bie sue, ad securiter ac firmiter amodo et semper tu tuisque heredibus eos habendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod volueritis. unde pro confirmandam et stabiliscendam anc nostra bindictione a presentis recepi a te nominato leo statutum pretium, i sunt auri tari boni tres, sicut inter nos combenit in omnis deliberatione. finitoque vero pretium ipsum aput nos ea ratione, per vona combenientia mea volumtate guadia tibi dedi et me ipsum tibi mediatorem posui; et per ipsa guadia obligo me et meos filios et heredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique heredibus inclita supradicta nostra bindictione a pars uxori mee et da omnis homines omnique partibus. si autem, sicut dictum est, taliter etc: *Sequitur consueta formula. Pretium statutum fuit per decem aureos solidos constantinianos.* et taliter scribere rogavimus te iaquintus notarius. actum salerno.

† ego ioannes

† ego ursu

† ego andrea.

CCCLXVI.

A. D. 984.

Praebemus summarium huius anni membranae.

† Primo anno principatus Ioannis et Guidonis eius filii, mense Iulio, Indictione XII.

Ademarius iudex mandatum dat, ut Petrus atrianensis filius Sergii et Ioannes etiam atrianensis filius cuiusdam Gutti in sacratissimo salernitano Palatio litem componant inter eos exortam, *eo quod Ioannes malo hordine introisset in rebus ipsius Petri in Mitiliano, ubi proprio dicitur Uliara.* Iohannes notarius hoc mandatum scripsit.

CCCLXVII.

A. D. 984.

† In nomine domini primo anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filii gloriosi principibus, mense iulius duodecima indictione. ydeoque nos sellictus et maio germani filii quondam magelgari de fisciano [1]), sicut nobis congruum est vone nostre volumtatis, ante subscripti ydoneis hominibus per hanc cartulam venumdedimus atque at semper abendum confirmabimus tibi offi sculdais filio genci una pecia de terra nostra cum aliquantis arvoribus bitatis et bacuum uno teniente, quod abemus in iamdicto locum fisciano per hec finis et mensuria: a pars occidentis fine qui fuit iohanni magistri, quod modo paratum abet illut ursus germano tuo, inde sunt passi quinquaginta quadtuor: a pars meridie fine bia, et inde sunt passi alii quinquaginta quadtuor: a pars orientis fine adelgardi, sunt inde passos triginta quadtuor sicut limite discernit: a pars septemtrionalis fine sancti iohanni sicut poiu discernit, et inde sunt passi biginti sex, totum at iusto passum homini mensuratum. hec vero rebus, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, totum et inclitum cum omnia intro se abentes et cum bice de bia trasactibus nomine, funditus illut tibi nominato offi venumdedimus at securiter et firmiter amodo et semper tu et tuis heredibus illut habendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis, sine contrarietate vel requisitione nostra vel de nostris filiis et heredibus, aut cuiqua hominibus et partibus. et pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostra bindictione, nunc a presentis communiter recepimus a te nominatus offus statutum pretium, i sunt auri tari voni numerum triginta duo, sicut inter nos combenit in omnis deliveratione. finitoque vero pretium ipsum aput nos, Ex qua re promitto, et per vona combenientia guadia tibi nominato offi sculdais dedimus et mediatores tibi posuimus nos ipsis; et per ipsa guadia hobligamus nos et filios et heredes nostros amodo et semper antistandum et defensandum tibi nominato offi quam et at tuis heredibus inclita suprascripta nostra bindictione a pars uxoribus nostris et ab omnibus hominibus omnique partibus. quod si taliter, etc: *Qui pacta non servat, solvere debet triginta auri solidos constantinianos.* verumtamen, si aliquando tempore de suprascripta nostra bindictione per vos ipsis volueritis inde exet auctores et defensores, tunc bice nostra licentiam et potestatem abeatis cum ysta cartula et cum quale alia monimen et rationem inde abere potueritis, in omnibus per vos ipsis siatis

[1]) *Fisciano*, vicus in comitatu S. Severini.

inde auctores et defensores, quomodo aut qualiter volueritis, et illut eos vobis abeatis, sicut superius legitur; nam quando nos vel nostris heredibus quesieritis nos vel nostris heredibus inde abere defensores, nos autem et filii et heredes nostras illut vobis vestrisque heredibus semper defensemus et omnia atinpleamus vobis, sicut superius legitur, per iamdicta guadia et hobligata pena. et taliter scribere rogabimus te petrus notarius. actum salerno.

† ego petrus me subscripsi

† ego rogale

† ego ragemprandus me subscripsi

† ego iohannes notarius me subscripsi.

CCCLXVIII.

A. D. 984. [1]

† In nomine domini primo anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense september tertiadecima indictione. ante nos ademari et petrus iudicibus coniunti sunt guaimarius et guaiferius [2]) germani filii quondam guaiferi comitis et guido filius guaimari comitis, ad faciendum inter se finem de rebus illa de locum lirino et tusciano [3]), quod ipsius guaiferi genitor de supradicti germani datum fuit, et ipse guido dixit in eadem rebus sortionem abere deberet et rationem inde aberet, et per nos inter eis iudicatum fuit per partes plicandum se cum suis rationibus et iusta legem inter se inde finem facerent; modo autem, ut diximus, propterea sunt coniunti et per ipsi germani ostense sunt exinde quadtuor scriptionibus. ipse guido manifestabit nullam rationem inde abere, set tantum dicebat sortionem aberet debebant in supradicta rebus: nos autem fecimus tote ipse scriptionibus per ordine relegere. una ex ille continet: in nomine domini quadragesimo secundo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, et primo anno principatus domne gemme gloriose principise uxoris eius, et domni paldolfi optato filio eorum, mense december tertia indictione. nos superius

---

[1]) Praeclarum hoc documentum, in quo descripta legitur terrae latitudo, quae nuuc *Piano di Salerno* nuncupatur, iam edidit D. Salvator de Blasio in suo opere cui titulus = Series Principum qui etc: sub anno 983; sed rectius ad annum 984 referendum.

[2]) Qui omnes nepotes erant Guaimarii II Principis Salerni sub anno 893.

[3]) *Lirino* et *Tusciano*, flumina extra Salernum.

dictus gisolfus domini gratia principe filius vone recordationis domni guaimarii olim principis, quam ego supradicta gemma domini gratia principissa uxor supradicti domni gisolfi excellentissimi principis, clarefacimus, quoniam mihi supradicti gisolfi e xuccessione a pars supradicti domni guaimarii gloriosi principis genitor meus pertinentes est mihi abere terra cum binea et cannietis uno teniente ulter flubium lirinum in plaiu de monte qui dicitur betranu propinquo anc cibitatem, et congruum est nobis viri et uxori illut donare guaiferii dilecto nepoti nostro filius quondam guaimarii comitis. tamen ego supradicta gemma domini gratia principissa per consensum et volumtate supradicti domni gisolfi gloriosi principis viri mei, in cuius mundium me subiacere palamfacio, nos autem suprascripti vir et uxor, sicut nobis congruum est, unanimiter parique consensu per hanc cartulam donabimus, adque ad semper abendum confirmabimus tibi iamdicti guaiferi cuncta et inclita terra cum binea deserta et cannieta uno teniente per as finis et mensurie: a par meridie fine petri castaldi, qui cristalus vocat, et azzoni nepoti eius, quem nos supradicto cristalli et a genitori ipsius azzoni per vicaria datum abuimus, et exiente in terra cum cannietum tuaque guaiferi, et per ipsa fine tua pergente et coniungente in bia comvenzaria, qui deducit intro ista curte, sicut per tota ista fine limite discernit, et per ista fine sunt passi nonaginta duo: a pars orientis fine ipsa bia comvenzaria et fine episcopio salernitano, et per ipsa fine de ipso episcopio ascendente per plaio de ipsum monte et coniungente ad fine nostra, sicut per ista fine limite discernit, et sunt per tota ista fine passi centum sidecim: a pars septemtrionis fine nostra, et per ipsa fine nostra pergente et coniungente ad fine de heredes petri comitis filii guaiferii, sicut per tota ista fine limite discernit, est per ista fine passi octoaginta ses: a partibus occidentis fine de heredes ipsius petri, et descendente per fine tuaque guaiferii et coniungente in suprascripta priore fines, sicut per tota ista fine limite et sabuci discernit, et per tota ista fine passi centum quadraginta unum, totum mensuratum ad iusto passum homini. ec vero res per suprascripte finis cum omnia intra se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de bia sua trasactibus nomine et a funditus illut tibi iamdicto guaiferi donabimus, unde nullam aut cuiquam hominibus vel in quabis partibus exinde restitit aut dicimus remanere sortionem; set, sicut dictum est, inclitum illut tibi donabimus ad securiter ac firmiter amodo et semper vos vestrisque heredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis, absque omni nostra nostrorumque heredibus contrarietate vel requisitione aut cuiquam hominibus. unde pro oc donum firmandum........ launegilt a vos communiter exinde recepimus mantellum unum: finitoque launegilt ipsum aput nos ea ratione, per vona comvenientia obligamus nos qui supra gisolfus et gemma domini gratia principis et nostris eredibus amodo et semper suprascripta nostra donatione, ut supradictum est, vobis vestrisque heredibus antistemus et defensemus da illi hominibus et

a partibus, cui per nos illut vel exinde datum aut obligatum paruerit, vel qui pro nostris partibus vobis exinde emiserit quodcumque causationes. si autem, sicut dictum est, taliter illut vobis non defensaberimus, aut si nos nostrisque eredibus quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illut vel exinde vobis vestrisque eredibus tollere aut contrare, vel aliquas causationes vobis exinde preposuerimus, tuc primum omnium questio et causatio nostra modis omnibus sit exinde tacita et bacua, et ad compositione siamus nos nostrisque eredibus obligati ad componendum vobis vestrisque eredibus centum solidos constantinos, et, sicut dictum est, per inbitis illut vobis defensemus; de alii vero hominibus licentiam et potestatem abeatis, cum quale monimen et rationem inde abere potueritis, bice nostra in omnibus inde causare et finem facere, et eos vobis defensare. et tibi totoni notario scribere precepimus. actum sacro nostro palatio. ego sichenolfus. ego petrus. ego adelferi me subscripsi. ego madelfreda. alia: in nomine domini quadragesimo secundo anno principatus domnì nostri gisolfi gloriosi principis, mense iunius secunda indictione. ego superius dictus gisolfus dibina protegente clementia princeps, sicut mihi congruum est, pro mangna fidelitate et optimo serbitio [1]), quod tu guaimari filius guaiferi et guaiferi filius guaimari nepotes mei mihi fecistis, propterea per anc cartulam dono adque ad semper abendum concedo et confirmo vobis aliquantum de rebus nostra, quam abemus ulter flubio tusciano per as fines: ab orientis fine sicut decurrit aqua, que dicitur pedocclosa: ab occidente fine bia que descendit ad mare: a septemtrionalis namque fine bia que venit a ponte predicti fluminis, ubi residentes fuit quidam strati serbum noster et quomo trabersat predicta pedoclosa: a meridie vero fine bia, que badit circa mare. ec vero rebus per supradicte fina totum et integra cum bice de biis suis et cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis trasactibus et a funditus illut vobis nominatis guaimari et guaiferi donabi, unde nullam mihi aut uxori mee, vel cuiquam hominibus, aut in quabis partibus exinde restitit aut dicimus remanere sortiones, set inclitum, qualiter superius dictum est, vobis concessimus et confirmabimus ad securiter et firmiter post meum obbitum vos et vestris eredibus inclitum illut abendum, possidendum, dominandum, et omnia exinde faciendum quod volueritis, absque omni contrarietate vel requisitione de meis heredibus, seu de partibus uxoris mee aut cuiuscumque hominibus. unde pro confirmandam et stabiliscendam ac mea donatione super ipsam optimam vestram fidelitatem, et maxima serbitia, iusta legem launegilt a vos exinde recepimus maniciones pario unum. finitoque nostra donatione per subsceptum lau-

[1]) Per haec verba Gisulfus memorare videtur quorundam factionum motus, quibus e Salernitano solio deiectus fuerat. Supervacaneum ducimus hic repetere, quae iam in Praefatione adnotavimus de Gisulfi captivitate in qua detinuerat Landolfus eius nepos, qui Salerni Principatu potitus erat.

negilt, ea quidem ratione obligo me ego superius dictus gisolfus domini misericordia princeps et meos heredes, omni tempore antistandum et defensandum vobis supra nominatis guaimari et guaiferi nepotibus nostris quam et ad vestris eredibus inclita supradicta nostra donatione, qualiter superius dictum est, a partihus uxoris mee et ab omnibus ominibus omnique partibus. et si taliter, ut superius dictum est. illut vobis non defensaberimus, vel si nos ipsis forsitans per quabis modis aut ingenium illud vel exinde vobis tollere aut contrare seu remobere quesierimus, ante omnia questio et causatio nostra modis omnibus sit exinde tacita et bacua, et centum auri solidos constantinianos vobis vestrisque heredibus ego et meos heredes componere promictimus et obligamus, et per inbitis illut vobis defensemus et adimpleamus omnia, qualiter superius legitur. quocumque enim tempore vos supra nominati guaimarius et guaiferius, aut eredes vestri volueritis per vos ipsis exinde auctores et defensores, potestatem vobis dedimus et licentiam nostra bice cum omnis monimen et rationes que exinde habere petueritis, in omnibus inde agere et perficere, quomodo aut qualiter volueritis et per vos ipsis inde exet auctores et defensores; oc tantum, ut diebus vite mee qui supra gisolfi frugium ex ipsa rebus ad meam manead potestatem, et post meum obitum integram omnia, quomodo et qualiter superius legitur, ad vestra vestrorumque heredum manead potestate, ut superius dictum est. et tali ordine tibi alderisi notario scribere precepimus in sacro nostro palatio. ego alfanus. ego petrus. ego grimoaldus. alia: in nomine domini septimo anno principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis, mense magius nona indictione. ego superius dictus paldolfus domini gratia princeps filius vone memorie domni paldolfi gloriosi principis declaro, quoniam ante os annos domnus gisolfus et domna gemma qui fuerunt vir et uxor, gloriosi principes adfiliaberunt me sibi in filio et tandem donaberunt et confirmaberunt mihi per firmam scriptionem que aput me retineo, omnes res suas in illo ordine, sicut eadem scriptio est continentem, que ante subscriptos notarios et testes hostedi. nunc quidem congruum michi est de rebus ipsis quos mihi ab ipsis domnus gisolfus et domna gemma pertinet, donare exinde guaimario comiti filio imperatorii [1]), et guaiferio comiti et thesaurario filio quondam guaimarii; et palamfacio ego mulier nomine gaitelgrima domini misericordia principissa uxor istius domni paldolfi gloriosi principis, quoniam alio die nostre copulationis traditum est mihi ab isto viro meo quartam partem ex omnibus rebus eius per meum scriptum morgincahp, et congruum est mihi eandem donatione per consensum et volumtatem predicti viri mei, in cuius mundium me subiacere palamfacio, et una cum illum perficere; hidcirco ego superius nominatus paldolfus domini gratia princeps et ego mulier nomine gaitelgrima domini gratia principissa

---

[1]) *Imperatorii*, unde nobilissima familia *Imperato* vel *Imperatore* nomen accepit. Ex Reg: Abb: Venerei lib: I et III de Familiis.

unianimiter parique consensum vone nostre volumtatis per anc cartulam nos iamdicti vir et uxor donamus adque ad semper abendum confirmamus vobis iamdictorum guaimario et guaiferio dilectis parentibus nostris de rebus nostra de tusciano ulter ipso flubio quas nobis ab ipsis domnus gisolfus et domna gemma, ut diximus, per as fines et mensuria: a meridie fine bia puplica, que pergit super litorem maris: ab occidente fine alia bia, que ascendit a mare ab ipsa sala nostra: de super a septemtrionem fine alia bia: a pars orientis fine ipsa pedoclosa et qualiter descendit et coniungit in suprascripta priore bia; et mensurare illut fecimus da ipsa bia da mare et usque ad ipsa bia, que est a septemtrionis mensuratum per ipsa bia que est a parte occidentis, et qualiter badit et revolbit ipsa bia et sunt passi mille quadingentos, et ipse passus abuit pedes quinque et medium, et ipsum pedem talem fuit, quantum ista cartula est in capite lata. ec vero predicta res per iamdictas fines et mensurias cum omnibus infra se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de bia sua trasactibus nomine et a fundito eos vobis iamdictorum guaimario et guaiferio donabimus; unde nullam nobis aut cuiquam hominibus, vel in quabis partibus exinde restitit aut dicimus remanere sortionem, set, sicut diximus, inclitum eos tibi donabimus ad securiter ac firmiter amodo et semper vos vestrisque heredibus illut abendum, dominandum, possidendum et omnia inde faciendum quod volueritis, absque omni nostra nostrorumque heredibus contrarietate vel requisitione. unde pro confirmandam et stabiliscendam ac nostra donatione, secundum legem recepimus a vos nominatis guaimario et guaiferio launegilt pannum sericum unum: finitoque launegilt ipsum aput nos ea ratione, per vona comvenientia obligamus nos vir et uxor et nostris filiis et heredes amodo et semper predicta nostra donatione, ut diximus, vobis vestrisque heredibus antistemus et defensemus da omnis homines, cui vel ubi per nos illut vel exinde datum, aut obligatum, seu tingnatum, vel manifestatum paruerit, et qui pro nostris partibus vobis vestrisque heredibus exinde emiserint qualescumque causationes. si autem, sicut dictum est, taliter eos vobis non defensaberimus, aut si nos nostrisque filiis et heredes quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illut vel exinde vobis vestrisque heredibus tollere, aut contrare seu remobere, vel aliquas causationes vobis inde preposuerimus; tuc primum omnium questio et causatio nostra modis omnibus sit exinde tacita et bacua, et ad compositiones siamus nos nostrisque heredibus obligati ad componendum vobis vestrisque eredibus mille auri solidos constantinos, et, sicut dictum est, per inbitis illut vobis defensemus: de aliis vero hominibus non queratis nos inde auctores abere, set vice nostra potestatem abeatis, cum quale monimen et rationem inde abere potueritis, in omnibus inde causare et finem facere et eos vobis defensare. et tibi totoni notario scribere iussimus in sacro nostro palatio. ego iohannes comes. ego maio. alia scriptio: in nomine domini septimo anno principatus domni paldolfi glorioso principe, mense iunius nona indictione. ante nos gaido et ademarius

iudices coniunti sunt domnus iohannes venerabili pontifes sancte sedis salernitane, et una cum illum adexet petrus iudex advocatorem ipsius episcopii et guaimarius comes filius quondam guaiferi, qui imperatus vocabat, et guaiferius comes filius quondam guaimari, propter rebus de tussciano ulter flubium tuscianum, unde iam ante os dies ipsi commitibus cum ipsum domnus episcopus causaberunt, ut hominibus ipsius episcopii malo hordine introissent in rebus illorum de finibus tusciano per as fines: av oriente, sicut decurrit aqua que dicitur pedoclosa: av occidente fine bia que descendit a mare: a septemtrionale fiue alia bia, qui venit a ponte predicti fluminis, ubi reseduit strati qui fuit serbum vone memorie domni gisolfi, et quomodo trabersat predicta pedoclosa: a meridie vero fine bia, qui badit circa mare, et fobee ibi fecissent, et frudium inde tulisset et rebus ipsa illorum contrasset. ipse domnus episcopus dixerat, ut rebus ipsa sui episcopii essent et rationem inde abere: ipsi comitibus similiter dixerant, ut de rebus ipsa per ipse finis rationem aberent, quomodo illorum essent pertinentes; et ipse petrus iudex pro bice ipsius episcopii cum ipsis commitibus guadiati fuerunt, ut ipse petrus iudex plicaret rationem, quod pars ipsius episcopii exinde abet, et ipsi comitibus plicaret similiter suam rationem, et secundum legem de rebus ipsa per ipsas fines inter se finem facerent. modo quidem ipse domnus episcopus et ipso suo advocatorem, et ipsi comitibus, sicut dictum est, ante nos sunt coniunti de rebus ipsa finem faciendum; et statim per ipsum domnus episcopus et predicto suo advocatorem hostensa est una cartula, et per ipsi comites ostensa est alia cartula. ipsa cartula, quam ipse domnus episcopus cum ipso suum advocatorem hostedit, continebat: anno quadragesimo quinto principatus domni gisolfi principis, et quarto anno principatus domne gemme uxori eius et supradicti domni paldolfi principis optato filio eorum, mense nobember sexta indictione. ipsi supradicti domnus gisolfus et domna gemma offeruerant iamdicto episcopio terris et casis frabite et lingnitie de intus hanc cibitate subtus porta rotense per finis et medietatem rebus illorum de dulicaria: simulque et offeruerant in iamdicto episcopio de rebus sua da flubio ipso tusciano usque ad aqua de laneum per as fines: a partibus occidentis fine ipso flubio tusciano: a meridie fine mare: ab oriente fine aqua de ipso laneo: a partibus septemtrionalis fine ipsius domne gemme, quod ei datum fuit per cartulam da adenolfus castaldus, qui riso vocatur, filio landenolfi comiti, et coniungente in ipso flubio tusciano. infra ipse finis nomnatibe sale et cassis frabitis et terris cum vineis et omnia quantum quantoque infra ipse finis quomodocumque per qualecumque ratione eorum fuit pertinentes abere, et erat aut fuerit, cum omnia intro se abentibus, et suis pertinentiis et cum bice de biis suis in ipso episcopio offeruerant; et cetera in eadem cartula continebat: scripta cartula ipsa per petrus notarius. ipsa cartula, quam ipsi comitibus hostederunt, continebat: quadragesimo secundo anno principatus exdicti domni gisolfi principis, mense iunius, secunda indictio.

ipse supradictus domnus gisolfus donaberat ipsorum guaimarii et guaiferii de rebus, quas abuerat ulter ipso flubio tusciano per ec finis: ab oriente fine, sicut decurrit ipsa aqua de ipsa pedoclosa: ab occiduo quoque fine ipsa bia, qui descendit ad mare: a septemtrionalis fine ipsa bia, qui venit da ipso ponte predicti fluminis, ubi ipse strati residentes fuit, et quomodo trabersat ipsa pedoclosa: a meridie fine ipsa bia, qui badit circa mare. per iste finis inclitum illut eorum donaberat cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis et cum bice de biis suis, et secundum legem receperat exinde ab illis maniciones pario unum launegilt. scripta cartula ipsa per alderisi notario, rovorata sufficienter. cum autem ambo supradicte cartule relecte fuerunt, interrogabimus ipsum domnus episcopum et predictum advocator, ut si per alia munimen et rationem pars sui episcopii abere voluerit infra ipse finis, que ipsa cartula ipsorum comitum continet, ostenderet illam nobis; illis autem manifestaberunt, ut per nulla munimen et rationem rebus ipsa per ipse finis abere voleret preter per ipsa cartula offertionis, que superius ostedit. nos qui supra iudicibus angnoscente quod ipsa cartula, quam ipsi comitibus ostederunt, anteriore esset de ipsa offertione, ideo iusta legem iudicabimus, ut amodo et in perpetuum ipsi guaimarius et guaiferius et illorum eredes rebus ipsa per ipse finis, que ipsa illorum cartula continet, securiter et firmiter eos aberent et possidere, et facere inde omnia, quod voluerint absque omni cuiuslibet contrarietate vel requisitione; et pro parte ipsorum comitum oc scribere fecimus te totonem notarium, qui interfuisti. ego qui supra gaido iudex. ego qui supra ademari iudex. cum autem tota supradicta monimina fuit relecta, interrogabimus ipsum guido, si aberet aliqua rationem de supradicta rebus, que supradicte scriptionibus continunt, qualiter fuisset guaimarii genitori eius abio de ipsi germani, hostendere illa, aut, si secundum lex potuerit firmare per homines, qualiter in rebus ipsa sortionem abere deberet: ipse guido dixit nullam rationem inde abere, neque per testimonia aliquit inde firmare potere, et nullum modum de rebus ipsa causare aut contendere potere, et ipsorum germani guaimari et guaiferi legibus exet pertinentes supradicta rebus per supradicta monimina, quam hostederunt. nos que supra iudices, dum taliter ipsum guido manifestante audibimus, ideo iusta legem iudicabimus, ut amodo et semper ipsi germani et illorum eredes rebus ipsa securiter aberent, faciendum quod voluerit absque omni contrarietate vel requisitionem ipsius guidoni et de eius heredes. et taliter pro parte ipsorum germani scribere fecimus te petrus notarius qui interfuisti.

† ego qui supra petrus iudex

† ego adenolfus

† ego guaiferius

† ego petrus

† ego ademari notarius me subscripsi

† ego petrus me subscripsi.

CCCLXIX.

A. D. 984.

† In nomine domini quarto anno principatus domni paldolfi gloriosus princeps, mense nobember tertiadecima indictione. Ideo que ego andreas genero domeneke monacha eo quod ante nobiliorum subscriptorum testium declaro me abere case intus civitatem abellino et rebus in loco baneo et per alia signula loca in finibus et pertinentiis de comitatum de abellino, pertinentem mihi da domeneca monacha, et da cecero filio ursi et per monimen. Modo quidem congruum mihi est integre ipse case de intus eodem civitatem abellini et ipsis rebus de iamdicto loco baneo et per alia signula loca cum ipsas moniminas, que de ipsis rebus et casis sunt pertinentem adque continentem, illum donare risi filio roderisi. Quapropter ego qui supra andreas, sicut mihi congruum est, vona etenim mea volumtatem et per eadem cartulam dono tibi risi integre ipse case mee de intus eadem civitatem abellini et integris ipsis rebus meis de iamdicto loco baneo et per alia signula loca in finibus et pertinentiis de comitatum de abellino cum integras ipsas moniminas, qui de ipsis rebus et casis sunt pertinentem adque continentem: tantum ad meam et de meis eredibus reserbo potestatem ipsis rebus meis de loco montorum; nam ipso alio totum adque integrum illos tibi donabit, et ipsis rebus, quod tibi donabit, ec sunt: curtis, ortalis, bineis et vinealis, castanieta, quercieta, cerreta, monte, plano, cultum adque incultum, casis et intrinsecus casis, omnia et in omnibus ubicumque de rebus et casis meis inbentum fuerit in abellino et in iamdicto loco baneo et per alia signula loca in finibus et pertinentiis de comitatu abellino, totum adque integrum illum tibi risi donabit, una cum inferius et superiusque, cum viis et anditis suis, cum aquis et cum omnibusque suis pertinentiis, et cum ipsas moniminas, que de ipsis rebus et casis sunt pertinentem adque continentem, ad semper abendum et possidendum tu et tuos eredes, et cui per vos datum vel alienatum esset paruerit et illorum eredibus, et faciendum exinde omnia, quomodo et qualiter volueritis sine contradictionem meam et de meis eredibus aliqua requisitionem. Et pro anc mea donationem confirmandum adque constabiliscendum continuo recepit a te iusta legem launegilt camisum unum, qui inter nobis combenit: finita est ipsa mea donatio, Et unde obligo me ego qui supra andreas, adque eredes meos obligo tibi risi et ad tuis eredibus, et cui a te datum esset paruerit, et ad illorum eredibus obligo me. Quod si aliquando tempore eadem meam donationem retornare aut remobere quesierimus per quacumque inbenta rationem aut si illut ego et meos eredes tibi et ad tuis eredibus, et cui per vos datum vel alienatum esset paruerit et ad illorum eredibus non defensa-

berimus ab omnibus ominibus ab omnibusque partibus et da ipsa uxore mea et qui pro parte eius exinde causaberit, non defensaberimus secundum langnobardorum legem, ideo ante omnia questio et causatio nostra vacua et tacita sint, et quinquaginta solidi aurei constantiniani ego et meos eredes tibi et ad tuis eredibus conponere obligamus et in antea per inbitis semper tacitis et contentis permaneamus per supradicta obligata pena, et defendimus illum tibi et ad tuis eredibus ego et meos eredes seo et ad illis ominibus, cui per vos datum vel alienatum esset paruerit, et ad illorum eredibus ab omnibus ominibus ab omnibusque partibus et da ipsa uxore mea et qui pro parte eius exinde causaberit per supradicta obligata pena secundum langnobardorum legem. Quod te iaquintus subdiaconus et notarius scribere rogabit in abellino, mense et indictione feliciter.

† ego adelhisi

† ego garardus.

CCCLXX.

A. D. 984.

† In nomine domini quarto anno principatus domni paldolfi gloriosus princeps, mense nobember tertiadecima indictione. Ideo que ego risus filius roderisi, qualiter ante nobiliorum subscriptorum testium clarefacio, quia de isto mense donabit mihi andrea genero domeneke ipse case sue de intus civitate abellini et ipsis rebus suis de loco baneo et per alia singnula loca in finibus et pertinentiis de comitatum de abellino cum integras ipsas moniminas, que de ipsis rebus et casis sunt pertinentes adque continentes, sicut una cartula mea continet, quod aput me firmatam reteneor. Modo quidem congruum mihi est integris ipsis rebus et casis, ut diximus, cum ipsa cartula, et cum ipsas moniminas que de ipsis rebus et casis sunt pertinentes adque continentes, illum donare petri filio petri. Quapropter ego qui supra risus, sicut mihi congruum est, vona etenim mea volumtatem et per eadem cartulam dono tibi petri de serino[1]) integris ipsis rebus et casis, ut diximus, cum ipsa cartula, et cum ipsas moniminas que de ipsis rebus et casis sunt pertinentes adque continentes; et ipsis rebus, ut diximus, ec sunt: curtis, ortalis, vineis, et vinealis, castanieta, quercieta, cerreta, escleta, monti, plano, cultum adque incultum, ubicumque de rebus et casis, que mihi pertinet, a supradicto andrea inbentus fuerit, totum adque inte-

---

[1]) *Serino*, pagus in Principatu Ulteriori.

grum illum tibi donabit ad semper abendum et possidendum tu quam et tuos eredes, et faciendum exinde omnia quod volueritis sine contradictionem meam et de meis eredibus aliqua requisitionem. Et pro anc meam donationem confirmandum adque constabiliscendum, continuo recepi a te iusta legem launegilt camisum unum quem inter nobis combenit. finita est ipsa mea donatio, Et unde obligo me ego qui supra risus, adque eredes meos obligo tibi petri et ad tuis eredibus obligo me. Quod si etc. *Sequitur textus ut in praecedenti documento.* Ideo firmam vobis tribuit licentiam, ut potestatem abeatis cum eis causare et contendere, et moniminas ipsas ad vos recolligere et pro defensionem abere, sicuti nos facere debuissemus, et securiter possidete, et omnem conbenientiam vet diffinitionem quod inde feceritis, stabilem esset permaneat sine contradictionem meam et de meis eredibus aliqua requisitionem per supradicta obligata pena. Quod te iaquintus subdiaconus et notarius scribere rogabit in abellino, mense et indictione feliciter.

† ego adelhisi

† ego garardus.

CCCLXXI.

A. D. 984.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni filio eius gloriosi principibus, mense december tertiadecima indictione. Ideo que nos, hi sumus stephanus filius maioni de locum tostazzu finibus nucerie, quam et ego mulier nomine maralda et uxor sum predicti stephani quoniam declarati sumus, quia non habemus filium nec masculum nec femina, qui nobis hereditare aut succedere debeat; modo quidem, sicut domino placuit et nobis dominus inspiravit, pro amore omnipotenti deo et salvationis et redemtionis hanime nostre, ante presentia leoni iudici et subscripti boni hominibus, bone nostre bolumptatis, per hanc cartula pro cristi et salvatori nostra misericordiam et pro salutis hanime nostre et nostris parentibus, offeruimus nos ambo nominati stephanus et maralda vir et uxor unanimiter parique consensum in hecclesia vocabulum sancti martini, qui dedicatum et fundatum est intus ipsa firmitate noba nucerina de ipsum monticellum, tota et inclita ipsa rebus nostra, quem habemus in dictum locum tostazzu cum arbustis vitatis et castanietum, quantum nobis est pertinentem, que est nostra sortionem de ipse tribus pecie de terra; duo cum arbusti vitatis, et una cum castanietum et aliis arboribus suis. prima pecia cum arbustis vitatis, que est in locum tostazzu, ubi proprio toppi et genucianu dicitur, habet finis: a pars semptemtrionis fine via publica: a pars orientis

fine terra sancti laurentii et perexet usque in fine que fuit odelchisi diaconi, quod modo retinet et dominat dominicus presbiter filius cunari: a pars meridie fine ipsius dominici presbiteri: a pars occidentis fine de heredes dauferi qui fuit castaldus. secunda pecia cum arbustis vitatis in dictum locum tostazzu, ubi proprio cannitu dicitur, habet finis: a pars orientis fine via publica: a pars meridie fine terra domnica: a pars occidentis fine cennami filius ciceri: a pars septemtrionalis fine de heredes gualprandi, quod modo retinent et dominant maraldus subdiaconus filius petri. ipsa tertia pecia de terra cum castanietum in eodem locum tostazzu abet finis: de supter parte a septemtrione fine via publica, que pergit ad stavi: a pars occidentis fine terra sancti quirici: de super a pars meridie, quomodo serra de ipsum munticellu discernit, fine terra sancte marie plevis de nuceria: a pars orientis fine terra domnica. de ista supradicta tres clausora, quomodo superius finis posite sunt, cum finis et vice de vie sue et cum omnia infra se habentibus, trasactibus nomen et a funditus inclitam quartam partem infra supradicte finis in prephata hecclesia sancti martini offeruimus; in tali ratione, ut amodo et semper ipsa iamdicta hecclesia et eiusque rectores ipsa supradicta rebus quod in eadem hecclesia offeruimus, eos habendum, dominandum, possidendum, et de ipso frugium omnia exinde semper faciendum quod voluerit. quam et per bonam convenientiam et sua bona volumptate guadia dedit cicerus, qui est uterinus germanus meus petri presbiteri filius amati qui est rector et custos ipsius hecclesie ipsius sancti martini, et mediatorem ei posuit berenardus filius iaquinti de locum torriccle; tali ordine, ut per nullis modis vel rationibus querant ipsa nostra offertione removere aut contrare; et si eos removere seu contrare voluerit per quabis rationibus, ut de potestate de ipsa hecclesia et de eius rectores eos tollere quesierit aut presumpserit, obligavit se ipse cicerus germanus meus et suos heredes per ipsa eadem guadia, ad componendum ad predicta hecclesia vel ad eius rectores viginti aurei solidi constantiniani, et per invitis taciti et vacui exinde permaneant omni tempore, et predicta nostra offertione omni tempore firmiter et securiter habeant ipsa iamdicta ecclesia sancti martini et eius rectores; ex qua promisimus et obligavimus nos nominati stefanus et maralda vir et uxor, et nostris heredibus ipsa supradicta rebus in prephata hecclesia sancti martini et ad eiusque rectores predicta rebus, quod ibidem offeruimus, antistandum et defensandum ab omnibus hominibus. quod si etc. *Statuta multa viginti aureorum solidorum constantinianorum.* Si autem ipsa supradicta rebus que est nostra offertione, pars de episcopio aut de dominiis ipsius hecclesie eos tollere aut contrare voluerit ipso frugium de ipsa supradicta rebus, ut de potestate de ipso sacerdote siad distractum, tunc presentaliter ipsa supradicta rebus cum ipso frugium redeant ad potestatem de nostris heredibus; et ubi ad potestatem de nostris heredibus redierit, semper per ista cartula ipsa supradicta rebus cum ipso frugium omni tempore redeant ad potestatem de ipsum rectorem eiusque hecclesie, qui in eadem ecclesia officiaverit et regimen

exinde habuerit, et ad prephatam hecclesiam, ad eos semper habendum in predicta ratione ipsa hecclesia sancti martini et eius rectores. quam te guisonem notarium scribere rogavimus. actum nuceria.

† ego qui supra leo

† ego iohannes presbiter

† ego petrus diaconus


† ego iochardus.

CCCLXXII.

A. D. 984.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filii gloriosi principibus, mense december tertiadecima indictione. Memoratorium factu a me martinus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi una cum guaiferius castaldus advocator et unum de dominium predicte ecclesie tradidimus ad tenendum et casa faciendum costantini atrianense filio quondam costantini ante subscripti testes terra pertinente predicte ecclesie intus anc salernitanam cibitate a suptus ipsa ecclesia sancti maximi, que coniunta est ad furnum pertinente ipsius nostre ecclesie infra ec finis et mensuria : ab occidente fine andito conmunalis, et inde sunt pedes biginti septe et summisse: et de supter a meridie fine terra predicte ecclesie, et inde sunt alii biginti septem pedes et summisse: het ab oriente fine terra predicte ecclesie in quo ipso furnum abemus, et inde sunt pedes decem et octo et summisse: et de super fine terra predicte nostre ecclesie in quo puteum abemus, et per eadem fine predicte ecclesie rebolbentem in pars septemtrionis et coniungente ad anditum predicte ecclesie, et per ipso anditum periente et coniungente usque ad ipsum priorem anditum, et sunt per ipso anditum pedes quadtuordecim et summisse, totum mensuratum per manum meam qui supra abati, que est de latitudine quantum ista cartula in capite lata est [1]). ec tota et inclita ipsa rebus per iamdicte finis et mensurie nos ei tradidimus per iupsione supradictorum gloriosi principibus, qui sunt dominii de ipsa ecclesia, in tali ordine, ut potestatem abeant ille et eius eredes et omines quam illis ibidem miserit, incli-

[1]) Mensura huius membranae metro aequiparata, constat triginta quinque centimetris.



tam ipsa terra sue potestatis tenere et dominare, et fobee et casa ibidem facere, et ibidem resi-dere et abitare, et sue utilitatis ibidem facere iusta ratione amodo et usque biginti quadtuor anni conpleti. unde sua bolumtate ipse costantinus guadia mihi dedit et mediatores mihi posuit falco calzolario filio leoni; et per ipsa guadia obligabit se suoque eredes, ut usque ibsi biginti quadtuor anni conpleti inclitum illut sue potestatis tenere, et pro censum de ipsa terra per omnis annum dare mihi vel in pars predicte ecclesie duo auri tari boni pesanti. ad completi ipsi viginti quad-tuor anni liceat illis vel illorum eredibus exinde disturbare tota ipsa casa, et exutere [1]) exinde tota ipsa lignamina cum omnis sua causa que ibi abuerit, et portaret illut ubique boluerit asque omni requisitione het contrarietate nostra et de pars predicte nostre ecclesie; et tota ipsa terra vacua rebertas ad potestate predicte ecclesie. quod si aliquit, de quomodo superius legitur, que-sierit remobere aut contrare et taliter omnia suprascripta mihi vel in pars predicte ecclesie non adimpleverith, tunc per ipsa guadia componere obligabit se suosque eredes mihi vel in pars pre-dicte nostre ecclesie centum auri solidos costantinos. Quod scripsit ego ursu notarius qui in-terfui.

† ego ragemprandus me subscripsi

† ego teudericus me subscripsi

† ego ioannes.

CCCLXXIII.

A. D. 985.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri iohanni et domni widoni eius filii gloriosi principibus, mense februarius tertiadecima indictione. ante me petrus iudex coniunti sunt domnus martinus venerabile presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, una cum eum exet waiferius qui est adbocator et unum de domini ipsius ecclesie, et petrus filius benedicti monachi et maghenolfus filius ciceri, qui sunt avitatores de locum rota, ad faciendum inter se finem de terra cum abellanietum de ipsa fine rotense locum ubi dicitur pulbiciano, quod a pars ipsius ecclesie ad pastenandum datum fuit ipsorum maghenolfi et petri, unde per ipsi maghenol-fus et petrus ostensum fuit unum brebem, qualiter per ipsum abbatem et truppoaldus filius maioni et romoaldus adbocatorem eundem ecclesie dedit illorum ipsa terra predicte ecclesie de ipso locum pulbiciano et clianu per finis: de una parte fine bia: de alia parte ab oriente fine pre-

[1]) *Exutere*, pro *excutere*.

dicte ecclesie, sicut ballitellu dixcernit: de subtus fine quod retinuit truppoaldus sculdais, sicut ballitellu dixcernit et termines ficti sunt: ab occidentis fine, quod retinunt filii petri et ipse petrus, sicut aliquantum limite et termines discernit. per ipse finis funditus illut eorum tradiderunt ad usque decem anni completi illorum exet potestate illut tenendum et pastenandum abellanietum; et ad completi ipsi decem anni illis et suis heredibus aberet in tota ipsa terra intro ipse finis factum et operatum abellanietum, sicut de tantos annos meruerit ut bene paread laboratum et cultatum; et da completi ipsi decem anni in antea omni tempore illis suisque heredibus illum laborare, et cultare, et salbum facere, et colligere, et abellane ipse secchare, et tertiam partem inde dare ad pars ipsius ecclesie. et quando da ipsi decem anni in antea illis boluerit ipso abellanietum dividere, in tertiam partem eos dividere: pars ipsius ecclesie tolleret exinde due sortis, et illorum traderet exinde tertiam partem cum bice de bia sua; sic tamen, ut nec illis nec suis heredibus non aberet potestate cuicumque eos dare; et si eos daturo abuerit, facere inde scire pars ipsius ecclesie pro illut tollendum per tertio constitutum de duodecim in duodecim dies usque dies triginta sex. et si infra ipsa constituta noluerit illut tollere ad iusto baliente pretium, tunc post ipsa constituta liceret illis eos dare cui boluerit; nam si infra ipsa constituta cuicumque quomodocumque illut dederit sine licentia ipsius ecclesie, absque pretium reberteret ad potestate ipsius ecclesie. et si de ac terra salernitana exierit aliubi abitandum, inclita rebus ipsa rebertere ad potestate ipsius ecclesie; et si infra tribus anni rebersi fuerit ic ad abitandum, inclita ipsa sortionem suam de predicta rebus reberteret ad illorum potestate abendum in predicta ratione. et cum fuit relecto ipsum brebem, sicut supra diximus, et aliut continebad: scriptum per constantinus notarius et roboratum sufficienter. et per ipsum abbatem hostensum fuit alium brebem continentem similiter, quod ipsi petrus et maghenolfus hemiserunt in predicta ecclesia, et constitutum quam ipsi brevi continunt, de ipsa pastenatione transiit, et ipse abbas cum illis in causationes fuit, ut non illis completum aberet de supradicta terra, sicut hobligati sunt. et dum ex oc inter se contentiones abentes, perbenierunt exinde ad combenientia, ut ipsi petrus et maghenolfus et illorum heredes aberet supradicta rebus per supradicte finis per hec mensuria: ab ipsa fine da oriente passi octuaginta octo: ad ipsa bia passi quinquaginta quadtuor et pedes quadtuor et summisse: et a pars sebtemtrionalis passi quadraginta unum et pedes duo: et a pars occidentis passos nonaginta duo, totum ad iusto passum. per ista mensuria totum et inclitum amodo et usque decem anni tenerent ad suam potestate ipsi petrus et maghenolfus et illorum heredes, et omnis sue hutilitati ividem facere, et totum ipso abellannietum arare et cultare et salbum facere, et temporibus suis colligere et secchare, et tertiam partem inde dare ad pars ipsius ecclesie cum tertiam partem de poma, qui ividem per tempore fuerit; et de quod ividem seminaberit, deant exinde terraticum ad pars ipsius ecclesie

secundum consuetudinem de ipso locum. ad completi ipsi decem anni aberet in tota ipsa terra per supradicta mensuria factum et operatum abellanietum, ut bene paread laboratum et factum ; et si boluerint illos dividere cum pars ipsius ecclesie , facere inde scire ipsum abbatem vel eius subcessores, et illis et illorum heredes totumque ipso abellanietum dividerent rationabiliter in tertiam parte : pars ipsius ecclesie tollere exinde due sortis, et illorum traderent reliquam tertiam partem, abendum omni tempore illis et suis heredibus illam hobligata in ipsa ecclesia, sicut supra legitur. et si noluerint illut dividere, omni tempore, dum illis et suis heredibus boluerint, eos tenere ad suam potestate, et temporibus suis illut laborare et studiare, sicut meruerit, ut bene paread factum; et per tempore ipse abellane et poma, que ividem fuerit, colligere et ipse abellane seccha et tertiam partem inde et de ipsa poma dare ad pars ipsius ecclesie in ipso locum. similiter et de quod ividem seminaberint, deant exinde terraticum ad pars ipsius ecclesie, sicut supradictum est. et a quo da ipsi decem anni in antea non boluerint illis et suis heredibus eos tenere et abere per supradicto hordine et boluerint eos dividere, sicut supra legitur, facere inde scire pars ipsius ecclesie, et sic eos dividere, sicut supra dictum est, in tertiam partem, abendum illis et suis heredibus ipsa tertiam partem hobligata in ipsa ecclesia, sicut supra legitur; et pars ipsius ecclesie semper defensaret illorum et ad illorum heredes ipsa tertiam partem cum bice de bia sua da omnis homines; et amodo et dum non fuerit supradicta rebus divisa, sicut supra legitur, ipsa abbas et eius subcessores tota supradicta rebus defensaret illorum et ad illorum heredes cum bice de bia sua da omnis homines omnique partibus. unde de omnia suprascripta ipse abbas et eius subcessores ipsorum petri et maghenolfi et ad illorum heredes adimplendum, per bona combenientia wadia illorum dedit una cum ipsum waiferium, et mediatorem eorum posui petrus presbiter filius rodelghisi presbiteri; et per ipsa wadia hobligabit se et suis subcessoribus, ut si aliquit, de quod superius legitur, quesierint remobere aut contrare et talia non adimpleberint, componere hobligabit se et suis subcessoribus illorum vel ad illorum heredibus quinquaginta auri solidos constantinos. et per supradicta wadia hobligavimus nos et nostris heredibus amodo et semper, dum supradicta rebus tenuerimus per supradicto ordine, quando pars ipsius ecclesie direxerit illuc missum suum pro recipiendum supradicta sua sortione de ipse abellane et poma et terraticum, demus ad missum ipsius ecclesie, dum inde ividem fuerit, manducare et bibere secundum nostram possivilitate et illius fuerit mensura. et pro parte ipsorum maghenolfi et petri scribere fecimus te alderissi notarium qui interfuisti.

† ego qui supra petrus iudex

† ego qui supra martinus presbiter et abba

† ego qui supra guaiferius.

deus in nomine.

CCCLXXIV.

A. D. 985.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense martius tertiadecima indictione. ideo que ego petrus filius quondam truppoaldi clarefacio abere rebus intus anc salernitanam civitatem et foras locis ubi dicitur liciniano et sepi et trivio, et congruum est mihi exinde venumdare ursi genero meus et filio iaquinti. interea ego superius nominatus petrus, sicut mihi congruum est mea vona volumtate per an cartulam venumdedit tivi nominato ursi tertiam portionem de omnibus rebus substantiis meis stavile, quantum mihi fuit et est pertinentes a pars ipsius genitori meo vel undecumque intus predicta civitate et per ipsis locis, in oc ordine, ut omnis supradicta rebus mea siad divisa in quartam portionem, ut mulier nomine miranda filia mea, que est uxore tua que ursi, tollant et abeant inde quartam portionem, qualiter a genetrice sua, que fuit uxor mea, ei iudicatum fuit, sicut scriptum ille est continentem, quem exinde firmatum abet; et de ipse alie tres sortionis, quem inde remanserit, tollat exinde quarta sua mulier nomine maranta uxore mea; et de ipso aliut sic inclita tertiam parte tivi exinde venumdedi ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuisque heredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum que volueritis. et pro confirmandam etc: *Statuta conventione per aureos solidos tarenorum viginti octo: interposito mediatore Maione filio quondam Grimoaldi. Qui vero pacta non servet, tenetur solvere duplum pretium.* tantum non queratis diebus vite mee tollere de casa fabrita solarata, ubi ego modo residentes sum, set abeatis vestre potestatis terra cum casa lingnitia ibique, que coniunta est a pars orientis cum platea, et a pars septemtrionalis ad alia platea, et post meum obitum sic permanead, quomodo superius dissimus, lavori qui in ipsa terra seminatum abet oc annum, nostre abeamus illut potestatis ipsa quarta, quem ipsa miranda tollere debet de ipsa rebus de foras, amodo et usque duos annos frudium, qui inde exierit, dividamus illut inter nos: ipsa miranda tollat inde medietatem, et nos medietatem; et da ipsi duos anni in antea inclita ipsa quarta de ipsa rebus stavile et movile ad potestatem eidem filie mee et de eius heredes rebertar per supradicta guadia et obligata pena; et si ipsa nostra vindictione illam datura abueritis, ut de vestra potestatem exet distractum, non abeatis potestatem cuicumque illut dare preter mihi aut iohanni germani mei et ad nostris eredibus, dandum inde vobis quadtuor solidos minus iusto baliente pretium, et faciatis nos inde scire per tertio constitutum usque dies triginta sex; et si

infra ipsa constituta noluerimus illut emere, postea licead vos illut dare cui volueritis, tantum de ipsa rebus scepto de liciniano illut, quod ipse genitor meus offeruit in ecclesia sancti eustasii nostra pertinentem, latitudo quadraginta passi, et longitudo da via, que est in pars orientis usque alia via que est in pars occidentis; nam totum ipso aliut sic permanead, sicut superius dissimus. et tali ordine te radoaldus notarius scribere rogavimus. actum salerno.

† ego iohannes me subscripsi

† ego Constantinus notarius me subscripsi

† ego romoaldus.

CCCLXXV.

A. D. 985.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense martius tertiadecima indictione. ideoque ego amatus filius ermengari clarefacio, quoniam per firma cartula venumdedit mihi gualprandus filius leonis et mira genetrice eius terra cum castanietum in locum casiniano [1]) per finis: de uno latere fine medio ballone; de uno capite fine guisoni filii grisemari, quomodo termiti ficti sunt; de alio latere et de alio capite fine ipsius guisoni, quomodo termiti et signaite discernunt. clauso isto, qualiter superius finis posite sunt, medietatem cum omnis arboribus et cum omnia infra se habentibus mihi venumdederunt ipsi gualprandus et mira, et ipsa alia medietate mihi pertinet da ipsum ermengari genitorem meum; et mensuravimus tota rebus ipsa, et est a parte de ipso ballone passi octuaginta, et de alia parte est de longitudo passi centum octo: de super parte passi triginta sex, et in medio locum latitudo passi alii triginta sex, et de supter parte passi biginti quadtuor, totum ad iusto passum homini mensuratum, et congruum est mihi iamdicti amati totum et inclitum illut per iamdicte finis et mensurie venumdare. et ideo ego iamdictus amatus mea volumtate per absolutionem supradicti gloriosi principis venumdedit atque ad semper habendum confirmavit per anc cartulam tibi ciceri filio adi et leoni filio iohanni tota et inclita supradicta rebus per supradicte finis et mensurie cum omnia intro se habentibus et suis pertinentiis et cum bice de bia sua: tibi iamdicti ciceri medietatem, et tibi leoni ipsa alia medie-

[1]) *Casiniano*, apud Nuceriam.

tate, ad securiter ac firmiter amodo et semper vos vestrisque heredibus eos habendum, dominandum, possidendum, omnia inde faciendum quod volueritis. unde pro confirmandam et stabiliscendam anc nostra vindictione a presentis recepi a te predictus cicerus bice tua et pro bice ipsius leoni decem auri tari boni et medium in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit. de qua ego iamdictus amatus per vona combenientia guadia tibi iamdicti ciceri bice tua et bice ipsius leoni dedi et mediatorem me ipsum tibi posuit; et per ipsa guadia obligabit me meique filiis et heredes amodo et semper antistandum et defensandum vobis iamdicti ciceri et leoni et ad vestris heredibus inclita ipsa predicta nostra bindictione da omnis homines omnique partibus. et si taliter etc: *Statuta poena decem aureorum solidorum constant:* et pro vestra securitate dedimus vobis ad defensione habendum ipsa cartula, qualiter ipse gualprandus et mira mihi emiserunt de ipsa medietate infra ipse finis tali tinore, ut, quando volueritis per vos ipsis esse auctores de supradicta nostra vindictione, potestatem habeatis bice nostra cum supradicta cartula et cum quale alia ratione inde habueritis, in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis. nam quando nos quesieritis inde habere auctores, remittite aput nos salba ipsa cartula, et nos nostrisque filiis et heredes defensemus et adimpleamus vobis vestrisque heredibus omnia, quantum et quomodo superius legitur; et post finem factam remittamus cartula ipsa aput vos ad abendum in iamdicta ratione. et taliter scribere rogabimus te iaquintus notarius. actum salerno ante presentia petri iudici, quem vindictio ista, sicut supra legitur, vobis fecimus. et taliter supiungere rogabimus te superius dictus iaquintus notarius.

† ego qui supra petrus iudex.

CCCLXXVI.

A. D. 985.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni filio eius gloriosi principibus, mense magius tertiadecima indictione. ideo que nos, hi sumus falco filius fasani, et iohannes filius corbini, et mirandus et petrus germani filii maraldi, et maio et madelfreda germani filii madelmi, qui sumus toti fratres et sortifices in una hereditate, de sicut nobis congruum est bone nostre volumptatis, ante subscripti testes pro cristi et salvatori nostro misericordia, quam et pro remedium salutis hanime nostre et de nostris parentibus, per hanc cartula offeruimus nos toti suprascripti fratres in hecclesia vocabulum sancti adiutoris, quem nos renobabimus et dedicavimus in rebus nostra de locum pucianu nostrisque pertinentiis subtus

monte levinu una pecia de terra nostra cum arbustis vitatis, quem habemus in dictum locum pucianu, que abet finis et mensurie: a pars occidentis fine via antica, sunt inde per mensuria longitudo passi sexaginta unum: a pars meridie fine iohanni sartori filius sergi sartori, sunt inde latitudo passi viginti quadtuor: a pars orientis fine terra sancte marie, sunt inde longitudo passi quinquaginta octo: de subter parte a septemtrione fine nostra supradicti fratres, sunt inde latitudo passi triginta quinque et medium, ad iusto passum hominis mensuratum. hec vero clausum, qualiter superius finis posites et mensuria ipsa percurrit, cum proprie finis et vice de via sua et cum omnia infra se habentibus trasactibus nomen a funditus illos in prephata hecclesia sancti adiutoris offeruimus in tali ratione, ut amodo et semper ipsa iamdicta hecclesia, et eiusque rectoribus, sibe presbiter, sibe monachis, eos habendum, dominandum, possidendum, et de ipso frugium faciendum omnia, quod voluerit. ex qua promisimus et obligavimus nos nominati falco, iohannes, mirandus, petrus, maio, madelfreda et nostris heredibus predicta nostra offertione in prephata hecclesia et ad eius rectoribus defensandum a partibus de uxoribus nostre et da omnis homines omnique partibus. quod si minime etc. *Qui pacta non servet, tenetur solvere viginti aureos solidos constantinianos.* si autem ipsa nostra offertionem pars episcopii subtraere quesierit de potestate de illo rectores, qui in eadem ecclesia officiaverit et regimen exinde habuerit, ut de eius potestate siad distractum, tunc presentaliter redeat ad potestatem de nostris heredibus, et per ista cartula semper redeant ipso frugium de ipsa eadem rebus ad potestatem ad vivendum ad ipso rectores, qui in eadem hecclesia officiaverit et regimen exinde habuerit in predicta ratione. quam te guisonem notarium scribere rogavimus. actum nuceria.

† ego petrus diaconus

† ego iochardus

† ego ioannes.

CCCLXXVII.

A. D. 985.

† In nomine domini secundo anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni filii eius gloriosi principibus, mense iunius, sexta die intrante, tertiadecima indictione. ante me ademari iudex coniunti sunt causatores ligori atrianense filius iohanni et ursus atrianense filius mauri, ad faciendum inter se finem de terra cum casa fabrita et terra vacua ibi coniunta intus hanc salernitanam cibitatem in vico sancte trefomee a suptus ripa que ibidem

est, unde ante os dies ipse ligori cum ipsum ursus causabit, ut malo ordine intrasset in rebus et casis eius de intus hanc salernitanam cibitatem in vico sancte trefomee a suptus ipsa ripa, et fobee ibi fecisset, et ipsa rebus et casis ei contrasset. ipse ursus respondidit dicendum, tenere terras et casis intus ec cibitate in vico sancte trefomee et a suptus ipsa ripa, set nescire de quale terris et casis cum eum causabit, et inter se fuerunt guadiati pariter pergere super ipse terris et casis cum iudicem et notarium; et ipse ligori monstrare ei de quale terris et casis cum eum causabit, et per partes plicarent se cum suis rationibus et iusta legem inter se exinde finem facere. nunc autem super ipse terris et casis perrexerunt, et ipse ligori ipse terris et casis ei monstrabit; unde ipse ligori ostedit unum scriptum sigillatum, et ipse ursus ostedit unum alium scriptum, et per partes manifestaberunt, ut plus monimen exinde non abere. primum quidem relegere fecimus ipso scriptum sigillatum quod ipse ligori ostedit; continebat, qualiter domnus paldolfus et paldolfus principibus concesserat ligori atrianense filio quondam iohanni terra vacua in ipsa ripa de intus hanc salernitanam cibitatem pertinentem palatio in vico sancte trefomee a super casa eius per finis: ab oriente fine eius et leoni germani sui, et per ipsa fine saliente usque ipsa ripa maiore: a septentrionalis fine ipsa ripa: ab occidente similiter fine eius: a meridie fine iohanni atrianense qui dicitur spiczacanzone et de germano eius; cessante a casa eorum pedes quadtuordecim, et per eadem fine exiente et coniungente ad fine ipsius ligori, per ipse finis inclitum illut ipsius ligori concesserat; et aliut ibi continebat. ipso scriptum quam ipse ursus ostedit, clarificabat: quadragesimo octabo anno principatus domni guaimarii principis et octabo anno principatus domni gisolfi eius filio, mense iunius tertiadecima indictione. bonus diaconus et abbas ecclesie sancti petri cappella palatii et ursus presbiter et notarius advocator eius, ante presentia dauferi et radelgrimi iudicibus coniunti fuerat cum maurus atrianense filio iohanni qui vocatur spiczacanzone, ad faciendum inter se finem de terra et casa et terra vacua uno teniente de intus salernitanam cibitatem in vico sancte trefomie, ubi ipse maurus cum mastalo germano suo residentes erat, unde ipse bonus abbas cum iamdicto suum advocatorem cum prefatus mauro causaberat, ut tota ipsa casa, sicut edificata est, et ipsa terra vacua pertinentes esset ecclesie sancti mihaelis que supiecta est in ipsa cappella, et inter se fuerant guadiati per partes inde ratione ostendere, et finem inter se exinde facere; et iterum ante presentia eorum fuerat coniunti, et ipsi prefati iudicibus interrogaberat ipsum bonus abba et predicto suum advocatorem, quale ratione inde habere, eam ostendere; unde ipse bonus abbas cum iamdicto suum advocatore manifestaverat, ut pars ipsius ecclesie nulla monimen inde non abere, set tantummodo censum exinde dedisset ipse genitor predicti mauri, et ipse maurus in pars ipsius ecclesie. ipse maurus dixerat, ut ille et ipse genitor eius per triginta annos illut tenuisset, et nullam censum inde in pars ipsius ecclesie

dedisset, et inter eis iudicatum fuerat, ut ipse maurus secundum legem iurare, ut ipsa casa, sicut edificata est, et ipsa terra vacua ille et ipse genitor eius per triginta annos possedissent, et nullum censum ad pars ipsius ecclesie inde dedisset, et pariter super ipsa terra et casa perrexerant et monstraberat ipse maurus ipsa casa, sicuti edificata erat da andito qui est a foris ipso pariete de fronte de ipsa casa et pergit usque alio andito, per mensuria pedes quadraginta quinque et de longitudo usque ipsa ripa et de super fine ipsa ripa, et inde pedes quadraginta quinque. de hec vero terra et casa, qualiter edificata erat, ipse maurus iuraberat ad sancta dei evbangelia et dixerat, quia ipsa casa, sicut monstrabit et edificata est cum solo terre et sedimen suam, et ipsa terra vacua cum ambus andita per ipse finis et mensurie, sicut mensurata fuit ad manum ipsius dauferii iudici, sic illas ille et ipse genitor eius per triginta annos possedisset et dominasset, et nullam censum in partibus ipsius ecclesie inde dedisset; et ipse abbas cum ipso suo advocatorem per susceptum launegilt ad aliis sacramentale eius ipsa sacramenta donabit, et ipsi nominati iudicibus, dum taliter ipsum maurus iurantem audierat, iudicaberat, ut omni tempore ipsi nominati maurus et mastalo et eorum heredibus predicta casa et terra per ipse finis et mensuriis securiter abere et possidere sine contrarietate pars ipsius ecclesie et de eius rectoribus; et aliut continebat ipse scriptum, et scriptum erat per iohannes notarius, et ibidem erat scripti dauferius et radelgrimus iudicibus, et petrus notarius, et ipse ursus presbiter et notarius. cum autem ipsa scriptora fuerunt relecta, dixit ipse ligori, ut ipse scriptum, quam ipse ursus ostedit, falsum esse, et ipsa terra cum casa, que ipsum scriptum ipsius ursi continet, nunquam ille tenuisset aut dominasset. unde interrogabi ipsum ligori, si potuerit per testimonia aut per qualibet rationem firmare, qualiter ille ipsa terra et casa tenuisset aut dominasset. ille autem manifestabit, talia facere non potere: ipse ursus dixit, ut ipso scriptum quam ostedit, veracem esse, et iusta legem illum adverare potere. Unde inter eis iudicabi et utrisque illis guadiare feci, ut ipse ligori parare evbangelia et ipse ursus iusta legem adverare ipso scriptum quam ostedit, et in ipsum sacramentum firmare, ut ipsa terra et casa per expleta possessione tenuisset et dominasset; et ubi taliter inde iuraberit, tunc ipse ursus et eius heredes omni tempore tota suprascripta terra cum casa per ipse finis et mensuriis, que ipse scriptum eius continet, securiter et firmiter illut abere et possidere, et facere exinde omnia quod volere sine contrarietate vel requisitione ipsius ligori et de eius heredes; unde ipse ligori posuit mediatorem ursus atrianensis, qui dicitur boccabitellu, et ipse ursus posuit mediatorem ursus filius mauri. et taliter scribere fecimus te aghenardus notarius qui interfuisti.

† ego qui supra ademari iudex.

A tergo huius membranae haec sequuntur.

† Cum autem ipse scriptionibus fuerunt relecte, dixit ipse ligori, ut ipso scriptum quam

ipse ursus ostedit, falsum esse et tota ipsa terra et casa per ipse finis et mensurie quam ipso scriptum continet, nec tenuisset aut dominasset. unde interrogabi ego superius dictus iudex ipsum ursus supsoscriptum, sicut continet, iusta legem adverare potere: ipse ursus dixit, ut in omnibus, sicut continet, veraces esse et illum adverare potere. nos superius nominatus iudex iusta legem iudicabi et utrisque illis guadiare feci, ut ipse ligori parare sancta dei evbangelia, et ipse ursus secundum legem iurare, ut in omnibus, sicut continet ipso scriptum, veracem esse, et ipsa terra et casa per ipse finis et mensurie tenuisset et dominasset; et ubi taliter iusta legem cum suis parentibus exinde iuraberit ipse ursus, tunc ipse ursus et eius eredes omni tempore tota et inclita ipsa terra et casa per ipse finis et mensurie, que ipso scriptum continet, securiter et firmiter abere et possidere, et facere exinde omnia quod voluerit, sine contrarietate vel requisitione ipsius ligori et de eius heredes.

CCCLXXVIII.

A. D. 986.

† In nomine domini tertio anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius quartadecima indictione. memoratorium factu a nobis mulier nomine blactu filia quondam rodelgardi clerici relicta ursi et sergi, qui sumus mater et filia, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidimus ad tenendum et laborandum sassi filio donoaldi de locum pasciano tota et inclita omnis rebus mea que mulieri de predicto locum pasciano, quem mihi pertinet da ipsum rodelgardu clerico, qui sunt terris cum arbusta et insiteta et castanieta et bacuum qui est tota rebus ipsa per ec finis et mensuria: a pars meridie fine medio ballone, et sunt passi centum octuaginta: a parte occidentis fine nostra et de consortibus nostris, inde passi centum biginti quadtuor: et de alia pars similiter fine nostra, et inde sunt passi centum triginta duo et gubitum: a pars orientis fine sicut limite discernit, inde sunt passi centum quadtuor; et da inde rebolbente in pars orientis rectum passi triginta, et da inde abiente et rebolbente in pars meridie sicut medio poiu discernit, et coniungente in ballone sunt passi sexaginta duo, et per ipso ballone abiente et exiente et coniungente in ipso priore ballone sunt passi quinquaginta, totum mensuratum ad iusto passum omini. ea vero tota et inclita ipsa rebus per ipse finis et mensuria, et de quantum extra ipsa mensuria ibique coniuntum nobis pertinet, inclitum illut, sicut diximus, tibi tradidimus, ut usque completi amodo octo anni ad tua et de tuis heredibus rebus ipsa vestre potestatis teneatis, et omnis vestra utilitate iusta

rationem ibidem facere, et salbum illut abeatis et suo tempore arbusta ipsa de super et de subter laboretis, et de omnis binum quem inde exierit, detis nobis exinde medietatem, et de ipse castanee similiter detis nobis exinde tertiam partem, et de tote ipse inserte . . . . detis nobis exinde medietatem; et de quod annualiter in tota rebus ipsa seminaberitis, detis inde nobis terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. ad completo ipso constitutum inclita rebus ipsa remittatis ad nostra potestate. unde per bona combenientia guadia nobis dedit et mediatorem nobis posuit se ipsum; et per ipsa guadia obligabit se suosque eredes, ut si taliter suprascripta nobis nostrisque eredibus non adimpleberit et aliquit exinde contradixerit, per ipsa guadia obligabit se ad componendum nobis decem auri solidos constantinos et, sicut dictum est, nobis compliret. et hunc brebem scripsi ego ademarius notarius qui interfui.

† ego amatus

† ego ioannes.

CCCLXXIX.

A. D. 986.

† In nomine domini tertio anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius quartadecima indictione. Memoratorium factu a me mauronto filio corbi, eo quod ante supscripti ydoneis ominibus coniunctus sum cum petrus presbiter et rector ecclesie sancti martini, quem guaimarius comes a nobo fundamine construxit . . . flubio lirino, propter ad dividendum inter nos terra cum binea et pomis et cannietum pertinentem de eadem ecclesia sancti martini, quod preteritos in partionem ad pastenandum mihi dedit ursus presbiter custos ipsius ecclesie de locum campiliano [1]) per finis et mensurie: de suptus fine bia, et de super fine limite, et de duobus partibus fine predicte ecclesie: longitudo et latitudo est in omni loco passi quinquaginta ad iuxto passum. hec tota per ista mensuria et quantum extra ipsa mensuria potuerimus pastenare, per medietatem inter nos illut dividiremus: pars ipsius ecclesie tolleret illut medietatem, et mihi traderet ipsa alia medietatem; et ego illut pastenabit et operabit, sicut inde obligatus fuit. modo autem transitum ipso constitutum, sicut inter nos combenit, astante ipsum presbiter et rector et una cum illum ibidem a super ipsa rebus adesset guido et guaimarius dominii de ipsa ecclesia, ego divisit ipsa rebus et fecit inde due sortis: una

[1]) *Campiliano* al *Campoliano*, vicus extra Salernum.

sorte fecit esse a parte orientis, et alia ibidem coniuncta, et terminabimus illut inter ambo ipse sortis; et unam ex ipse sortis mensurabimus; est da pars de ipso limite qui est in capite, passi triginta duo; et inter ambo ipse sortis per ipsi termiti sunt per longitudo passi nonaginta: et de suptus fine rebus predicte ecclesie, et inde sunt passi triginta sex: et de alia parte fine rebus iamdicte ecclesie, et inde sunt per longitudo passi septuaginta quadtuor, totum mensuratum fuit ad passum, qui singnatum est in columnia marmorea sancti mathei de archiepiscopatum salernitanum. unde ipse petrus presbiter una cum ipsi dominii eiusdem ecclesie conpreensit ipsa sortionem quem non mensurabimus, qui coniuncta est ad fine predicte ecclesie, et mihi exinde tradidit in mea sorte inclitum illut per ipsa mensuria et cum vice de bia sua, omni tempore ego et meos heredes securiter illut abendum, dominandum, possidendum, et omnia exinde faciendum que nobis placuerit absque omni requisitionem et contrarietatem ipsius petri et de suo successores vel de pars predicte ecclesie. unde sua bolumtate guadia mihi ipse petrus presbiter et rector dedit per iussionem predictorum dominii et mediatorem mihi posuit leo atrianense filio iohanni calbarosi; et per ipsa guadia obligabit se suoque successores vel pars prefate ecclesie amodo et semper antistare et defensare totum illut per ipsa mensuria cum bice de bia sua da omnis omines omnique partibus, et non aliquit inde nobis tollere aut contrare querat. preter, si illut daturum aut vinditurum abuerimus, ad pars ipsius ecclesie illut venumdamus ad iusto pretium, et faciamus inde scire pars ipsius ecclesie pro illut emendum per tertio constitutum usque diebus triginta sex; et si per ipsa constituta pars ipsius ecclesie noluerit illut emere et dare inde nobis iusto balientem pretium, tunc post ipsa constituta liceat nos illut dare cui voluerimus; nam si ante ipsa constituta cuicumque illut dederimus, sicut de nostra potestatem esse supstractum absque solutionem de pars iamdicte ecclesie, tunc sine pretium rebertas ad potestatem predicte ecclesie. quod si etc. *Composita multa per quinquaginta aureos solidos constantinianos.* et unc brebem scripsit ego romoaldus notarius qui et interfui.

† ego . . . . .

† ego gaido

† ego qui supra waimarius

† ego qui supra petrus presbiter

† ego . . . . .

CCCLXXX.

A. D. 986.

† In nomine domini tertio anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius quartadecima indictione. Memoratorium factu a me petrus presbiter et rector ecclesie sancti martini, quem guaimarius comes a nobo fundamine construxit in rebus sua ulter flubio lirino, eo quod ante idoneis ominibus coniunctus sum cum mauronto filio corbi propter ad dividendum inter nos terra cum binea et pomis et cannietum pertinentem de eadem ecclesia, quod preteritos in partionem ad pastenandum ei dedit ursus presbiter custos ipsius ecclesie in locum campiliano per finis et mensurie: de suptus fine bia, et de super fine limitem, et de duobus partibus fine iamdicte ecclesie: longitudo et latitudo est in omni loco passi quinquaginta ad iuxto passum. hec totum per ista mensuria et quantum extra ipsa mensuria potuerit illis pastenare, per medietatem inter se illut dividere: pars ipsius ecclesie tolleret illut medietatem, et illorum traderent ipsa alia medietatem; et illis eos pastenabit et operabit, sicut inde obligatus fuit. modo autem transitum ipso constitutum, sicut inter nos combenit, stante me et una mecum ibidem super ipsa rebus adesset guido et guaimarius dominii de ipsa ecclesia, et ille ipsa rebus divisit et fecit inde due sortis: una sorte fecit esse a pars orientis, et alia ibidem coniunta, et terminavimus illut inter ambo ipse sortis, et una de ipse sortis mensurabimus: est da pars de ipso limite qui est in capite, passi triginta duo, et inter ambo ipse sortis per ipsi termiti sunt per longitudo passi nonaginta; et de suptus fine rebus predicte ecclesie, et inde sunt passos triginta sex; et de alia parte fine rebus iamdicte ecclesie, et inde sunt per longitudo passi septuaginta quadtuor, totum mensuratum fuit ad passum, qui singnatum est in columnia marmoria sancti mathei de archiepiscopatum salernitanum. unde ego supradictus petrus presbiter una cum ipsi dominii eiusdem ecclesie conpreensit ipsa sortionem quem non mensuravimus, qui coniunta est ad fine predicte ecclesie, et exinde ego ei tradidit pro eius sortem inclitum illut per ipsa mensuria et cum bice de bia sua omni tempore ille et eius heredes illut abendi, dominandi, possidendi et omnia exinde faciendum que illorum placuerit, absque requisitionem et contrarietate de partibus iamdicte ecclesie. preter, si aliquando illut daturum aut vinditurum abuerit, sicut de illorum potestatem esse supstractum, ad pars ipsius ecclesie illut vindat ad iuxto pretium, et faciant inde scire pars ipsius ecclesie pro illut emendum per tertio constitutum usque diebus triginta sex; et si per ipsa constituta pars ipsius ecclesie noluerit illut emere et dare inde eorum iuxto baliente pretium, tunc post ipsa constituta liceat illis eos dare cui voluerit. nam si

ante ipsa constituta cuicumque illut dederit absque solutionem de pars predicte ecclesie sic, ut de illorum potestatem esse supstractum, tunc sine pretium rebertas ad potestatem predicte ecclesie. unde in eo hordine guadia mihi ipse mauronti dedit, et mediatorem mihi posuit se ipsum; et per ipsa guadia obligabit se et suos heredes, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare, et taliter in hec divisionis firmiter non permanserit, et omnia suprascripta in pars predicte ecclesie non adimpleberit, tunc per ipsa guadia componere obligabit se et suos heredes mihi vel in pars predicte ecclesie quinquaginta auri solidos costantinos. et unc brebem scripsit ego romoaldus notarius per indicatione teuderici.

† ego petrus

† ego qui supra teudericus· me subscripsi

† ego maraldus

† ego petrus.

CCCLXXXI.

A. D. 986.

† In nomine domini tertio anno principatus domni nostri iohanni, et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius quartadecima indictione. memoratorium factu a me petrus presbiter rector ecclesie sancti martini, qui dedicatum est ex illa pars flubio lirino pertinentem de eredes guaimari comitis, eo quod ante subscripti testes volumtarie sue guadia mihi dedi maurontus filius corbi, et mediatorem mihi posuit se ipsum; et per ipsa guadia obligabit se suosque eredes, ut amodo et usque tribus anni completi sue potestatis tenere una pecie de terra baciba in locum campiliano infra hec finis: de una parte fine vinea ipsius ecclesie; et de due partes fine rebus ipsius ecclesie, sicut sepi discernit; et de alio latere fine ipsius mauronti, sicut termiti ficti sunt, qui a nos ei in sortionem obbenit; ideo tota ipsa terra per ipse finis sue potestatis tenere et dominare, et fobee et sue utilitatis ibidem facere, et totum illut mihi pastenare et facere cannietum bonum, et quante canne et frugium inde exierit, totum illut sibi abere usque ipso constitutum. ad ipsi tribus anni completi inclita ipsa terra infra ipse finis abeat cannietum factum, et operatum, et cultatum et clusum, sicut bonus cannietum meruerit exe, et inclitum illut ipse mauronti et eius heredes remictas et retradant ad potestatem de pars ipsius ecclesie, pro eo quod in ipsa dibisione sublassabit ei, quando ipsa rebus dibisimus terra et cannietum coniuntum ad ipsa sua sortione. quod si aliquit de ec omnia supra-

scripta quesierit remobere aut contrare et talia non adimpleberit in pars ipsius ecclesie, tunc per ipsa guadia componere obligabit se suosque eredes mihi vel in pars ipsius ecclesie viginti auri solidos costantinos, et apposuit nobis ad pignerandum omnis pignera sua, quod legitimo et inlegitimo abet. quod scripsi ego radoaldus notarius.

† ego guido

† ego guaimari

† ego teudericus me subscripsi.

CCCLXXXII.

A. D. 986.

† In nomine domini tertio anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius quartadecima indictione. Memoratorium factu a nobis iaquintus filius mascini et mari et iaquintus germani filii quondam domnandi, qui sumus thio et nepotes, eo quod ante ydoneis hominibus saba presbiter et abbas et cosma presbiter, qui fuerunt natibi ex genere grecorum, dederunt in ecclesia bocabulum sancti iohanni pertinentes nobis, quem dedicatum abemus in rebus nostra de locum beteri ulter et coniunctum ad flubio qui dicitur boneia, idest omelia gregoriale unam, codices de quadtuor evvangelia una, interpetationem evvangelii unum, liber comiti tres, antefanario uno, et uno alium codicem, et actum apostolorum, sacramentario unum, totum scriptos manibus ex genere grecorum, calices duo, patenas unam, turibulo costantinopolitanum, planeta serica una, planeta linea una, dalmatica unam, orario serico uno, orario lineo uno, sendone serica una, et alia sendone serica alba, et una sendone linea, cortina unam, cone inpetanate [1]) decem, candele costantinopolitane decem cum catenelle, candelario uno, bobi pario uno, capre quindecim, porcelli octo, caldaria una, caldarola piczula [2]) una, catena una; totum istut trasactibe illis dederunt in eadem ecclesia omni tempore ipsa ecclesia illut abendum, et omnia pars de ipsa ecclesia exinde faciendum quod voluerit, et semper illis totum illut in ipsa ecclesia antistare et defensare da omnis omines omnique partibus. et nos pro taliter supradicti iaquintus et mari et iaquintus tradidimus illorum inclita ipsa ecclesia cum bineam et pomis et cetrario [3]) et rebus campense de eodem loco pertinentem de eadem ecclesia, et

---

[1]) *Impetanate*, vox vulgaris eloquii, italice *verniciata*, valet sandaracha illinita.

[2]) *Caldarola piczula*, scilicet parva *caldaria*.

[3]) *Cetrario*, idest citretum.

casa et organea exinde et codices et pannos et omni ordinem, quantum in eadem ecclesiam abet, et omnia, quod superius modo illis ibidem dederunt, ad illorum retradidimus potestatem in oc ordinem, ut amodo et diebus vite sue inclitum illut sue potestatis tenere, et ibidem residere et abitare, et dominium suum ibidem facere, qualiter eorum placuerit iuxta rationem, et totum illut regere sicut meruerit, et in ipsa ecclesia die noctuque officiare, sicut decet sacerdos grecos villanus, et tota ipsa rebus laborare et operare et cultare, sicut locus ipse meruerit, ut tota ipsa rebus proficiant et non dispereant, et omnis frugens et vinum exinde et sepulturam et offertas et botationem, quam ibidem introierit, totum in illorum sint potestates faciendum que voluerit absque nostra contrarietatem. preter, si causam ecclesiasticam vel vobes aut baccas in ipsa ecclesia introierit, semper sit ibidem ad abendum et regendum illut, sicut et ipso aliut tantum pro censum de ipsa ecclesia per omnis annum dare nobis nostrisque heredibus unum pario de obblate et unum cereum, et per omnis annum iuxta rationem ipso cetrarum colligerem et medietatem illos nobis dare, et omnia quantum ad die obiti sui abuerit, due sortis exinde deant in ipsa ecclesia, faciendum exinde pars ipsius ecclesie omnia quod voluerit, et de ipsa tertiam pars liceret illis facere omnia quod voluerit, et inclita ipsa ecclesia cum omnia que, ut supra dictum est, ad nostra et de nostris heredibus rebertas potestatem. unde in eo ordine guadia nobis dederunt et mediatores nobis posuerunt se ipsis; et per eamdem guadia obligaberunt se, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare et talia nobis non adimpleberit, tunc per ipsa guadia componere obligaberunt se nobis nostrisque heredibus, vel cui unc brebem vice nostra in manu paruerit, viginti auri solidos costantinos et omnia suprascripta nobis adimplerent. et unc brebem scripsit ego romoaldus notarius.

† ego teudericus me subscripsi

† ego petrus

† ego romualt

† ego wiso

† Σαύας ἁμαρτολὸς ἡγούμενος.

† Ἐγὼ Κόσμας πρεσβύτερος.

CCCLXXXIII.

A. D. 986.

† In nomine domini tertio anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense februarius quartadecima indictione. memoratorium factu a me martinus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante presentia petri iudici, combenientibus me cum maria libera femina, pro quibus illa sociabit sibi modo virum andreas famulum predicte ecclesie filium iordani, ut liceret ipsa maria ipsum andrea abere virum et illa cum eum in rebus ipsius ecclesie residere et filiis filiabus quod fecerit de ipsum andrea; et nec ego nec meos successores non aberemus potestate exinde compreendere ad manum serbiendum nobis, set omni tempore liceret illis in rebus ipsius ecclesie residere et abitare sicut liberi hominibus. sic tamen, ut de quantum laboraberit, pars predicte ecclesie exinde abere due sortis, et illis una, faciendum quod voluerit; et si animalia guardaberit ipsi filii sui, similiter tertiam partem inde tollere, faciendum quod voluerit; unde taliter adimplendum guadia ipsa maria mihi dedit una cum domnellus adbocatorem suum et se ipsa posui mediatrice, ut si taliter omnia suprascripta non adimpleberit et aliquit exinde remobere quesierit, componere mihi vel ad pars ipsius ecclesie centum auri solidos costantinos. et hunc brebem scripsi ego petrus notarius qui interfui.

† ego qui supra petrus iudex.

CCCLXXXIV.

A. D. 986.

† In nomine domini tertio anno principatus domni nostri iohanni et domni nostri iohanni et domni widoni eius filii gloriosi principibus, mense aprelis quartadecima indictione. memoratorium factum a me guaimarius filio bone memorie guaiferi comitis, eo quod ante subscripti novilibus vice mea et vice guaiferi germanus meus tradidit ego ad tenendum et residendum petri magister, qui fuit de fines grecorum et nunc commanente est in ec cibes, tribus applitora de terra et casa nostra de intus hanc salernitanam civitate a super ecclesia sancti mathei infra hec finis: de ex omni parte fine nostra. ideo infra ipse finis ipsa tribus applitora de terra et casa ipsius petri tradidit ad residendum, amodo et usque decem et octo anni completi licead illum et eius heredes ividem residere et abitare, et omnis sue hutilitati iusta ratione ivi facere;

et amodo et usque duobus anni ipsa casa conciare et cludere et cooperire, sicut meruerit casa terranea, et per omnis annum deant michi et ipsius germani mei et ad nostris heredibus pro seditura [1]) de ipsa terra et casa duo auri tari boni per omnis annum usque ipso constitutum in kalendas de suprascripto mense; et amodo et usque ipso constitutum, quando nos illum inperaberimus, vel missum nostrum pro conciandum nobis paraturie de selle et finali [2]) et centre [3]) faciendum et aliut qui nobis necessarium est de arte illius, scepto mannarie et bommiri [4]) et zappe; nam de aliut nos demus ei ferrum et qui necessarium est, et ille eos nobis laborare, sicut meruerit, et de illut quod nobis laboraverit; pro taliter non querad aliquit a nos tollere. unde per bona combenientia wadia michi ipse petrus dedit et mediatorem michi posuit se ipsum; et per ipsa guadia obligabit se suique filiis et heredes, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare, per ipsa wadia hobligabit se suique filiis et heredes componere michi vel ipsius germani mei et ad nostris heredibus decem auri solidos costantinos, et omnia per suprascripto hordine per invitis nobis compliret. et hunc brebem scripsi ego alderissi notarius qui interfui.

† ego andrea

† ego ademari

† ego ursu.

CCCLXXXV.

A. D. 986.

† In nomine domini tertio anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filii gloriosi principibus, mense magius quartadecima indictione. ideo que ego iohannes filius quondam iohanni gaidoni, quum mihi est pertinentes rebus a pars predicti genitori meo et per successione in locum campiliano salernitane finibus, congruum est mihi nominato iohanni ex eadem rebus venumdare feri cognati mei filio quondam iohanni qui dicitur vamvacari; et ydeo ego superius nominatus iohannis, sicut mihi congruum est, mea volumtate ante subscripti ydonei ominibus pro anc cartula venumdedi adque ad semper avendum confirmabi

---

[1]) *Seditura*, deest in Du Cange, idem sonat ac *locatio*.

[2]) *Finali*, pro ornamentis.

[3]) *Centre*, idest *centurae* — cingula vel zonae.

[4]) *Bommiri*, vomeres.

tibi nominato feri ex eadem rebus de eodem loco campiliano per hec finis et mensurie: a partibus orientis, sicut decurrit aqua de molinum qui ibi est, sunt exinde passi quadraginta nobem: a pars septemtrionis, sicut termiti ficti sunt, sunt inde passi centum nonaginta: a partibus orientis, sicut decurrit bia antica, quomodo revolbit per ipsa fine usque in flubio pecentino usque ad fine de erede roffrit, et mensurabimus illut da ipso flubio et usque ad fine de erede roffrit, sicut terminatum est, passi centum: a pars meridie, sicut decurrit ipso flubio pecentino et rebolbente per ipsa aqua usque in predictum molinum. hec vero res, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, trasactibus nomen funditus cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de bia sua illut tibi nominato feri venumdedi, securiter et firmiter amodo et semper tu et tuis eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis. et pro confirmandam et stabiliscendam anc nostra bindictione a presentis recepi a te nominato feri statutum pretium, y sunt auri solidos de tari numerum quadraginta ana quadtuor auri tari voni per unoquoque solido in omnis deliverationem, sicut inter nos comvenit: finitoque vero pretium ipsum aput nos, ex qua re promitto, per vona convenientia guadia tibi nominato feri dedi, et mediatorem tibi posui me ipsum et iohannes atrianense filius leoni pelluli; et per ipsa guadia obligo me meosque eredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi nominato feri quam et ad tuis eredibus predicta nostra bindictione cum bice de bia sua ab omnibus ominibus omnique partibus. quod si etc: *Qui pacta non servet, tenetur solvere octoginta aureos solidos constantinianos.* quando autem tu vel tuis eredibus de suprascripta nostra bindictione per vos volueritis inde exet auctores, potestatem et licentiam abeatis vice nostra et de nostris eredibus cum ista cartula et cum quinque alie scriptionibus pertinentem de suprascripta rebus, et cum quale alia rationem inde avere potueritis, in omnibus inde causare et finem facere, quomodo aut qualiter volueritis; nam quando me vel meos eredes quesieritis inde auctores avere et remiseritis aput nos ipse suprascripte quinque scriptionibus, ego autem meique eredibus semper defensemus et adinpleamus tibi tuique eredibus omnia, quantum et quomodo superius legitur, per suprascripta guadia et obligata: post vero fine facta, monimina ipsa salba aput vos remittamus ad avendum illa in predicta ratione. quam te iohannes notarius scribere rogabimus. actum salerno.

† ego ioannes

† ego ursu

† ego andrea

† ego grimoaldus.

CCCLXXXVI.

A. D. 986.

† In nomine domini dei salvatori ihesu cristi, temporibus domni mansonis gloriosi ducis et imperialis patricii, anno vicesimo nono, et undecimo anno domni iohannis gloriosi ducis filii eius, die quintadecima mensis iulii, indictione quintadecima [1]), amalfi. ideo que ego mulier nomine regalis domini gratia ducissa uxor suprascripti domni iohannis gloriosi ducis per absolutionem eiusdem domni viri mei, in cuius mundium me fateor subiacere, unaque mecum assistente et consentiente domno arechiso genitore meo, et ego prenominatus arechisus in roboratione donationis istius fateor me propria voluntate consentire, et ambo unanimiter donationem ipsam inferius reclaratam per hanc chartulam facere et confirmare. interea donavimus et tradidimus tibi nicetae imperiali prospathario compatri nostro sortionem nostram plenariam de rebus de loco veteri salernitane finibus ista et illa parte fluvii boneie iuxta litus videlicet maris, quae est terra vacua illuc habente canneto et saliceto aliquanto et vinea, de quibus predictus genitor meus cum iohaquinto castaldeo germano suo barbano meo coniunti fuerunt at bonam convenientiam cum aldegario qui domnandus vocatur, et gaidenardo qui iaquintus vocatur, germanis filiis mascini aurificis, in quibus ipsi germani aecclesiam vocabulo sancti iohannis constructam habent, et aliquantam vineam. illud de una parte fluvii habet fines: a parte orientis sicut predictum fluvium decurrit: de subtus finem litus maris: de alia parte sicut ascendit per pedem de monte qui dicitur trocle, quae est fines nostra et fines domnandi: de super fines pede de monte qui dicitur fabale, quae est fines nostra et sicut decurrit usque in ipsum fluvium. illud vero de alia parte fluminis habet fines: de una parte ipsum fluvium: de subtus usque in mare, decurrente per finem maris usque at finem leonis filii gregorii butronilis qui cognominatur ieiunus, et inde salet per finem leonis, liverata ipsa fine eius salet usque at ipsam civitatem veterem, et per ipsam civitatem veterem descendente per partem septemtrionis, sicut nostra pertinentia est et decurret usque in predictum flumen. infras has fines dedimus et tradidimus tibi prenominato nicetae imperiali protospathario compatri nostro ipsam sortionem nostram plenariam, quae michi nominate regali ducisse obbenit ab ipso suprascripto arechiso genitore meo, totum quantum genitor meus infra ipsas fines habuit, integrum et sine minuitate vobis dedimus et tradidimus cum viis suis et omnibus ibidem babentibus et pertinentibus. Unde nichil nobis reservavimus nec dicimus

[1]) Lege: decima quarta.

nobis exinde remanere sortionem, set transacto nomine et fundito, quantum infra ipsas fines habuimus, vobis dedimus securiter ac firmiter vos et vestri heredes habendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum, quae vobis placuerit. de qua vobis firmamus, ut numquam abeamus licentiam nos aut heredes nostri, vos aut vestros heredes de predicta nostra donatione querere aut contrare, aut aliquod exinde per qualemcumquem occasionem minuare per nullum modum. et si aliquis homo inde causationes vobiscum emiserit et aliquid vobis exinde tollere voluerit per qualemcumquem rationem, potestatem habeatis vos vestrique filii et heredes vice nostra inde causare et finem facere cum muniminibus ipsis, quae vobis similia per exemplationem per manus curialis istius civitatis fecimus de muniminibus quae nos tenemus, quae de predictis rebus sunt, et per vos ipsos debeatis vobis exinde esse auctores et defensores. si autem cum ipsis exemplatis muniminibus finem facere non potueritis, dare vobis debeamus ipsa munimina quae nos tenemus, de quibus vobis exemplaria fecimus, tenere debeatis ea aput vos usque dum de rebus ipsis finem faciatis; et cum exinde diffinitio facta fuerit, ipsa nostra munimina quae vobis dederimus, aput nos remittere debeatis pro aliis nostris rebus quae ibidem sunt continentes, et ipsa suprascripta sortio nostra quam infra ipsas predictas fines habuimus, sit in potestate vestra et de vestris filiis et heredibus frugiandi et dominandi, et omnia inde faciendi quae volueritis, sicut superius diximus; et si aliquanto tempore nos aut nostri filii et heredes vos aut vestros filios et heredes de suprascripta nostra donatione querere aut contrare vel remobere per qualemcumquem ingenium presumpserimus, quinquaginta bytianteos vobis vestrisque filiis et heredibus componere obligamus, et quesitio[1]) nostra sit tacita, et chartula ista firma permaneat in perpetuum; et hoc memoramus, ut per ipsas suprascriptas terras quas vobis donavimus, habeamus nos et nostri heredes viam at ipsas alias nostras hereditates.

† ego leo de sergio de urso de domno campulo testis sum
† ego iohannes iudex testis sum
† ego sergius de domno lupo de sergio comite testis sum
† ego iohanne filio sergio de constantino de leopardo testis sum
† ego constantinus filius mansonis de constantino de lupo comite testis sum
† ego ursus scriba hanc chartulam scriptam per manus leonis nepotis mei conplevi.

[1]) *Quesitio*, idest questio.

CCCLXXXVII.

A. D. 986.

† In nomine domini tertio anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni filio eius gloriosi principibus, mense agustu quartadecima indictione. memoratorium factum a nobis leo presbiter filius quondam iohanni presbiteri qui sum rector hecclesie sancti angeli de locum apus monte ubi dicitur ad oliba, et una mecum essent maio vicedomnus superii domni principis et advocatorem eidem hecclesie sancti angeli, eo quod ante subscripti testes coniunti sumus ad bonam convenientiam cum amatus filius teoderici, et cum corbi filius iaquinti, et maraldus filius iohanni, et machenolfus filius garami, qui sunt toti sortifices, vice sua quam et pro vice de toti sortifices suos, quanti sunt de heredes radeprandi de locum tabellara [1]), ut difineremus inter nos ipsa rebus de eodem locum tabellara, ubi proprio septinianu dicitur, unde iam ante hos dies plurime causationes habuimus cum ipsis nominatis amatus, corbi, maraldus, machenolfus pro ipsa iamdicta rebus prefate hecclesie sancti angeli. qui statim ibique presens hore suo se manifestaverunt ipsi nominati amatus, corbi, maraldus, machenolfus vice sua quam et pro vice de toti consortifices suos de ipsa eadem rebus sancti hangeli per hec finis et mensurie: de super a pars orientis, quomodo poiu discernit, fine ipsorum amati, corbi, maraldi, machenolfi et de sortifices eorum, sunt inde per mensuria latitudo passi quadraginta: a pars meridie fine ipsorum nominati, quomodo termiti sunt ficti, sunt inde longitudo passi octoaginta quinque; de subter parte ab occidente, quomodo poiu discernit et termiti sunt ficti, fine terra sancti salbatori que dicitur in castru, sunt inde latitudo similiter passi quadraginta et pertange ad fine ipsorum predicti amati, corbi, maraldi, machenolfi et de sortifices illorum: a pars septemtrionis, quomodo termiti sunt ficti, fine ipsorum iamdicti amati, corbi, maraldi, machenolfi et de eorum consortes, unde modo fecimus ipsa convenientia, et pertange in fine de heredes ciceri scini et fine quomodo medio ballatellu discernit, et ascendente per medio ipso ballatellu usque ad ipso poiu qui est priore fine illorum ad iusto passum hominis mensuratum. hec vero clausum, qualiter superius finis posite sunt et termiti sunt ficti et mensuria ipsa percurrit, manifestaverunt se ipsi nominati vice sua quam et pro vice de toti consortifices illorum, et dixerunt, ut tota supradicta ipsa pecia de terra per supradicte finis et mensurie fuisset et esse pertinentes iamdicte hecclesie sancti angeli; et neque per testes, neque per monimen, neque per nulla

[1]) *Tabellara*, apud Sarnum.

inventa ratione nobiscum seu cum nostris posteriores, vel cum pars prephate hec-
ncti angeli causare aut contendere non poterent per nullis rationibus. unde pro ta-
Sequitur consueta formula, interposito mediatore Iaquinto filio Mirandi de Apus
ta multa quinquaginta aureorum solidorum constantinianorum. Et nos manifesta-
ad toti suprascripti, ut a foris ipse finis et mensurie et termiti sunt ficti, nec
ores nostros, nec pars predicte hecclesie cum eis nec cum eorum heredes a
mensuria et mensurie non tolleremus aut contraremus aliquando tempore.
rius interfui et hunc brebem scripsi
biter et abbas

su.

CCCLXXXVIII.

A. D. 986.

† In nomine domini anno tertio principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense agustus quartadecima indictione. memoratorium factu a me ligori atrianense filius iohanni, eo quod ante supscripti testes per vona convenientia tradidit ego berenardi presbiteri una ecclesia mea vocabolum sancti iohannis que a nobo fundamine ego construxit in monte qui dicitur tulisino lucaniense finibus, cum terra mea que ego in eadem hecclesia pro anima mea illut ibidem optulit in ipso locum ibique coniunctum cum ipsa hecclesia; seu et ego ibidem offeruit tres scurie et tres capre cum uno pario de bovi et cum una backa et cum alie tres scurie, quem leo germanus meus pro anima sua in eadem hecclesia offeruit. ideo trasactibus nomine a funditus illut eidem verenardi presbiteri ad tenendum et dominandum cum ipsa hecclesia et omnia sua pertinentia ei tradidit diebus vite sue, et ipsa terra quem ego ibidem offeruit as finis habet: de una parte fine balle, et inde perbadit per fine de heredibus constantini germani mei: de super parte fine serra que est in partibus septemtrionis, et exinde rebolbente et descendente per fine de ipsa heredes constantini et perexiente in ipsa hecclesia. hec vero rebus per suprascripte finis totum et inclitum, ut supra dictum est, cum ipsa hecclesia cum pertinentia ipsius hecclesie ipsius berenardi presbiteri tradidimus cum vice de viis suis, ut ille diebus vite sue ad suam teneat potestatem predicta hecclesia, et ibidem die noctuque officiare et officiare faciat, sicut sacerdos billanos, et det in ipsa ecclesia omni anno de quantum exierit de

ipse terre et de ipsa hecclesia valiente tres solidos, unde faciamus parationem in ipsa hecclesia quod ibidem meruerit, et quidquit in ipsa ecclesia introierit, sue sint potestati faciendi omnia quod ei placuerit; preter si talem causam intraverit in predicta hecclesia, ut in honorem ibidem pertinead habere, semper siant in ipsa ecclesia et nullam inde queras tollere: sepultura vero et votationes, et cum ipsi bovi et cum predicta bacca et ipse scurie et ipse capre et cum filiis filiabus quod ille genuerit, totum in eius sit potestate faciendum exinde iusta rationem omnia quod ei placuerit, et omnes fruges et quicquid de supradicta rebus ille fecerit aut tulerit, totum sit sue potestati faciendum exinde quod voluerit, excepto quod omni anno det in ipsa ecclesia solidos tres, unde parationem faciamus in ipsa hecclesia. et ipse presbiter a presentis tradidit in ipsa hecclesia unum liber comitem plenarium vonum, ut omni tempore siant in ipsa hecclesia, faciendum quod voluerit; et ad die obiti sui quantum quamque mobilia ille modo habet vel in antea parare potuerit, sceptuatum servos et ancillas, tertiam partem deant in ipsa hecclesia, et due sortis sibi habeant, faciendum omnia quod ei placuerit, et non ego nec nostris heredibus predicta hecclesia non queramus ei tollere aut contrare, sicut eius brebem continet. unde nobis, ut superius legitur, nobis adimplendum guadia nobis dedit ipse verenardus presbiter et mediatorem nobis posuit se ipsum; et per headem guadia hobligavit se, ut si taliter omnia que supra legitur, nobis nostrisque heredibus non adimpleverit, componere hobligavit se mihi meique heredibus triginta auri solidos costantinos, et omnia, ut superius legitur, per imbitis nobis complire, et annualiter pro censum de ipsa hecclesia deant nobis in nativitate et in pascha domini unum parium de oblate et unum cerium bonum. et hunc brebem scripsi ego antipertus notarius qui interfui.

† ego ioannes

† ego gaidenardus.

CCCLXXXIX.

A. D. 986.

Textus huius membranae idem est ac praecedens.

CCCXC.

A. D. 987.

† In nomine domini quarto anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni filio eius gloriosi principibus, mense ianuarius quintadecima indictione. memoratorium factum a nobis faraccu filius stefani, et petrus filius ciceri, et forti et ursu germani filii iohanni vice nostra quam et pro vice de consortibus nostri, qui sumus heredes eregari de locum paternu [1]) coniunti sumus ad bonam convenientia cum ruscinius filius domnanci et cum cunzu filius stefani qui grippu bocabatur, et cum petrus filius amati vice suarum, quam et pro vice de suorum consortes qui sunt heredes mastri catzotti, ut dibideremus inter nos per medium ad perpetua possessione habendum una pecia de terra nostra cum quertietu et castanei, quem usque modo commune habuimus in locum maimanu in ipsa balle super paternu. in quadtuor partes illam inter nos dividimus, habentes finis tota ipsa pecia: a pars orientis quomodo ipsa paretinola discernit, fine que fuit lunici: de super parte, quomodo toru de gattuli discernit, fine terra sancti salbatori: de alio latu fine nostra de toti suprascripti quod in commune reserbavimus: de subter parte fine nostra, quomodo ballone discernit, quod iam ante os annis inter nos divisum habemus, qui mergit ad ipsa foce de maimanu. nos nominati faraccu et petrus et forti et ursu cum nostri consortes comprehensimus in sorte nostra de ipsa sozza de ipso pede inclita medietate a parte orientis erga fine que fuit lunici, et ipsi nominati ruscinius et cunsu et petrus vice sua et de consortes suos comprehenserunt in sorte sua de ipso pede inclita medietate a parte occidentis erga fine nostra communalia: iterum aute et de ipse sozze suprane ibique coniuncte ipsi nominati ruscinius, cunzu, petrus cum consortes suos comprehenserunt inclita medietatem a parte orientis erga fine que fuit lunici, et nobis tradiderunt in sorte nostra cum consortes nostros inclita medietatem a parte occidentis erga fine nostra et illorum, quod inter nos commune reserbavimus; cum finis et vice de vie sue ipse predicte sorti et cum omnia intro se habentibus per equalis mensura illos inter nos tradidimus ad perpetuam possessionem habendum. unde etc. *Sequitur conclusionis formula. Statuta multa viginti aureorum solidorum constantinianorum, interposito mediatore Ermeperto filio Machenolfi de Apus monte.* iterum autem, si de exdicta rebus nobis aut illorum causatio fuerit exurte, tunc amboque partes nos coniungamus et exinde causemus usque ad veram et diffinitam legem, et si per veram legem exinde perdiderimus, tunc

---

[1]) *Paternu*, in Principatu Salernitano.

per rationem nos exinde restauremus de ipsa eadem rebus unus alterius illum qui perdiderit per legem de ipsa sortione sua per supradicta guadia et obligata pena.

† ego guiso notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego petrus presbiter et abba

† ego ademari

† ego teofri.

CCCXCI.

A. D. 987.

† In nomine domini quarto anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense februarius quintadecima indictione. memoratorium factu a me sasso bestarario suprascripte gloriose potestatis, eo quod ante subscripti nobilibus pro pars et bice supradicti principibus tradidi ermi molinator unum molinum cum omni ferraturia et mole et sua pertinentia qui edificatum est in flubio lirino non longe ab anc cibitatem; ideo, sicut diximus, totum et inclitum ipsum molinum cum omni sua pertinentia ei tradidi. Unde pro taliter guadia michi ipse ermo dedit et mediatorem michi posuit sergi fllium mastali assapacca tali ordine, ut amodo et usque unum annum completum licead illum et eius eredes predicto molinum abere et detinere ad suam potestatem, et diebus ac noctibus curam inde abere et salbum illum faceret, et quanta molinatura ibidem compreenserint, totum illut sibi abere; preter darent exinde ad missum superii domni principis per omnes menses tertiaria de granum quale ibidem compreenserint, quadtuordecim ad mensuriam illam, quale consuetudo est dare ipsi alii molinaturi qui tenunt ipsa alii molina, et tota siad culma; et quando ibidem meruerint mole mutare, nos autem per omnes bices demus ille ei, et ille conciare ipso molinum, ut perfecte macenare possant; et per ipsa guadia hobligabit se suosque eredes, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, ad pars ipsius domni principis non adinpleberit, vel aliquit exinde contradixerit, per ipsa guadia hobligabit se ad componendum ipsorum gloriosi principibus decem auri solidos constantinos, et omnia suprascripta per inbitis ei complire. et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† ego iaquintus notarius me subscripsi

† ego ioannes

† ego ioannes.

CCCXCII.

A. D. 987.

† In nomine domini quarto anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense agusto quintadecima indictione. memoratorium factu a me cennamo presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti testes coniuntus sum cum mauru filio quondam ruscinni super una pecia de terra que esse bidetur in locum cirione finibus rotense, unde cum eo plurima causationes abuimus que coniunta est cum alia rebus predicte ecclesie, bolendo cum eo fine facere; set antequam illut inter nos per lege diffineremus, orta est inter nos bona combenientia et inter nos ibidem termines fiximus, et sua bona bolumtate manifestabit se mihi ipse maurus, ut da ipsi termines quod inter nos fiximus in supra in partibus orientis usque ad alia rebus pertinentes predicte ecclesie, ut neque per monimen, neque per testes neque per nulla quoque inbenta ratione, de predicta pecia de terra ipse maurus aut eius eredes mecum aut cum meis successoribus, aut cum pars ipsius ecclesie causare aut contendere non potere. et si amodo et aliquando adbeniente tempore ipse maurus aut eius eredes mecum aut cum meis successoribus aut cum partibus predicte ecclesie per qualecumque ratione de predicta pecia de terra causare aut contendere presumserit, bolendo illut vel exinde aliquit tollere aut contrare, aut si de omnia, quomodo superius legitur, aliquit contradixerit, obligabit se et suos eredes componere in partibus ipsius ecclesie biginti auri solidos constantinos. et unc brebem scripsit ego roderissi notarius qui interfuit.

CCCXCIII.

A. D. 987.

† In nomine domini quarto anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense september prima indictione. Memoratorium factum ha me guido filius quondam guaimarii comiti, quam et nos guaimarius et guaiferi germani filii quondam guaiferii, eo quot ante bonorum hominibus qui supterscripti sunt, dedit et tradidimus nos at pastenandum at medietatem iohanni filius ursi et ansifrede filius prandi de locum balintino [1])

[1]) *Balintino* (hodie S. Valentino), pagus apud Sarnum.

huna pecia de terra nostra baciba, quod communiter habemus in dicto locum balintino hubi proprio at cesine computatur, que abet finis et mensuria terra ipsa; de uno latu qui est im partis horientis fine rebus ecclesie sancti archangeli, sunt inde passos sexaginta tres: a pars meridie fine ipsius iohanni et de eredes lupi, sunt inde per mensuria passos viginti septe et pedes quattuor: ha pars occidentis fine de eredes landoari, sunt inde per mensuria passos septuaginta hocto: a pars septemtrionalis fine nostra qui supra guidoni et guaimari et guaiferi, sunt inde per mensuria passos quadraginta sex et pedes tres, et in medium locum est terra ipsa latitudo passos triginta tres et pedes duo, totum at iuxto passum homini mensuratum. ec bero clausum infra nominate finis et mensurie totum ipsorum qui supra iohanni et ansifrede at pastenandum dedimus cum bice de bia sua. unde per bona combenientia guadia nobis qui supra guidoni et guaimarii et guaiferi dederunt ipsi nominati iohannes et ansefreda, et mediatores nobis posuerunt se ipsos tali ordine, ud amodo et usque decem anni completi ipsi qui supra iohannes et ansifreda vel eorum filiis et eredes debeat tenere et pastenare ipsa pecia per supradicte finis et mensurie; et nos autem vel nostrisque filiis et eredes defensemus ipsorum iohanni et ansefrede vel ad eorum eredes tota et inclita ipsa pecia per supradicte finis et mensuriis cum bice de biis suis da omnis homines omnique partibus, et non eos heorum tollere aut contrare queramus ante ipso constitutum. iterum et quotcumque laborem seminaberit vel recollixerit infra predicto clausum, nullam nobis exinde dare debeant usque ipso constitutum, et liceat ipsi nominati iohannes et ansefreda vel eorum heredes in ipsa rebus fobee et omnem suam hutilitatem facere, et eos pastenare harboribus et vitis, et faceret ibidem pastinum bonum cultum et surtum et operatum, sicut locus ipse meruerit; et amodo et usque decem anni completi, de quantum vinum in ipso pastino fecerit vel labores, totum et inclitum illos sibi habeant et faciant exinde omnia que eis placuerit; et da ipsi decem anni completi in antea omni tempore debeat ipsi nominati iohannes et ansefreda vel eorum heredes laboraret ipso pastino de super et de supto per supradicte finis et mensurie, ita ud in omnibus bene pareat laboratum et cultatum, et per vindemie tempore debeat eos vindemiare hacto tempore, et faciat nos vel missos nostros scire at recipiendum medietatem de ipso vino quem exinde fecerint at palmentum: nos qui supra guido, guaimarius, guaiferius et nostris filiis et eredibus tollamus omni tempore de ipso vino medietatem, et ipsi supradicti iohannes et ansefreda et eorum heredes medietatem. et de quem semen seminaberit in ipsa rebus da ipsi decem anni in antea, omni tempore deant nobis exinde terratico ad aream secundum consuetudinem loci illius, quam omnem hannum concient nobis ipsi suprascripti et eorum heredes hunum organeum da vino cum sua circla et spendio, et reponant eum in cellario nostro quod habuerimus in eodem locum balintino, et communiter ducant ipsa sortione nostra de ipso vino ad

ipso cellario et reponant eos ibi in predicto horganeo; tantum in ipso horganeum non recipiamus alium vinum, nisi quantum nobis da ipsi nominati iohannes et ansefreda et da eorum heredes hebenerint. quot si ec omnia etc: *Statuta multa triginta auri solidorum constantinianorum.* † et unc brebem scripsi ego petrus clericus et notarius qui interfui.

† ego madelfreda

† ego grimoaldo

† ego ioannes.

CCCXCIV.

A. D. 987.

† In nomine domini dei salvatori ihesu cristi temporibus domni mansonis gloriosi ducis et imperialis patricii anno tricesimo, et undecimo anno domni iohannis gloriosi ducis filii eius, die vicesima quinta mensis septembri indictione prima, amalfi. Certi sumus nos guttus et iohannes germanis filiis leonis de gutto de iohannes de domna blattu, qualiter per hanc chartulam merisi divisionis dividere et diffinire visi sumus inter nos plenariam hereditatem nostram, quod comparavimus ab urso ex adelfo germano nostro, quas nos divisimus in duas portiones de plenarium ipsum campum nostrum, sicut est cum omnia sua pertinentiam a finem in finem de longitudinem et de latitudinem, sicut eum tetigit suprascripto urso in portionem; unde nichil exceptuavimus de longitudinem av ipsum torum aqua versantem et usque in flumen et de latitudinem, sicut ipsa merise proclamat, cum plenaria ipsa petia de diserta vinea, que est iuxta vinea de bonam sororem nostram, qui continet longitudinem cum ipsa terra vacua av ipsum torum aqua versantem et in iusum usque in flumen, et de latitudinem continet a finem de ipsi veterensi usque in finem de vinea suprascripte bone sororem nostram cum omnia sua pertinentiam, unde nichil exceptuavimus, fecimus unam portionem. et de plenariam ipsa petia de vinea vitata, qui est inter vinea de me predicto iohanne et vinea de ipsi veterense, cum ipsi inserti et castanee et terra vacua av ipsum torum aqua versantem usque in flumen cum ipsa cammara fravita et palmentum et lavellum ividem habentem cum omnia sua pertinentia, unde nichil exceptuavimus, fecimus aliam portionem. iterum divisimus plenaria ipsa terra silvosa, qui est inter finem de me suprascripto iohanne et ipsi monachi ad ulearia[1]), verumtamen in susum

[1]) *Ulearia*, in comitatu amalphitano.

indat septemtrionis salire usque in ipsa castanea matrica et sic directum in susum usque in torum aqua versantem et in iusum usque in flumeni, et divisimus eos in quattuor portiones: mensuravimus cubina passi quadragintam unum: a parte de supra de latitudinem a finem de ipsa predicta castanea in iusum indat mare et termines de petra et sabuci ividem constituimus, et de longitudinem av ipsum torum aqua versantem usque in flumen et iattavimus eos in ipsam portionem a mare, et totum ipso alio qui exinde remanet a finem de predicta cubina, ubi constituimus ipsi termines, de latitudinem usque in vineam de ipsi monachi et de longitudinem usque in flumen a predicto torum aqua versantem iattavimus eos in ipsam portionem de predicto campum, quarum me suprascripto iohanne tetigit in primam portionem plenariam ipsa portio a mare cum omnia, sicut superius legitur; et pro eo quod michi appreensi, in prima dedi tibi suprascripte gutte germanus meus ipse quattuor pergule plenarie de vinea cum omnia sua pertinentiam, quod michi ante os annos tu suprascripte gutte dedisti, propter quod comparastis et camniastis ipsa vinea av ipsi servi et familia nostri genitoris, et me suprascripto gutto tetigit in secundam portionem plenaria ipsa portio de ipsum campum cum omnia, sicut superius legitur. hec omnia inter nos divisimus et exinde inter nos appreensimus, et unusquisque de nos faciat de suam portionem quod illi placuerit, et qui de nos se extornare voluerit, perdat portionem suam, et ec chartula sit firma in perpetuum † et mihi suprascripto iohannes filio leonis ec divisio place.

† ursus filius constantini de lupino testis sum.

† marinus filius iohannes de marino testis sum

† ego iohannes filius constantini de lupino testis sum

† EGO pulcari filius iohannis de constantino de mauro comite inter testes sum

† ego marinus filius tauri de marino comite testis sum

die tricesima mensis septembri indictione prima

† ego suprascriptus guttus scriba huius civitatis hanc chartulam merisi divisionis manu propria scripsi.

CCCXCV.

A. D. 987.

† In nomine domini quarto anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni filio eius gloriosi principibus, mense octuber prima indictione. ante me petrus iudex coniunti sunt

amatus filius adelgrimi de locum nuceria et cennamo presbiter et abbas ecclesie sancti maximi de intus anc salernitanam cibitatem, una cum ipso abbate adesset romoaldus qui est de dominii ipsius ecclesie, ad faciendum inter se finem de duobus pecie de terris de eodem loco nuceria ubi ad puteum regente dicitur, quod pars ipsius hecclesie ad pastenandum dedit ipsius amati, et ipse amatus cum ipso abbate causabit, ut contrasset ei ambo ipse pecie de terris, et ipse abbas dixit, ut rebus ipsa ei contrasset, pro quibus ipse amatus illam non pastenabit, sicut inde hobligatus fuit, et per legem exinde componere debuit ipse amatus ad pars ipsius hecclesie, et per ipsum amatus ostensum fuit unum brebem continentes: vicesimo nono anno principatus domni gisolfi principis, mense aprelis quinta indictione. gregorius presbiter et abbas ipsius ecclesie sancti maximi laborandi et pastenandi ordine tradidit ipsius amati ambo ipse pecie de ipso puteum regentem. una ex ille per as finis: a meridie fine, quomodo flubio discernit a fine sancte marie de eodem loco nuceria, inde passi quindecim et medium: ab occidente fine ipsius amati, sicut limite et sepe discernit: a pars septemtrionis fine rebus ipsius hecclesie sancte marie, quod ipse amatus ad pastenandum et laborandum retinuit, et inde sunt passi tridecim et medium : ab orientis similiter fine rebus ipsius hecclesie sancte marie quod ipse amatus ad pastenandum retinuit, et inde passi quadraginta octo. ipsa alia pecia per hec finis: a meridie fine ipsius amati, sicut sepe discernit, sunt inde passi biginti duo et medium: ab occidentis fine bia antica: a septemtrione fine sicaite, et inde passi triginta: ab oriente fine prefate hecclesie sancte marie. et inde passi quinquaginta quadtuor. ambo suprascripte pecie de terris per supradicte finis et mensurie liceret ipsum amatus et eius heredes, dum illis volerent, sue potestatis tenere et fobee et omnis sue utilitati ibidem facere, et usque nobem anni completi ipse amatus et eius heredes abere ipse duobus pecie de terris infra ipse finis et mensurie pastenati arboribus et vitis et factum ibidem arbustum vitatum, quomodo de tantos annos in ipso locum meruerit. et iam in antea, dum eos ipse amatus et eius heredes illut tenere voluerint, per tempore per omnis annum ipso arbustum laborare et cultare, et quantum vinum et victum annualiter inde exierit, dividere illut in tertiam partem: pars ipsius hecclesie tollere de ipso vinum tertiam partem et de ipso bictum tollere tertiam partem de ipso terraticum, et ipse amatus et eius heredes due sortis; et supradictus abbas cum ipso suo advocatore dixit, ut non illut pastenasset, sicut ipso brebem continet. et dum super rebus ipsa coniunti fuerunt et pro quibus illam non inbenierunt sic pastenata et laborata, sicut declarat ipso brebem et constitutum, que inde positum fuit, a plurimis temporibus transiit que sit ipse abbas, ut ipse amatus remidtere ad potestatem predicte hecclesie supradicta rebus aut iustitiam in ipsa hecclesia inde persolbere. ipse amatus neque rebus ipsa retdere voluit, neque compositionem inde faceret; set postulabit ipsum abbatem, ut rebus ipsa dimidtere ei per illo ordine, sicut inferius declarat. ipse abbas talia audientes per locutionem bonorum hominum, pro amore

omnipotenti deo dixit talia facere et, sicut utrisque complacuit, ipse amatus remisit ad potestatem predicti abbati supradicta scriptionem quam ostedit, et ipse abbas sublaxabit ei ipsa compositionem et quicquit cum eo inde causare potui; et tota supradicta rebus per supradicte finis et mensurie tradidit ad tenendum predicti amati tali ordine, ut amodo et usque decem anni completi ad sua et de suis heredibus tenere potestatem et omnis sue utilitatis ibidem facere, et quantum vacibum ibidem est, pastenare et facere arbustum, sicut meruerit, ut ad completi ipsi decem anni tota supradicta terra per supradicta mensuria abeant pastenata et factum et laboratum et operatum arbustum, sicut meruerit ut bene pareat factum; et quantum modo ibidem arbustum est de super et de supter, annualiter laborare et cultare, sicut meruerit ut vene paread laboratum; et per bindemie faciad scire pars predicte hecclesie, ut dirigat ibidem missum suum, et ipso arbustum, quam ibidem est et quod pastenaberit, bindemiare, sicut meruerit, et vinum ipsum dividere per medietatem: ille tollat eos medietatem, et pars predicte ecclesie medietatem; et annualiter conciaret organeum, quod pars ipsius ecclesie ei adsignaberit et reponeret illut in casa ipsius ecclesie ad ipsi parieti, et ipsa sortione predicte ecclesie de ipso vinum illuc portare et in ipso organeum midtere. et da ipsi decem anni in antea omni tempore, dum ipse amatus et eius heredes voluerit rebus ipsa tenere, potestatem aberet omnis sue utilitatis ibi facere, et ipso arbustum totum de super et de suptus laborare et cultare, sicut meruerit, ut vene paread laboratum, et salbum facere; et per vindemie faciat scire pars predicte ecclesie, ut ibidem dirigat missum suum, et ipso arbustum bindemiare, sicut meruerit, et medietatem ipso vinum sibi abere, et medietatem portaret ad ipsi parieti et midtere illut in ipso organeum quam eis adsignaberit, ita ut per ipsum amatus et eius heredes semper ipso organeum sit conciatum, sicut meruerit, et quem seminaberit in ipsa rebus, amodo et semper dare exinde terraticum ad pars ipsius hecclesie secundum consuetudinem de ipso loco, et dum fuerit ibidem missum predicte ecclesie pro recipiendum ipso vinum, daret ei manducare et vivere secundum suam possibilitatem et onorifice illum ibi abere, sicut meruerit. et a quo da ipsi anni in antea non voluerit ipse amatus vel eius heredes in supradicto ordine rebus ipsa tenere et laborare, remitteret illam totam ad pars iamdicte ecclesie et nullam sortionem querat illis inde abere. quod si etc: *Multa viginti aureorum solidorum constantinianorum*. et taliter pro pars ipsius hecclesie hoc scribere fecimus te aghenardus notarius. verumtamen per supradicta hobligata pena hobligabit se ipse amatus et suis heredibus per nulla ratione aliquando illis aut quicumque in ipsa supradicta rebus dulcare [1]) linum vel cannabum, aut aqua exinde portare ad ipsa rebus sua amati. unde de omnia suprascripta adimplendum, guadia dedit ipse amatus ipsius abbati et mediatorem ei posuit

[1]) *Dulcare*, idest aqua perfundere.

se ipsum et roffus de nuceria filius roffi, et ipse amatus et ipse roffus apposuit ei ad pignerandum omnis sua causa. et taliter subiungere fecimus te superius dictus aghenardus notarius.

† ego qui supra petrus iudex.

CCCXCVI.

A. D. 987.

Textus huius membranae idem est ac in praecedenti. In hoc vero post subscriptionem Petri iudicis legitur:

† ego qui supra cennamus presbiter et abbas

† ego qui supra romoalt.

CCCXCVII.

A. D. 988.

† In nomine domini quinto anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense martius prima indictione. memoratorium factum a me iohannes atrianense filius gucti, eo quod ante subscripti testes coniuntus sum cum iohannes qui fuit de amalfi, et modo sum commanentem intus salernitanam civitatem . . . . quod preteritos ego ei in partione ad pastenandum dedi de rebus mea de locum beteri, et ad tenendum dedit ego ei molinum meum; modo autem, sicut mihi et illius complacuit, tota ipsa rebus et ipsum molinum ad mea ille remisit potestatem, et ego illum prosolsit exinde exire et ire ubique boluerit asque omni nostra requisitione et contrarietate in eo ordine, ut non aberet ille potestatem . . . . parte veteri in illa parte . . . . nec ibidem tenere molinum . . . . in eo hordine guadia mihi ipse iohannes dedi, et mediatorem mihi posuit se ipsum; et per ipsa guadia obligavit se, ut si aliquit exinde remobere aut contrare quesierit, tunc per ipsa guadia componere obligavit se mihi meique eredibus decem auri solidos costantinos, et omnia suprascripta per inbitis nobis adimpleret et apposuit nobis ad pignerandum rebus et casam suam, quod legitimo et inlegitimo abet. et unc brebem scripsi ego radoaldus notarius qui interfui.

† ego teudericus me subscripsi

† ego petrus.

CCCXCVIII.

A. D. 988.

† In nomine domini dei salvatori ihesu cristi, temporibus domni mansonis gloriosi ducis et imperialis patricii anno tricesimo, et duodecimo anno domni iohannis gloriosi ducis filii eius, die tricesima mensis aprelis indictione prima, amalfi. Certum est me leo presbiter et abbas monasterii sancte marie de ircli et sancti benedicti a caucas per absolutione suprascripte gloriose potestatibus dividere et diffinire visus sum vobiscum domno urso et mansone quam et marino et leone germani filii marini iudici, qui estis habitatores civitatis salerno, idest plenarie et integre ipse hereditatis nostre in cetara posite . . . . . . flumen a partibus orientis, ubi vos habetis medietatem, et nos a partibus nostris . . . . medietatem, et divisimus eos in quartam portionem, ut vos appreendatis exinde due portiones . . . . . . similiter tollamus exinde alie due portionis de plenario ipso qui est a partibus litore maris, ubi est ipsa ecclesia sancti petri: fecimus exinde due portionis, et divisimus eos caput fixum de susum in iusum a finem de ipsum torum aqua versantem usque in flumen, sicut demonstrat ipse parietis de cammare . . . . a parte sancti petri de susum in iusum a finem de predictum torum usque in flumen de plenario ipso qui est a partibus litore maris cum omnia sua pertinentia; unde nichil exceptuavimus, fecimus unam portionem . . . . qui est a parte a supra, sicut demonstrat de latitudinem a predictam parietem de predicta cammara usque in ipsum pistellum, et de longitudinem a suprascriptum torum usque in flumen cum omnia sua pertinentiam, Unde nichil exceptuavimus, fecimus aliam portionem. iterum divisimus plenario ipso alio a predicto pistello de longitudinem indat partibus aquilonis usque in ipsum montem magnum, et divisimus eos caput fixum de susum in iusum a predictum torum aqua versantem usque in flumen, et fecimus exinde due portionis . . . . de ipsa oliva in susum per cristonem usque in suprascriptum torum, et a predicta oliva linpido descendente in flumen de plenario ipso a supra a partibus aquilonis cum omnia sua pertinentiam, Unde nichil exceptuavimus, fecimus unam portionem. et de plenario ipso de subtus a partibus meridie cum omnia sua pertinentia, Unde nichil exceptuavimus, fecimus aliam portionem. Quarum nos suprascripti germani . . . . portionem de ipso quod prius divisimus, plenaria ipsa portio de supra a parte de predicto cristone, ubi pistellum vocatur, cum plenariam ipsam portionem de supra, qui est a parte septemtrionis, et me suprascripto leone presbitero et abbas tetigit in secundam portionem plenario ipso a

mare ubi est ipsa ecclesia, cum plenariam ipsam portionem de ipso alio, qui est a parte de predicto pistello. ipsa vero terra qui est a parte de salerno a predicto torum usque in aqua flescetule cum predicta ecclesia in comune nobis remansit . . . . nos suprascripti germanis tetigit exinde ipsa de supra a partibus septemtrionis . . . . leone abbas tetigit exinde plenaria ipsa que est a parte de predicta ecclesia. hec omnia inter nos divisimus et diffinivimus et exinde inter nos appreensimus, sicut superius diximus, et unusquisque de nos faciat de suam portionem quod illi placuerit, et qui de nos se extornare voluerit predictam portionem suam, et ec chartula sit firma in perpetuum, et hoc memoramus quod superius minime . . . . unus at alium non controtetur, quia sic inter nobis stetit ante presentia testium subscriptorum.

† leo filius constantini de leone comite testis sum

† ego petrus filius constantini de sergio comite de domno sihco testis sum

† iohannes filius pantaleoni de iohanne comite testis sum

† Ego sergius filius mauri de iohanne comite testis sum

† ego pancalo filius leone testis sum

† ego guttus scriba huius civitatis hanc chartulam manu propria scripsi.

CCCXCIX.

A. D. 988.

† In nomine domini quinto anno principatus domni nostri iohanni et domni guidoni eius filio gloriosi principibus, mense aprilis prima indictione. Memoratorium factu a me leo presbiter et abbas monasterio sancti benedicti qui constructum est in locum ercle ubi dicitur ad cauke, eo quod ante subscripti testes coniuntus sum cum urso et manso et marinu et leo atrianensi germani filii cuidam marini iudici propter ad dividendum inter nos terra cum vinea et bacuum, quod pars ipsius nostri monasteri cum ipsi germani commune habet in locum cetaria in quo ecclesia vocabolum sancti petri destructa est. et statim, sicut inter nos combenit, predicta terra cum vinea dividimus et fecimus exinde due sortiones: una sorte fecimus esse coniunta cum litore maris in supra usque ad pariete de cammara suptana, que in pars de ipsa ecclesia sancti petri est, et per ipso parietem de ipsa cammara rectum ascendentem usque serra de ipso monte et qualiter coniungit in mare: de alia parte fine ipso litore maris: de pede fine flubio de predicto

locum cetara: infra hec finis, sicut diximus, una sortione fecimus esse, sceptuavimus exinde ipsa ecclesia, que commune habendum reservabimus; et alia sortione facimus esse da predicto pariete in supra et qualiter, sicut diximus, rectum ascendente usque in serra, et per ipsa serra pergente usque in cristone in quo plescaturia sunt, et per ipso cristone rectum descendente et coniungente in ipso flumen: de pede fine ipso flumine: infra hec finis, sicut diximus, alia sortione fecimus esse. unde ego iamdictus leo abbas compreensit ipsa sortione coniunta cum litore maris, in quo ipsa ecclesia dedicata est, et ipsi germani compreenserunt ipsa sortione suprana da iamdicto pariete de ipsa cammara et usque ubi se coniungit ipso cristone cum ipso flumine: simulque et compreensimus ipsa cammara que est in pars de ipsa ecclesia, et ipsi germani compreenserunt ipsa cammara suprana coniunta cum ipsa sortione sua. simulque et dividimus alia terra cum aliquantum vinea et bacuum uno teniente ibidem a supra, et fecimus esse due sortionis: una sortione fecimus esse coniunta cum ipsa sortione quod ipsi germani compreenserunt, per hec finis: de pede fine ipso flumine: de alia parte fine ipsa sortione ipsorum germani, sicut ipso cristone discernit, et rectum saliente usque serra et per ipsa serra pergentem et coniungentem usque ad ipsa alia sortionem et qualiter rectum descendit usque oliba in quo unum termite fiximus, et coniungit in ipso flumine; et ipsa alia sortione fecimus esse da predicta oliba et termite in supra usque ad cristone maiore, qui coniuntum est cum ipso flumine et qualiter rectum ascendit usque in serra. unde nos iamdictus leo abbas compreensit ipsa sortione da predicta oliba et termite in supto usque ad fine de iamdicti germani, quod, sicut diximus, compreenserunt, et ipsi germani iterum compreenserunt ipsa sortione suprana da predicta oliba in supra usque ad predicto cristone qui cum ipso flumine coniuntum est; nam ipsa ecclesia sancti petri et alia rebus da iamdicte serre in partibus salernitanorum usque ad aqua de fischetole communiter illut reservabimus dividendum per medietatem, et quacumque prodem per partes exinde tollere vel habere potuerimus, inter nos dividamus per medietatem: pars ipsius nostri monasterii tollat illut medietatem, et illis medietatem. hec sortis inter nos fecimus et tradidimus pars partium cum omnia infra se habentibus et suis pertinentiis et cum bice de via sua amodo et semper illut habendum, dominandum per illo hordine et ratione, sicut supra dictum est, et omnia exinde faciendum nos et successores nostros, et pars ipsius monasterii, et ipsi germani et illorum heredes quod voluerimus, et per nullis modis queramus hec sortis remobere aut contrare. unde in eo hordine guadia mihi ipsi germani ursu, manso, marinus et leo dederunt, et mediatorem mihi posuerunt iaquintus notarius filius iaquinti; et per ipsa guadia obligaverunt se et suos heredes, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare, et taliter in hec divisionis firmiter non permanserit, tunc per ipsa guadia componere obligaverunt se et suos heredes mihi meique suc-

cessoribus et ad pars ipsius monasterii centum auri solidos costantinos. et hunc brebem scripsi ego iaquintus notarius qui interfui et superius declaratus sum.

† ego imetancus

† ego romoaldus

† ego petrus.

CCCC.

A. D. 988.

† In nomine domini quinto anno principatus domni nostri iohanni glorioso principe, mense iulius prima indictione. ideo que ego faraccu filius quondam stefani de locum paternu actum apus monte de sicut mihi Congruum est affiliavit mihi iohannes filius sassi magelchise in omnibus rebus substantiis meis stavilis et movilis, sicut filium meum legitimum masculinum; et ideo ego superius faraccus, bona mea bolumptate, ante subscripti testes per anc cartula donavit et tradidit tibi predicto iohanni talem sortionem de omnibus rebus substantiis meis stavilis et movilis, quale et unum de filiis meis legitimi masculini de rebus mea tollere et habere debuerit, idest de casis quam et intrinsecus casis, territorie, curtis, ortalis, arbusta, castanieta, inseteta, quertieta, campis et silvis, pratis, pascuis et aquis, in montibus quam et in planis, cum finis et vice de viis suis et cum omnia infra se habentibus inclita sortionem tibi qui supra iohanni donavit et tradidi. et pro confirmandam et staviliscendam hanc mea donatione nunc a presentis recepi a te qui supra iohannes iusta legem launegild camiso unum, et inputavit mihi ipsum tuum bonum serbitium, quem mihi facere promisisti tu et uxor tua cumtis omnibus diebus vite mee, sequenter meum continent brebem, et in unum resideamus, et abitemus, et lavoremus, et ad una mensa vivamus, sicut bonus filius cum patre suo; et omnia quem necesse fuerit sibe de casa sibe de campu, de communiter illos faciamus, sicut inter nobis convenit in omnem deliverationem. finitaque vero mea donatione per susceptum launegild ea ratione, ut a nunc die presenti et perpetuis temporibus tu qui supra iohannes quam et tuis heredibus predicta mea donatione, ut superius legitur, in omnibus securiter et firmiter eos habere et possidere valeatis, et post meum obitum faciatis exinde omnia quod volueritis. ex qua promisi et guadia tibi qui supra iohanni dedit et mediatorem tibi posuit petrus nepotem meum filius ciceri tali ratione, ut demus tibi legitimam uxore puella filia mea nomine bona; et per eadem guadia obligo me qui supra faraccu et meis filiis et heredes tibi qui supra iohanni quam et ad

tuis eredibus predicta mea donatione, ut superius legitur, ab omnis homines antistare et defensare promittimus. quod si minime potuerimus eos vobis defensare, vel si nos ipsis forsitans per quolivet ingenium donationem istam quam prelegitur, removere aut retornare quesierimus, tunc ante omnia questio et causatio nostra sit exinde tacita et vacua et inanis, et secundum edicti capitulo, qualiter de donatione continent pagine de donum et launegild susceptum, nos vobis adinpleamus iustitia: insuper ad compositionem siamus nos vobis obligati ad componendum per ipsa eadem guadia viginti aurei solidos constantinos; de colludio autem secundum legem nos vobis iuremus per dei misteria; et per ipsa guadia demus tibi legitima uxore predicta bona filia mea. iterum et si tu qui supra iohannes vel tuis heredibus absque heredes defuncti fueritis, nos autem vel nostris heredibus demus pro vestre salutis hanime astante hominem illum, cui per vos iudicatum aut iniudicatum vel in manum commissum fuerit, sex aurei tari, et faciamus pro vestre salutis hanime septima et trentuale, et predicta nostra donatione quod est affiliatione, in integrum redeant ad nostram vel de nostris heredibus potestatem, et si nutu dei eredes habueritis, et vos et vestris heredibus illos securiter et firmiter abeatis, sicut superius legitur. quam te guisonem notarium scribere rogavi. actum apus monte.

† ego mirandu

† ego teofri

† ego suppo.

CCCCI.

A. D. 988.

† In nomine domini quinto anno principatus domni nostri iohanni glorioso principe, mense september secunda indictione. ideo que ego nos, hi sumus petrus filius quondam adelprandi quam et ego mulier nomine maralda filia iohanni de locum nuceria et uxor sum supradicti petri, quoniam declaratam quia mihi que supra maralde est pertinentem rebus per gradum parentum meorum a parte predicti iohanni genitori meo, et congruum est mihi que supra mulieri illos vindere sesami et litti germani filii quondam licti qui sunt consobrini fratri mei. Ego que supra maralda feci exinde notitiam ipsius petri viro meus et letitie filia mea nostra, quem de ipso petrus viro meus genita et cretam abui, et mari fratrem meum qui sunt mundoaldi mei, in cuius mundium me subiacere palamfacio, et eis postulavit, ut mihi inde esse consentientes anc adinplendum ista mea venditione, et una simul pariter cum eis perreximus quoram presentia

leoni iudici cui hec omnia nota fecimus. ipse vero iudex, secundum mandatum legis, per ordine me superius nominata mulier interrogavit et inquisibit, ne forte aliqua violentia esse patibula ab ipso viro meus aut a quacumque hominem; ecce in eius presentia manifesta sum, quod pura et sincera mea esse bona volumptas ipsa suprascripta rebus mea cum ipso viro meus venumdare, quorum ipsi vir et mundoaldi mei mihi consentientes fuerunt, et pro stavilitatem una mecum in anc cartula suis manibus posuerunt. et per notum et absolutionem ipsius iudici nos superius nominati petrus et maralda unianimiter parique consensum per hanc cartula venumdedimus vobis predicti sesami et licti germani filii nominati licti tota et inclita omnis rebus mea stavile, quantum quantoque mihi que supra maralde fuit et est pertinentem a parte predicti iohanni genitori meo, quem habeo in locum nuceria vel per aliis singulis et dibersis locis, exceptuatum due pecie de terris quod vobis non venumdedimus; una in locum nuceria ubi ad pratu dicitur, quod reserbavimus ad nostra potestatem, et ipsa alia pecia quod vocamur a la fusara, quod venumdedimus iam preteritis annis ad heredes ermengardi; nam ipso aliud ubicumque exinde inventus dederit, sibe in montibus, sibe in planis, qui mihi in sorte da bobis evenire debuerit et mihi que supra maralde est pertinentem a parte predicti iohanni genitori meo cum finis et viis suis cum usu aquarum et cum omnibus suis pertinentiis et infra se abentibus, totum et inclitum illos a funditus vobis qui supra sesami et litti in integrum benumdedimus, exceptuatum ipse duo pecie quod supra diximus, quod vobis non venumdedimus, una ad pratu et alia ubi dicitur a la fusara. et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostra vindictione nunc a presentis recepimus a bos qui supra germani sesamu et littu statutum pretium, i sunt aurei tari boni numerum viginti duo in omnem deliverationem, sicut inter nobis convenit. finitoque pretium ipsum apud nos ea ratione, ut a nunc diem presenti et perpetuis temporibus vos prenominati sesamu et lictu quam et vestris heredibus predicta nostra vindictione, ut superius legitur, in omnibus securiter et firmiter eos habere et possidere valeatis, et faciatis exinde omnia quod volueritis absque omni contrarietate nostra vel de nostris filiis et heredes aut cuiqua ominibus. ex qua promisimus et guadia vobis qui supra sesami et licti dedimus et mediatorem vobis posuimus petrus filius ciceri; et per eadem guadia obligavimus nos nominati vir et uxor et nostrisque heredibus vobis predicti sesami et litti quam et ad vestris heredibus predicta nostra vindictione, ut superius legitur, ab omnibus hominibus antistare et defensare promittimus. quod si etc: *Emptores pacta non servantes tenentur solvere duplum pretium.* si autem de ex dicta rebus vobis vel ad vestris heredibus causatio fuerit exurte et per vobis ipsis inde volueritis exe autores et defensores, in omnibus licentiam et potestatem habeatis vos et vestris heredibus cum ista cartula et cum omnis alia monimen et ratione vestra et nostra, que inde habere potueritis, exinde causare et omnia agere et perficere, et rebus ipsa vobis defensare, sicut vultis. nam quando nos vel nostris heredes quesieritis habere au-

tores et defensores, nos autem vel nostris heredibus rebus ipsa vobis defensemus et omnia adinpleamus, sicut superius legitur, exceptuatum ipse duo pecie de terris quod supra diximus, quod vobis non venumdedimus; nam ipso aliut totum et inclitum ad vestram remisimus et tradidimus potestatem in suprascripta ratione. quam te guisonem notarium scribere rogavimus. actum nuceria.

† ego qui supra leo

† ego petrus diaconus.

CCCCII.

A. D. 988.

† In nomine domini quinto anno principatus domni nostri iohanni glorioso principe, mense octuber secunda indictione. memoratorium factum a me iohannes filius quondam sparani qui dicitur levoranu, eo quod ante nobiliores homines qui subter scripti sunt, dederunt et tradiderunt mihi ad lavorandum, et frugiandum, et tenendum, et dominandum, et pastenandum domnus cennamus veneravilis abbas custos et rector hecclesie sancti maximi, et una cum eum essent landoari comes qui est unum de dominiis ipsius hecclesie, una pecia de terra vacua, quem pars iamdicte hecclesie sancti maximi habet in locum angre ubi tribanu dicitur, que abet finis et mensuria ipsa predicta pecia de terra: a pars occidentis fine via publica, sunt inde per mensuria passos octuaginta octo: a pars septemtrionis fine terra de episcopio staviano, sunt inde passos quinquaginta quatuor et cubito unum: a pars orientis fine de heredes guisoni de eodem locum angre, sunt inde passos septuaginta nobem: a pars meridie fine guisoni subdiaconi filius boni, sunt inde passos triginta, et exiente usque in ipsa via publica que est priore fine, totum ad iusto passum hominis mensuratum. unde pro taliter per bonam convenientia guadia mihi ipse domnus cennamus abbas cum ipso advocatore suo dederunt, et mediatorem mihi posuerunt mirandus filius iohanni de locum tostazzu tali ordine, ut amodo et usque decem anni completi ipse domnus abbas et successores suos, et pars iamdicte hecclesie sancti maximi defensaret mihi qui supra iohanni vel ad meis heredibus tota et inclita ipsa supradicta pecia de terra per supradicte finis et mensurie cum vice de via sua da omnes homines, et non illos mihi meique heredibus tollere aut contrare quera per nullis rationibus, dum nos illos tenere voluerimus ad lavorandum et frugiandum; et nos autem vel nostris heredibus licentiam et potestatem habeamus in ipsa eadem rebus fobee et omnis nostras utilitatem facere, et eas pastenare arbores et vites et

alia fructifera, et faciamus ibidem arbustum bonum, sicut locus ipse meruerit et de tantos annos fuerit, et omnem annum suis temporibus eos de super et de subter lavoremus et cultemus, ut bene paread lavoratum et cultatum; et amodo et usque ipsi decem anni completi de quantum vinum in ipsum pastinum fecerimus, totum et inclitum illos nobis abeamus et faciamus exinde omnia quod voluerimus, absque omni contrarietatem ipsius domni abbatis vel de successores suos et da pars ipsius hecclesie: tantum de quem ibidem seminaverimus, omne annum demus inde terraticum ad pars iamdicte hecclesie, secundum consuetudinem ipsius locis. et da ipsi decem anni completi in antea, dum nos qui supra iohannes et meis heredibus illos tenere voluerimus ad lavorandum et frugiandum, licentiam et potestatem habeamus nos nostrisque heredibus eos tenere et dominare, et lavorare et frugiare de super et de subter suis temporibus omne annum; et omne annum per ipse vindemie faciamus scire pars prephate hecclesie, et iusto ordine eos vindemiemus et ad palmentum ipso vinum in tertiam partem dividamus cum pars iamdicte hecclesie: illis exinde tollant tertiam partem de ipso vinum, et nos nostrisque heredibus omne annum tollamus omne annum due sortis de ipso vinum, et nos conciemus omne annum ipso organeum de nostrum ordinem et expendium, ubi reponamus ipsa sortione eorum de ipso vinum, et nos illos portemus eorum ipsa sortione de ipso vinum usque ad ipsi pariti de nuceria, ubi semper fuit consuetudo de vinum reponere pars iamdicte hecclesie in sua organea cum nostrum ordine, sicut consuetudo est, et missum suum quem ibi direxerit per vindemie tempore, nos illum nutriamus iusto ordine de nostra vibenda, dum steterit ad ipsa vindemia ad ipso vinum recipiendum omne annum. et si per iram defensores seu pro alia causa nos aut nostris heredes exuti fuerimus ad habitandum de ac terra nucerina, ut non possamus lavorare et frugiare ipsa eadem rebus, tunc tota et inclita ipsa predicta rebus redeant ad potestatem predicte hecclesie eiusque rectoribus; et si infra tres anni nos vel nostros heredes rebersi fuerimus ad habitandum infra terra nucerina, ipsa predicta rebus redeant ad nostram vel de nostris heredibus potestatem ad lavorandum et frugiandum in predicta ratione, dum nos illos tenere voluerimus ad lavorandum et frugiandum omni tempore. et si infra ipsi predicti tres anni non fuerimus nos rebersi ad habitandum infra nuceria, ut ipsa rebus non possamus lavorare et frugiare, licentiam et potestatem habeant pars iamdicte hecclesie eiusque rectoribus ipsa eadem rebus dare ad lavorandum et frugiandum cui boluerit, absque omni nostra contrarietate vel requisitione. quod si taliter etc. *Sequitur formula consueta. Compensatio definita fuit per viginti aureos solidos constantinianos.*

† ego guiso notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego qui supra landoari

† ego qui supra cennamo presbiter et abbas

† ego maio presbiter.

CCCCIII.

A. D. 988.

† In nomine domini sexto anno principatus domni nostri iohanni glorioso principe, mense december secunda indictione. memoratorium factum a me cennamus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi de intus ec salernitanam cibitatem pertinentem de eredes domni guaiferi principis, et una mecum adexet waiferius castaldo adbocatorem nostrum unus de dominii ipsius ecclesie, eo quod ante subscripti testes per bona comvenientia tradidimus domnandi de muntoru filio quondam rocci ad plantandum arbustum et abellanietum terra pertinentem ipsius ecclesie cum arboribus et aliquante abelle et castanietum uno tenientem in locum muntorum finibus rotense, ubi cirione dicitur: abet finis . . . . , ipso abellanietum et arbustum facere debet: a pars occidentis fine ipsius ecclesie, sunt inde passi quinquaginta duo, et rebolbente passi octo, iterum rebolbente in pars meridie passi sidecim: a partibus meridie fine ipsius ecclesie, sunt exinde passi septuaginta duo: da partibus orientis similiter fine ipsius ecclesie, indeque passi septuaginta duo: alia vero parte fine ipsius ecclesie, sunt exinde passi sexaginta quadtuor, totum fuit mensuratum ad iusto passum homini. per iste finis et mensurie illut ei tradidimus cum medietate ipso castanietum quod abet partibus nostre ecclesie ibique in pars meridie coniuntum ista terra, et ipso bacuum qui est in partibus orientis, similiter ibique coniuntum, tali ordine, ut amodo et usque octo anni completi ille autem et homines, quod ad laborandum et pastenandum ibi miserint, et eorum eredes pastenare ipsa terra per suprascripte finis et mensurie, et de ipsa terra ibique coniuntum quantum potuerint, qui est ab orientem arbustum, tertiam partem, et due sortis facere eos abellanietum, et omnis frudium et laborem, quem inde tollere potuerint, totum illut sibi abeant, faciendum inde quod eorum placuerint. tantum amodo et dum ipsa res tenuerint, per omnis annum, de quod ibi seminatum fuerint, deant exinde terraticum in pars nostre ecclesie secundum consuetudo de ipso locum, et ipso castanietum medium quod supra diximus, per tempore eos illis colligere et seckare, et tertiam partem inde ad pars ipsius ecclesie dare, due sortis inde sibi abere. tamen si case fecerint in ipso pastino, dum ibi abitaberint, teneant ipso castanietum in suprascripto ordine; et si ibi non abitaberint, ipso castanietum trasactibe rebertas ad ipsa ecclesia: similiter et si infra ipso constitutum venerint omines qui de ipso bacuum ad pastenandum compreenserint, de quantum non abueritis exinde pastenatum et operatum adque surtum, sicut

et ipsa pecia de terra infra suprascripte finis et mensurie, rebertar ad nostras potestatem cum medietate de ipso castanietum de quantum vos tenueritis, et vos abeatis ipsa quartam de totum ipso castanietum erga fine de ipsa pecia de terra, dum ibi abitaberitis. ad completi autem ipsi octo anni ipse domnandus et omines quod ibi ad laborandum miserint, et illarum heredes abeant in ipsa terra per suprascripte finis et mensurie, et de quantum pastenaberint de ipsa terra bacua a foras ipsa mensuria, tertiam partem de arbustum de bono bitinio, et si pomis et due sortis abellanietum factum et operatum de super et de subter et cultatum, sicut locus ipse et de tantos annos meruerint, et clusum ; et iam in antea omni tempore illis suique eredibus eos actis temporibus dum boluerint, eos sue potestatis tenere et dominare et sue utilitatis ibi facerent, et eos laborarent de super et de subter, et cultare, et cludere, et bigilare, et salbum facere rationabiliter, et sic eos laborare, ut proficiant et non dispereant et loci illius est consuetudo; et annualiter faciant nos vel partibus ipsius ecclesie scire, ut dirigamus ibi missus noster, et illis totum ipso arbustum per tempore rationabiliter bindemiare, et ipso binum ibique ad palmentum cum missus noster dibidere: illis tollere inde due sortis et nos tertiam partem; ipsa tertiam partem de ipso binum nos demus eorum illuc organea da binum, et illis eos conciare bona et reponere illuc in casa sua, et reponere annualiter ipsa sortione de ipso binum ipsius ecclesie et faciant illum salbum, dum eos inde tulerint asque degeneratione et igne et mures : ipso abellanietum suis temporibus colligere et seckare et tertiam partem inde ad pars ipsius ecclesie dare, due sortis inde tollere illis: missus ipsius ecclesie, dum pro ipsa bindemia ibidem steterint, illis eum notrire secundum suam possibilitate et eius fuerint mensura. tantum da completi ipsi octo anni in antea, quale tempore ipsa res tenere noluerint, aut si de principatus salernitano exierint, inclita ipsa res perbeniant in ipsa ecclesia, si illud laborare noluerint in suprascripta ratione: scepto si infra tribus anni ic rebersi fuerint ad abitantum illi vel eorum eredes, ipso arbustum cum ipso abellanietum perbeniant ad eorum potestatem ad tenendum in suprascripta ratione. Unde pro taliter per bona convenientia wadia ipse domnandus mihi et ipsius waiferi dedit et mediatorem nobis posuit gari de eodem loco muntoru filius idem gari; et per eadem wadia obligavit se et omines qui ibi miserint, et illorum eredes, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierint remobere aut contrare et talia mihi et partibus ipsius ecclesie et ac succexores meos non adimpleberint, tunc per bona comvenientia per ipsa wadia componere obligavit se suoque erede et omines quod illi ibi miserint, et suos eredes mihi meique succexoribus et in partibus ipsius ecclesie centum auri solidos costantinos, et unc brebem scripsi ego mirandus notarius qui interfui.

† ego petrus

† ego maraldus.

A tergo huius membranae leguntur sequentia verba, quae scripturae X saeculi characteres

exhibent: pannu de brache X. corcebaldu I. mantellu I. scarpe pario I. et pario de calze II. zappa I. lena betere I. plumaczu betere faciola II. plaione I. brache pario I.

CCCCIV.

A. D. 988.

Summarium

« Anno sexto principatus domni Iohannis, mense Decembri secunda indictione. Haec charta « agit de ipso contractu, de quo antecedens, intra Domnandum filium Rocci et Cennamum « rectorem hecclesiae sancti Maximi; et est attestatio seu declaratio Domnandi, qua, predictam « censuationem a Cennamo ei factam de terra in loco *Monturu, qui dicitur Cirione finibus Ro-* « *tense,* accipit et confirmat pro se suisque heredibus cum omnibus oneribus et pactis in supra- « scripta charta designatis.

Adsunt testes

† ego cennamo presbiter et abbas

† ego qui supra guaiferius

† ego petrus

† ego maraldus.

CCCCV.

A. D. 989.

† In nomine domini sexto anno principatus domni nostri iohanni gloriosi principis, mense martius secunda indictione. memoratorium factu a me lanfrid clerico et filio quondam iaquinti, eo quod ante subscripti testes tradidit mihi cicerus filius sellicti una pecia de terra bacua de intus anc salernitanam cibitatem a super casa mea. Unde pro taliter guadia mihi dedit et mediatorem mihi posuit se ipsum; et per ipsa guadia obligabit se tali ordine, ut, dum ille ibidem boluerint casa edificare, licead me in predicta terra ortum ibidem facere et abere, et dum ille ibidem benierint casa ibidem facere et a quo casam ibidem boluerint facere, licead me inde excotere omnis nostra causa et ire ubi boluerimus, et inclita ipsa terra ad eius rebertar potestatem;

et per bona combenientia per ipsa guadia obligabit se suosque eredes amodo et usque in predicto constitutum defensare nobis predicta terra cum bice de andito suo ab omnibus ominibus omnique partibus et non illut vel exinde nobis tollere aut contrare. et si taliter etc: *Multa decem aureorum solidorum constantinianorum.* et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† ego teudericus me subscripsi

† ego petrus notarius me subscripsi

† ego azzo.

CCCCVI.

A. D. 989.

† In nomine domini sexto anno principatus domni nostri iohanni gloriosi principis, et primo anno principatus domni guaimarii principis filio eius, mense aprelis secunda indictione. declaro ego lando [1]) domini gratia episcopus sancte sedis pestane, quoniam aulam sancte dei genitricis hac virginis marie, que fundata est intus castellum caput aquis, magna partem ex ea in ruina posita est et non havemus aliquit consulu [2]), unde eam conciare et restituere possamus; volueramus denique ibique aliquantulum ex rebus nostri episcopii per vonam conbenientia vicariationis ordine daret et acciperet exinde alia rebus cum aliquanto pretium, unde et ecclesiam ipsam et aliis minuitatibus [3]) nostri episcopii restituere et adimplere valeamus. et dum causa ipsa per plures divulgavimus et divulgare fecimus, nemo invenimus qui illut facere vellet. nobissime autem venit ad nos pinnino filius mauri, qui dixit nobis, ut si per comvenientia commutationis ordine dederimus una clusuria de terra cum binea et cum aliquantum vacuum de locum tronda lucaniense finibus nostri episcopii pertinentes . . . . daret exinde ad partibus nostri episcopii alia clusuria sua de terra cum binea quod habet in locum pazzano finibus eodem lucaniense, et adiungeret in partibus nostri episcopii solidos decem. tunc cepimus inde havere colloquium cum totonem scriba palatii advocatorem nostrum et cum cleros onoratos nostri episcopii. inito consilio, comparuit nobis vonum esset eidem pinnini prephatam clusu-

[1]) De Landone episcopo Poestano nulla habetur notitia praeter istud Instrumentum, in quo eius nomen legitur.

[2]) *Consùlu*, sub qua voce debent intelligi auxilia, quibus opus erat ad reficiendam *aulam ecclesiae S. Mariae*; quum pecunia quamdam consolationem afferat in benefaciendo.

[3]) *Minuitatibus*, idest res parvi momenti. Hoc sensu deest in Gloss: Du Cange.

riam de terra cum vinea et cum aliquantum ipsum vacuum per finis et mensuriis, que inferius declaramus, dare, et ab eum recipere ipsa clusuria sua de terra cum vinea cum ipsi solidi, unde, ut diximus, cadimen [1]) ipsius ecclesie aliisque . . . . . . nostri episcopii restituere et adimplere valeamus, et, ut videremus si vonum ad pars nostri episcopii eveniret, super rebus ipsis quem dare et recipere volumus, una cum iohanne iudice et cum ipso advocatorem aliisque doctis hominibus perreximus, et cum summa diligentia rebus ipsa providimus et stimavimus; set melius multo nobis remelioratum comparuit esse illut, quem ipse pinnino nobis dare vult cum ipsis solidis, super illut que a nos tollere querit. redeuntes vero de illuc hec omnia per ordine supradicti magni principibus annuntiavimus, ut per illorum licentiam hanc faceremus vicaria; illi autem, dum per sua exquisitione agnoverunt, quod vonum ad partibus nostri episcopii eveniret, psolutionem nobis dederunt talia perficiendum; etiam et de sua presentia inter medium nostrum essendum direxerunt sikenolfus comite, et nos utrique partibus observantes ea que in lex langobardorum de comvenientia et commutatione adfictum est, pars partium convocavimus idoneis hominibus, ut quo utrumque faceremus, omni tempore firmum stavilemque maneret. quo ita factum, ego superius dictus pontifex et una mecum ipsum advocatorem nostrum per vonam comvenientia ante ipsum iudex et subscribtos testes recepimus a te nominato pinnino ipsi decem solidi, et per vonam comvenientia tradidimus et confirmamus vobis, ut diximus, commutationis ordine predicta clusuria de terra cum vinea et bacuum per hec finis et mensuriis: de super parte incipiente a termine qui . . . . de via que vadit ad sancto petro, et pergente per medio rifano qui est inter binea ipsa et binea de erede alfani diaconi et filii stefani usque, ubi alio termine fictum est, inde sunt passi septuaginta sex, et deinde descendente in partibus occidentis per medio alio rifano usque in via puplica suntque passi quinquaginta, et de subtus partibus erga ipsa via et inde sunt passos nonaginta sex, et saliente per ipsa via priores et iunge in iamdicto termine suntque passos biginti duo, totum mensuratum ad iusto passum. hanc vero clusuria de terra cum binea et bacuum per iamdicte finis et mensuriis cum omnibus infra se habentibus omnibusque suis pertinentiis cum vice de via sua tibi iamdicto pinnini in commutationis ordine tradidimus ad securiter et firmiter amodo et semper vos vestrique eredes illut havendum, dominandum, possidendum et omnia inde faciendum que volueritis absque omni nostra nostrique successoribus contrarietate vel requisitione. Unde pro confirmandam et staviliscendam hanc nostra vicariationem per alia cartula, que aput nos scribta retinemus, recepimus a vos ipsa clusuria de terra cum vinea vestra de locum pazzano per hec finis et mensuriis: a super parte, sicut media murice discernit inter binea vestra et vinea imperati

[1]) *Cadimen*, valet *cidima* vel *cadima*.

archidiaconi, inde sunt passi biginti: ex alio latere inter binea ipsa et vinea de heredes petri et faracki pergente per medio rifaneo suntque passi triginta octo: da pede fine leoni filii petri curti, et inde sunt passi biginti octo, et saliente da alia parte secus ipsa bia, suntque passos quinquaginta sex. finitaque vicaria ipsa aput nos ea ratione, per vona comvenientia obligo me qui supra lando domini gratia episcopus et meis successoribus et pars nostri episcopii amodo et semper prephatam nostram traditionem vobis vestrisque heredibus antistandum et defensandum ab omnibus hominibus omnique partibus; et si qualis tempore volueritis per bos ipsis esse inde autores vice nostri episcopii, potestatem habeatis vos vestrique heredes, cum quale monimen et rationem inde havere potueritis, in omnibus inde causare, et omnem legem et iustitiam exinde reciperet, et omnia inde agere que et qualiter volueritis, et per vos ipsis exinde siatis autores et defensores. Nam quando pars nostri episcopii exinde autores quesieritis habere, nos autem nostrique successoribus et pars nostri episcopii antistemus et defensemus illut vobis vestrique heredibus, quomodo superius legitur. si autem, sicut dictum est, etc: *Qui pacta non servet, tenetur solvere sexaginta aureos solidos constantinianos, interposito mediatore Rainaldo filio Domnelli.* et tali ordine te stefano diaconum et notarium scribere rogavimus intus caput aquis.

† ego qui supra lando episcopus

† ego superius toto scriba palatii

† ego qui supra sichenolfus

† ego qui supra ioannes iudex

† ego sisamus

† ego qui supra lando diaconus et bicedomnus.

CCCCVII.

A. D. 989.

† In nomine domini domno basili divina gratia imperator augusto deo propitius Tricesimo secundo anno imperii eius, et vicesimo septimo anno cum eo regnante domno constantino frater eius santissimis imperatoribus nostris, mense magius secunda indictione. Ideo que nos viri et veri germani nomine iohanne et eodo et godeni presbiter filii cuidam iohannis, qui sumus commorantes ex castello monterotario [1]), qualiter intus cibitatem lucaerie ante presentia

[1]) *Monterotario*, in Principatu Beneventano.

polcari iudicem et nobiliores hominum, qui hic subter conscripti sunt, clare enim facimus, quia habemus ad communiter una pecia de vinea ex predictum genitorem nostrum in escla esta pars flubio perticatam non longe hab ac cibitate lucerie, quem predictus genitor noster ipsam vineam emptam illam habuit a gizzo filio iohannis, unde aput nos firmam retinemus cartulam emptionis ab illo firmatam, quem hisdictam vineam congruum nobis est bindere vobis veri germani nomine mari et adoni et poterisi filii quoddam garempoti, bona etenim nostra bolumptatem incipientem primo per haec fines: de prima pars quod a medio limite et fine ipsa vineam bolgari, inde sunt per latitudo passi viginti et tres: a secunda pars quod est a medio limite et fine ipsam vineam symeoni filii mili monachi, inde sunt per longitudinem passi quadraginta quattuor: de tertia pars quod est a predicto flubio perticata, inde sunt passi per latitudo viginti duo: A quarta autem pars quod est a medio limite amuri filii pauli, inde sunt per longitudinem usque im prioras fines passi quadraginta duo. Inter iste namque finis et mensure, quę prelegitur, exdictam vineam nec nobis neque ad nostris heredibus, neque quartam partem uxoris nostre, neque ad nullum quempiam hominem nichil exinde reserbavimus nec dicimus remaneręt aliquam portionem, Set una cum mediis limitibus et cum via et andita sua cum legitima transita et exita sua, nec non et cum medio palmento suo, et cum inferius et superiusque suis, cum suis omnibus pertinentiis integram ipsam vineam venundedimus vobis qui supradicti emptori nostri possidendum. de quo pro constabiliscendam hanc nostram benditionem recepimus a vos qui supradicti emtori nostri finitum pretium sex solidos constantinianos ex aurum boni per caput: finitum dicimus aput nos habere receptum pretium Ea videlicet rationem, ud amodo et semper tam vos qui supradicti emtori nostri quam et vestris heredibus supradicta nostra benditionem in integrum, sicut supra legitur, habere et possidere valeatis et faciatis exinde, quemammodum vobis vel ad vestris heredibus placuerit; et hoc repromittimus nos et nostris heredibus hobligamus vobis et ad vestris heredibus, ut hanc nostra benditionem nos vobis ab omnibus hominibus et a quartam partem uxoris nostre antistare et defendere promittimus. quod si noluerimus etc: *Sequitur consueta formula. Si emptores pacta non servent, tenentur solvere duplum pretium.* quem te alarico clericus atque notarius hanc cartulam nostre benditionis scribere rogavimus et interfuit. Actum in civitate lucerie indictione feliciter.

† ego qui supra polcari iudex

† ego ioannes

† ego iohannes

† ego falcu ita nobi.

CCCCVIII.

A. D. 989.

† In nomine domini anno sesto principatus domni nostri iohanni et primo anno principatus domni waimari eius filio gloriosi principibus, mense iunius tertia[1]) indictione. memoratorium factu a me sergius, qui vocatur calendola filius stefani, eo quod ante supscripti nobilibus per vona combenientia tradidit mihi at causandum lupenus, qui est abitantes de cibes atranu filius leoni presbiteri consobrino fratre meus, ut ego licentiam et potestatem habeamus cum illis hominibus causare apsque omni colludio de inclita sortionem suam de rebus eius, que ei pertinet da predicto genitorem suum, quod habuit in pertinentia de ista cibitate salernitana, ubicumque de rebus sua inbentus dederit, ut diximus, licentiam et potestatem habeamus cum illis hominibus causare qui ipsa rebus tenuerit, et quantum quantoque de rebus ipsa combincere potuerimus, per medium equaliter inter nos illut dividamus: nos tollamus eos medium, et meis heredibus et ille et suos heredes tollat aliut medium, per partes omnia exinde faciendum que nobis placuerit; et si quacumque datione inde pervenerimus dare ambas partes, communiter illut demus: nos medietatem, et ille medietatem; sceptuamus, non causemus de ipsa casa eius de intus hec cibitatem. unde per vona combenientia wadia mihi dedit ipse lupenus, et mediatorem mihi posui se ipsum, et per eadem wadia obligabit se ipse lupenus et suos heredes. quod si etc: *Statuta multa viginti aureorum solidorum constantinianorum*. et hunc brebem scripsit ego antipertus notarius qui interfui.

† ego pando

† ego guido

† ego petrus.

CCCCIX.

A. D. 989.

† In nomine domini sexto anno principatus domni nostri iohanni et primo anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense iulius secunda indictione. memoratorium

---

[1]) *Lege*: secunda.

factu a me cennamus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia, una mecum adesset landoarius comes adbocator et unus de dominii ipsius ecclesie, tradidimus iohanni filio sellicti et madelmi filio lanfranci una pecia de terra bacua, quod pars ipsius ecclesie abet in locum apus monte ubi proprio mariliano dicitur, per ec finis et mensuria: de super capite fine bia publica, sunt inde passos quadraginta octo: a pars orientis fine predicte ecclesie, sunt inde passos centum septem: a pars meridie similiter fine predicte ecclesie, sicut flubio de saltera discernit, sunt exinde passos quadraginta sex: a pars occidentis similiter fine predicte ecclesie, sunt exinde passos centum septem, totum mensuratum ad iusto passum omini. ec vero predicta pecia de terra, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, tota et inclita illut ei ad pastenandum arbustum tradidimus. Unde pro taliter guadia nobis dederunt et mediatores nobis posuerunt se ipsis tali ordine, ut amodo et usque duodecim anni completi licead illis et suis eredibus et omines quem ibidem miserint, predicta pecia de terra per supradicte finis et mensurie sue potestatis tenere et dominare, et fobeas et omnis sue utilitatis ibidem facerent, et totum illut pastenare arbustum, et quantum binum vel frugens amodo et usque ipsi duodecim anni inde tollere vel abere potuerint, totum sue sint potestatis faciendum exinde omnia quod boluerint, et nullam in pars ipsius ecclesie exinde darent: preter, de quod annualiter ibidem seminaberint, deant in pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. ad completi ipsi duodecim anni illis autem et suis eredibus abeant in ipsa terra infra predicte finis et mensurie arbustum factum operatum et cultatum de super et de subter, sicut de tantos annos meruerit et loci illius est consuetudo, ut bene paread factum, et iam in antea omni tempore illis et suis eredibus, dum illut tenere et laborare boluerint, predicta terra cum arbusto sue potestatis tenere et dominare, et abtis temporibus ipso arbustum de super et de subter laborare et cultare, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant, et per tempore illut bindemiarent, et faciant scire pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et ipso binum ibidem ad palmentum et omnia poma exinde in tertiam partem illut inter se dibidant: illis tollad inde due sortis, et pars predicte ecclesie tertiam partem; et pars predicte ecclesie adsingnarent ibidem eorum organea ubi reponant ipsa nostra sortione de ipso binum, et illis organea ipsa iusta ratione conciate, et ipso binum ibidem reponerent et salbum illut facerent absque degeneratione et ingne et mures, usque dum illut pars ipsius ecclesie inde tollad; et dum ibidem steterint missum predicte ecclesie pro ipse bindemie, illis autem eum notrire secundum suam possibilitatem. da completi ipsi duodecim anni in antea, si illis et suis eredibus rebus ipsa tenere et laborare non boluerint, tunc inclitum illut remittas ad potestatem ipsius ecclesie; et si in predicta rebus pars predicte ecclesie molinum ibidem edificare voluerint aut archa-

turias facere, licentiam abeant; et si aliquando tempore illis vel suis heredibus de ac terra salernitana exierit pro aliubi ad abitandum, tunc inclita rebus ipsa rebertar ad potestate predicte ecclesie; et si infra tres anni ic ad abitandum rebersi fuerint, tunc inclita rebus ipsa ad eorum rebertas potestatem, ad abendum et tenendum illut in suprascripta ratione. quod si etc. *Qui pucta non servet, tenetur solvere quinquaginta aureos solidos constantinos*. et si in predicta rebus molinum ibidem factum fuerit, licead pars ipsius ecclesie per ipsa rebus biam abere ad inde ingrediendum et regrediendum cum omnis sua congruitate sine illorum et de eorum eredibus contrarietate vel requisitione per supradicta guadia et obligata pena. et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† ego andrea

† ego petrus me subscripsi

† ego truppoaldus.

CCCCX.

A. D. 989.

† In nomine domini sexto anno principatus domni nostri iohanni et primo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense agustus secunda indictione. memoratorium factu a me cennamus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, que sita est intus anc salernitanam cibitatem, una mecum adesset toto scriba palatii quem superius dictus domnus princeps partibus nostre ecclesie advocatorem dedit, eo quod ante subscripti testes declaro, quoniam ante os annos ad lavorandum et pastenandum datum abuit martinus presbiter et abbas antecessor noster amati filio ruscinii terra bacua, et abellanietum, et arbustum, et castanietum, quod pars nostre ecclesie abet in locum muntoru, ubi cirione dicitur rotense finibus, ut ipse amatus et eius eredes de ipse terre bacue pastenaret arbustum et abellanietum, et quantum frudium usque decem anni de illut quod pastenaberit, tollere potuerit, totum illut sibi abere. ad completi autem ipsi decem anni ille autem et eius eredes et homines quam ibi miserint, aberent in tota ipsa terra, que ipso brebem nostrum continet, per illa mensuria que continet, perfectum abellanietum cultatum et operatum, sicut de tantos annos meruerit, et alia terra bacua ibique coniunta cum ipso arbustum aberet pastenatum arbustum, sicut de tantos annos meruerit ut bene paread lavoratum et cultatum, et iam in antea omni tempore, dum voluerint, tota rebus ipsa tenerent et dominarent, et frudium de

ipsis rebus cum partibus nostre ecclesie dibiderent per illa rationem, sicut ipsum nostrum et illius continunt brebri. et dum super rebus ipsis post espleti ipsi decem anni cum doctis ominibus perreximus una cum ipso amato, set non inbenimus ipsum arbustum cultatum et operatum, sicut ipsi brebri continunt; propterea secundum testum de ipsi brebri componere partibus nostre ecclesie debuit compositionem, quam ipsi brebri continet. et dum de oc plurime inter nos altercantes, benimus inter nos ad vonam combenientiam: precaret nos cepit ipse amatus, ut partem de ipsis rebus nobis inde emittere, eo quod pre multitudine ipsarum rerum lavorare et cultare eam non balerent. qui statim per vonam combenientiam remisit ad potestate nostra ipse amatus de ipsis rebus, quam per ipsum brebem tenere debuit, terra bacua in quo ille aliquantum pastenabit, et pars nostre ecclesie illut ad pastenandum dedit domnandi filio rocci: similiter et admisit ad nostra potestatem inclita medietate de ipso castanietum partem illam ab orientem, et inclita medietate de ipso abellanietum partem illam a meridie, et ipsa medietate de ipso castanietum, et ipsa alia medietate de ipso abellanietum, similiter et ipso abellanietum quam ipse amatus pastenabit per illa mensuria, quam ipsi brebri continunt; tunc istut que diximus, ipse amatus et eius eredes tenerent et lavorarent ille et ominès quem ille ibi miserint omni tempore, et omnis frudium annualiter cum pars nostre ecclesie dibiderent, et eos omni modo lavorarent per illo hordine, sicut ipsi brebri continunt, et ipso arbustum tam betus quam et nobum, quod ille pastenabit qui est uno teniente, amodo et usque quadtuor anni annualiter apto tempore lavorare et cultare de super et de subter, sicut locus ipse meruerit ut bene paread lavoratum et cultatum, et annualiter illut bindemiare, et binum ipsum et omnis poma exinde cum pars nostre ecclesie illut dibidere: pars nostre ecclesie tollad eos medietatem, et illis medietatem; et pars nostre ecclesie adsignet eis ibidem organea da binum et illis organea ipsa conciare vona, et reponant illa in casa ubi ille residentes fuerit, et ipsa nostra sortione nostra de ipso binum ibidem reponant et faciant illut salbum, donec pars nostre ecclesie illut inde tollant absque degeneratione et igne, et missum nostrum que pars nostre ecclesie ibidem direxerint, illum eos illis nutrire secundum suam possibilitatem. ad completi autem ipsi quadtuor anni illis autem suique eredibus abeant prefatum arbustum betus, et que ille pastenabit lavoratum et cultatum de super et de subter, sicut locus ipse meruerit ut bene paread lavoratum et cultatum, et iam in antea omni tempore, dum boluerint; ipsum arbustum teneant et lavorarent, et cultarent, et frudium eius cum pars nostre ecclesie in tertiam partem dibiderent per homni hordine, sicut ipsi brebri continunt, et amodo et omni tempore dare nobis de medietate terraticum secundum consuetudinem de ipso locum que ibi seminaberint. unde per vona combenientia guadia nobis ipse amatus dedit et mediatorem nobis posuit se ipsum; et per eadem guadia hobligabit se suoque erede, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit

remobere aut contrare, et talia nobis et in pars predicte ecclesie non adimpleberint, vel si aliquas causationes per se aut per summissam suam in partibus nostre ecclesie preposuerit de illut que superius nobis emisit, tunc per vona combenientia hobligabit se suoque erede ad componendum nobis et in pars nostre ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos. et unc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfui.

† ego roderisi

† ego ioannes

† ego alfanus.

CCCCXI.

A. D. 989.

† In nomine domini sexto anno principatus domni nostri iohanni, et primo anno principatus domni guaimari filio eius gloriosi principibus, mense agustu secunda indictione. ideoque ego grimoaldus filius garofali de locum mitilianu, dum te puella nomine maria filia machenolfi de locum nuceria ad meum sociavit coniugium, tunc in alia die nuptiarum ante parentes et amicos nostros secundum ritus gentis nostre langobardorum, quam et per berbum et absolutionem ipsius genitori meo et ipsum astante, per hunc scriptum morgincapud confirmo adque trado tibi nominate uxori mee quartam partem de omnibus rebus substantiis meis; idest de serbis et ancillis meis, de peculia maiori et minori, parba et magna, de casis quam et intrinsecus casis, territorie, curtis, ortalis, vineis, arbusta, olibeta, abellanieta, castanieta, inseteta, quertieta, campis et silbis, pratis, pascuis et aquis, in montibus quam et in planis, cum finis et viis suis, cum usu aquarum et cum omnibus suis pertinentiis et infra se habentibus, de stavile et de movile, de omnia et in omnibus, que nunc modo habeo et quod in antea undecumque aut quomodocumque parare aut conquidere potuerimus, seu quod ex paterna vel materna substantia mihi pertinentes fuerit habere, de totum tibi nominate uxori mee quartam partem tradidi; ea ratione, ut ab odiernum diem ad tuam que supra uxori mee sit potestatem iusta legem faciendum quod volueris, et neque a nos superius nominati grimoaldus et garofalus viro et socero tuo, neque a nostris heredibus, neque a nullus quemquam hominibus habeatis exinde aliquando aliquam requisitionem aut reprehensionem, set perpetuis temporibus securiter et firmiter eos habere et possidere valeatis, quod vero scriptum morgincapud in eo ordine firmum permanea. quam te guisonem notarium scribere rogavimus. actum nuceria.

† ego petrus diaconus
† ego radoaldu
† ego petru.

CCCCXII.

A. D. 989.

† In nomine domini sexto anno principatus domni nostri iohanni et primo anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense octuber tertia indictione. en ego amatus domini gratia archiepiscopus sancte sedis salernitane clarefacio, quoniam a nobo fundamine constructa et ad culmen perducta est hecclesia vocabulum sancte dei genitricis marie intus hanc salernitatam cibitatem inter muro et muricino per domna sichelgaita principissa uxor supradicti domni iohanni gloriosissimi principis in terra eidem domne sichelgaite principisse pertinentes, que fuit terra ipsa monasterii sancte marie et sancti benedicti situs intus hec cibes salerno. et benerunt ad nos supradictus domnus guaimarius princeps et iohannes comes germani filii supradicti domni iohanni et domne sichelgaite, et dixerunt in eadem hecclesia sancte marie, deo placente, clericos et abbatem ibi domnellus presbiter ordinatos haberet et ipse domnellus abbas cum ipsi alii clerici, deo auxiliante, laudem domini cotidie; et dixerunt nobis, si emiserimus illorum scriptionem securitatis de ipsa hecclesia sancte marie et eius pertinentiis . . . . abbatem et de alii abbates et clericis et de ordinem hecclesiarum, sicut inferius declaramus, illis autem daret exinde nobis argentum libras decem; pro ydeo ego cepi exinde habere colloquium cum totonem advocatorem nostrum et cum cleros onoratos nostri archiepiscopii. inito consilio, comparuit omnibus nobis valde vonum esset nobis tollere ipsu argentum, perficiendum exinde ea que nobis et nostri archiepiscopii sunt necessaria, et emidteremus ad ipsi germani securitatis cartula de supradicta hecclesia et de omnibus, sicut supter adnexum est. Unde de hec omnia perficiendum per me ipsum supradicti domni iohanni gloriosi principi nuntiabi, ut si eius glorie placuerit, per illius solutionem talia faceremus; ille vero a deo conservatus princeps agnoscente, quod utrumque partibus vonum ebeniret, solutionem dedit sic eos perficiendum, et de suis presentiis inter medium nostrum essendum direxit missum suum nomine desiio comes, et nos per partes obserbantes ea que in legem langobardorum de combenientia affixum est, combocabimus inter nos ydoneis hominibus, ut quo utrumque fecerimus, omni tempore firmum stabilemque manerent. ex quo ita factum ego superius dictus amatus domini gratia archiepiscopus una me-

cum ipsum advocatorem nostrum recepimus a bos iamdicti domno guaimario principe et iohannem comite ipse decem libre argenti. et nos pro taliter per vona combenientia ante ipsum missum et petrus iudicem et ipsi ydoneis hominibus per hanc cartulam tradidimus et confirmabimus vobis predicti germani supradicta hecclesia sancte marie, que superius diximus, ipsa domna sichelgaita principissa genetrice vestra in ipsa terra sua bacua infra supradicto muro et muricino ad culmen et dedicationem perduxit, et omnes alias hecclesias que subiecte et pertinentes sunt vel fuerunt in eadem hecclesia sancte marie, ut omni tempore in vestra ed de vestris heredibus sint potestate tenendum et regendum, gubernandum presbiteros et clericos, quales et quantos volueritis ibidem ordinandum et permanendum, quomodo et qualiter volueritis; et si, quod absit, vos vel vestris heredibus in eadem hecclesia sancte marie abbatem et clericos semper non habueritis ordinatos, ut in suo vigore et ordinem permanerent, amodo potestatem habeant ipse domnellus presbiter et abbas diebus bite sue hecclesia ipsa tenere cum clericos quantos ibidem abere voluerit, et ordinem hecclesiasticum ibidem facere, qualiter boluerit, absque cuiuslibet contrarietate vel requisitione, et in ipse alie ecclesie, ut superius dictum est, subiecte et pertinentes sunt et fuerunt de ipsa hecclesia sancte marie presbiteros ordinandum, qualiter voluerit; et si forsitans ipse dumnellus abbas, bibente, se voluerit facere et abere abbatem in ipsa hecclesia sancte marie, qui post illius obitum illam et supradicte alie hecclesie tenere et regere et gubernare debeas, potestatem habeat qualiter voluerit, eos facere et ordinare. et si ipse abbatem, qui per ipsum domnellus in ipsa hecclesia ordinatus fuerit, post obitum ipsius domnelli alium abbatem constituere boluerit, potestatem abeat ibidem abbatem facere et ordinare, quomodo et qualiter voluerit; sic tamen, ut omni tempore de abbate in abbatibus, de successores in successoribus in eadem hecclesia adimpleantur et constituentur in suo arbitrio et potestate; et si de abbate in abbatibus, de successores in successoribus taliter factum et completum non fuerint, congregationem clericorum qui in eadem hecclesia fuerint, potestatem haberent semper abbates inter se erigere et facere et ordinare, qualiter voluerit de congregatione in congregationes, et omni modi ipse hecclesie subiecte et pertinentes eadem hecclesie sancte marie ordinentur, ut inordinate non remanead, et quale presbiteros et clericos per vos et vestros heredes in eadem hecclesia sancte marie vel per ipsi abbatibus aut successoribus, vel ipsis abbatibus ordinati fuerint, vel ad ipsi presbiteri qui in supradicte alie hecclesie, ut dictum est, fuerint ordinati, nullam angariam aut servitium pars nostri archiepiscopii illorum inponere querant, neque ad cruces lebandum vel codices, aut babtismum faciendum, aut illis excomunicare, aut qualibet molestationem eorum facere; set omni tempore in suo bigore et arbitrio persisterent absque omni pertinentia et dominatione nostra nostrisque successoribus et partibus nostri archiepiscopii. et hobligabi me et meis successoribus annualiter in diem sanctum iobis dandum ad clericos

vel ad ipsi abbatibus iamdicte hecclesie sancte marie formata, et per die sabato sancto demus eorum chrisma et oleum sanctum absque omni servitio et datione, et potestatem habeant, quando meruerint, cereum benedicere et babtismum facere et omni hecclesiastico ordine, quomodo et qualiter voluerit, et aqua sanctificata per vicos bicinantes spargere, et cruces ponere, et mortuos ibidem sepelire, et infirmos bisitare et communicare, et de causa ipsius hecclesie et de ipsi abbatibus et clerici et que per vos et vestros heredes et per aliis in eadem hecclesia datum et offertum est et fuerit, de vestra vel sua causa stabile vel mobile nullam queramus tollere aut contrare, set omni tempore sint in potestate de ipsi abbatibus et clerici qui in ipsa hecclesia sancte marie fuerint, faciendum quod voluerint, ut neque ipse domnellus abbas neque ipsis aliis abbatibus vel successoribus aut clericos de ipsa hecclesia aliqua molestatione patiantur a nos vel a nostris successoribus aut partibus nostri archiepiscopii : similiter et ipsi alii presbiteri, qui ordinati fuerint in ipse alie hecclesie subiecte et pertinentes supradicte ecclesie sancte marie, nullam molestationem aliquando patiantur a nos vel a nostris successoribus. verumtamen, si heredes vestras per supradicto ordine in ipsa hecclesia sancte marie absque datione voluerit ordinare abbates, potestatem abeat semper abbatibus et clericos ibidem ordinare et abere per illo ordine, sicut superius legitur, ita ut nullum servitium querat inde tollere vel habere; et si heredes vestras aliquit servitium vel dationem exinde tulerit, aut si ipsa hecclesia in illo hordine, sicut superius legitur, non ordinaberit, tunc sic habeant potestatem ipsis abbatibus et successoribus et ipsa congregatione hecclesia ipsa ordinare et tenere, et regere, et gubernare, et facere, qualiter superius legitur. de qua per bona combenientia obligabi me qui supra amatus domini gratia archiepiscopus et meis successoribus, si taliter omnia suprascripta non adimpleverimus et aliquit, de ea que superius legitur, quesierimus remobere aut contrare, componere hobligabi me et meis successoribus vobis vestrisque heredibus vel ad ipsis abbatibus quadtuor milia solidos constantinos. et taliter scribere rogavimus te aghenardus notarius.

† ego qui supra amatus domini gratia archiepiscopus

† ego dauferius archidiaconus et abbas cappelle palatii

† ego iohannes clericus et archipresbiter

† ego qui supra desigius

† ego qui supra toto scriba palatii

† ego qui supra petrus iudex

† ego maio

† ego alfanus.

CCCCXIII.

A. D. 989.

† In nomine domini sexto anno principatus domni nostri iohanni et primo anno principatus domni guaimarii gloriosi principibus, mense octuber tertia indictione. memoratorium factum a nobis iohannes liber omo filius petri et iaquintus liber omo filius maghenaldi, eo quod ante subscripti nobilibus per vona comvenientia tradidit nobis cennamus presbiter et abbas ecclesie sancti massimi, una cum illum atesset romoaldus filius alfani qui est dominium de ipsa ecclesia, dua molina pertinentem ipsius ecclesie, quod edificate sunt in flubio lirno. ydeo ambo ipsa molina cum ferraturia et cum casis et cum omnis sua pertinentia et isclis de ipsa molina pertinentes nobis ipse abbas unaque cum ipse romoaldus tradidit; unde pro taliter per vona combenientia guadia nobis ipse abbas unaque cum dominium ipsius ecclesie dedit et mediatores nobis posuit iohannes clericus filius (*deest nomen*) de saraniano tali ordine, ut amodo et usque unum annum completum nos autem ambo ipsa mulina cum omnis sua pertinentia nostre potestatis teneamus et ibidem resideamus, et fobeas et omnis nostre utilitatis iusta ratio ibi faciamus, et ipsa molina conciemus, sicut meruerit, ut perfecte macenare possant, et quantum bictum ibidem intraberit, in omni nostre sit potestati: tantum demus nos at pars ipsius ecclesie per omnis mense usque ipso costitutum ibidem, si perfecte parutus sit ut ambo ipsa molina macenaberit, decem et octo tertiaria de granum, quale ibidem intraberit, at iusto tertiario de ipsa molina; et si unum de ipsa molina usque ipso costitutum perfecte non macenaberit, tunc demus ei at pars ipsius ecclesie per omnis mense usque ipso costitutum pro unum de ipso molinum decem tertiaria, sicut dictum est . . . . et de ipso molinum qui perfecte non macenaberit, demus exinde ei per ratione quanto tempore macenaberit; et si infra ipso costitutum nobis necessum fuerit ibidem mole, ille nobis deant, et si arcaturia de ipso molino ruperit, communiter nos conciemus: tantum omnis ferraturia de ipsa molina nos conciemus sicut meruerit, et quantum granum nobis ipse abbas usque ipso constitutum at macenandum ibidem direxerit, nos illut macenemus, sicut meruerit, et molitura inde non tollamus et ortora et quodcumque labore in ipse iscle qui est beneficia de ipsa molina, fecerimus, nullam inde at pars ipsius ecclesie demus; et per bona comvenientia per ipsa guadia hobligabit se ipse abbas unaque cum ipso dominii ipsius ecclesie et suos successores et pars ipsius ecclesie defensare nobis ipsa molina cum omnia sua pertinentia et cum bice de bia sua da omnis omines omnique partibus, et ante ipso costitutum non querat eos nobis tollere aut contrare. quod si taliter omnia suprascripta nobis non atinpleverit, tunc

per ipsa guadia componere hobligabit se ipse abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie nobis biginti auri solidos costantinos. et hunc brebem scripsi ego petrus notarius qui interfui. salici bero qui ibidem sunt, faciamus nōs ille salbe, dum ille inde tulerint; et taliter subiunsit ego superius dictus petrus notarius.

† ego cennamus presbiter et abbas

† ego qui supra romoalt

† ego ademari notarius me subscripsi.

CCCCXIV.

A. D. 989.

Summarium.

† Anno sexto principatus Iohannis et primo principatus Guaimarii, mense Octobri tertia indictione.

De eadem locatione predictorum molendinorum in fluvio Lirno agit haec charta, iisdem anno et mense et indictione conscripta, quibus antecedens: et est declaratio Cennami abbatis ecclesiae sancti Maximi, qua eodem pacto iisdemque muneribus locat ad annum dicta molendina Iohanni libero homini filio Petri et Iaquinto libero homini filio Maghenardi. Idem notarius Petrus hanc chartam exaravit.

Adsunt firmae testium:

† ego ademari notarius me subscripsi

† ego iohannes notarius me subscripsi.

CCCCXV.

A. D. 989.

† In nomine domini sexto anno principatus domni nostri iohanni et primo anno domni guaimari eius filii gloriosi principibus, mense nobember tertia indictione. in sacratissimo salernitano palatio astante ego petrus iudex, causabit cennamus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, et una cum eo esset totonem scriba palatii adbocatorem suum, cum lamfrit clerico.

. . . . dicentes, ut illis et hominibus suis malo ordine introisset in terra et casa pertinentes de intus hanc salernitanam cibitatem, et sporcitiosam causam in . . . . . ibidem fecissent, et ipsa sporcimen quod illis fecerunt, discursisset in . . . . . . germani dixerunt, tenere terris et casis et andita et necessarii abere . . . . . quale cum eis causabit. unde inter eis iudicabi et utrisque illis guadiare feci . . . . andita cum iudice et notario et ipse abbas monstrare . . . . . cum ipsi germani . . . . cum suis rationibus et iuxta legem inter se inde finem facere . . . . iohanni, et ipse abbas posuit mediatorem madelfrid . . . . quod scripsi ego petrus notarius.

† ego qui supra petrus iudex.

CCCCXVI.

A. D. 989.

Summarium.

† Sexto anno principatus domni Iohannis. . . . . . Marinus et Ursus faber filius quondam Ursi presbyteri amalphitani et socrus cuiusdam Blactae donat terram vel *clusuriam* in loco ulter *Petralena* [1]), cuidam Disigio pro vice et parte Ursi, Constantini et Iohannis nepotum eius.

Fines dictae clusuriae hi sunt: de super fine bia puplica que venit de nuceria, sunt inde per latitudo passi tridecim: a pars occidentis, sicut termiti ficti sunt, et inde sunt passi triginta octo; et da conpleta ista mensuria rebolbente in pars occidentis, sicut ora de ripa et limite discernit et termiti ficti sunt, et exiente et coniungente se in medio ballone, sunt per ista fine per mensuria passi triginta; yterum descendente per medio ipso ballone usque in aqua de mare a pars orientis fine rebus de ipsa hecclesia quod ipse marinus frabicabit, indeque sunt passi viginti sex; et rebolbentè quàsi in pars occidentis sunt per ipsa rebolta passos decem; yterum rebolbente quasi in pars meridie per fine de rebus ipsius ecclesie, quod ipsorum mater et filii est pertinentes a pars marini virum et genitor vester, et inde sunt passi octo, et da conpleta ista mensuria descendente usque aqua de mare etc:

Pro confirmatione huius traditionis Desigius dat launegilt camisum unum.

Finis textus: quam te iohannes notarius scribere rogabimus. actum salerno.

† ego petrus me subscripsi

† ego petrus

† ego ioannes.

---

[1]) *Petralena*, apud Nuceriam.

CCCCXVII.

A. D. 990.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri iohanni et primo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius tertia indictione. memoratorium factu a nobis maio filio mauronti, et mari et alexandrus germani filii mirandi, et aghino filio ursi qui sumus thii et nepotes, eo quod ante subscripti nobilibus, astante guido et guaimari seniorem nostrum, et per illorum solutionem tradidimus in partione ad pastenandum . . . . summi magister filio iohanni et alagerni filio basili, qui sunt amboque socrum et generum abitatores in tabellara, una pecia de terra campense cum arboribus, quod abemus in eodem loco tabellara, ubi proprio . . . . actum sarnense quod ipse maurontus ipsa rebus in suo nomine paratum abuit infra hec finis et mensuria; ab oriente fine nostra, sicut medio ballone discernit et termiti ficti sunt, abet inde passos octuaginta duo; de capite fine bia publica qui deducit ad lagu, sunt inde passi nonaginta: da pars hoccidentis fine de heredes maioni, sicut medio limite discernit et qualiter rebolbit, abet inde passos sexaginta: a meridie fine nostra, sicut terminatum est, abet inde passos alii sexaginta, totum mensuratum fuit ad passum qui singnatum est in columnea marmorea sancti mathei de archiepiscopio salernitano. hec tota et inclita ipsa rebus per iamdicte finis et mensuria ipsa percurrit et cum bice de bia sua hinclitum illut eorum tradidimus in partione ad pastenandum . . . . ut amodo et usque duodecim anni completi illis et illorum eredibus sue potestatis tenere et dominare, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem facere, et in totum illut, ubi meruerit, arbores et bites plantare, et quantum binum et frugens inde exierit amodo et usque nobem anni completi, totum illut sibi abere, faciendum que boluerit; et da ipsi nobem anni completi in antea usque ipsi duodecim anni, ut amodo se compleant, quantum binum inde exierit, medietatem illut nobis dare, et medietatem inde sibi abere; et de que amodo ibidem seminaberitis per annum, ipsum terraticum nobis totum dare. ad completi autem ipsi duodecim anni in tota ipsa terra per ipse finis et mensurie aberent arbustum bonum factum bitatum de bono bitineo, et operatum et cultatum et clusum, sicut loci illius est consuetudo et de tantos annos meruerit; et plicaret se et suis et nos nostrisque eredibus . . . . . . tota ipsa rebus per medium equaliter: nos tollamus illut prius medietatem quale boluerimus, et illis et ad eorum eredibus tradamus in sorte ipsa alia medietate cum bice de bia sua per talem securitatem bonam factam secundum legem, ut semper illis et illorum heredibus securiter illut

abere possam semper defensatum per nos et nostros filios et eredes da omnis omines. preter si reditum aut palmentum ibidem abuerit et hebenerit in ipsa sua sortione, abeant illut sibi; et si ebenerit in ipsa nostra sortione, potestatem abeant illis eos exinde disturbare et excutere cum omnis sua causa que ibi abuerit, et portaret illut ubique boluerit apsque nostra requisitionem. preter, si aliquando ipsa sua sortionem abuerit daturam aut binditaram, sicut de illorum potestatem exet substractum, ille et suis eredibus illut bindant ad iusto pretium et faciant nos inde scire pro illut emendum per tertio constitutum usque diebus triginta sex; et si per ipsa constituta noluerimus illut emere et daret inde eorum iusto baliente pretium, tunc post ipsa constituta liceat illis eos dare cui boluerit; nam si ante ipsa constituta cuicumque illut vel exinde dederit, sicut de illorum potestatem exet substractum apsque nostra solutionem, tunc sine pretium rebertas ad nostra potestatem. unde in eo hordine guadia nobis ipsi summo et alagerno dederunt, et mediatorem nobis posuerunt ademari filium andree; et per ipsa guadia obligaberunt se suosque filios et eredes, ut si taliter omnia suprascripta nobis nostrisque eredibus non adimpleberit et aliquit inde contradisserint, tunc per ipsa guadia componere obligaberunt se suosque eredes nobis nostrisque eredibus triginta auri solidos costantinos et per inbitis nobis nostrisque eredibus adimplerent. et si aliquando tempore de ac terra salernitana exieritis aliubi ad abitandum et ipsa sua sortione non fuerit data, sicut supradictum est, inclita ipsa sua sortione rebertas ad nostra et de nostris eredibus potestatem ad tenendum et frudiandum illut, et de ipso frudium faciendum que boluerimus; et si usque tribus anni in ac terra rebersi fuerit ad abitandum, inclita ipsa sua sortione rebertas ad illorum potestatem, ad tenendum et abendum illut in iamdicta rationem; et si usque tribus anni ic ad abitandum rebersi non fuerit, licead nos de ipsa sua sortione omnia facere quod boluerimus da ipsi tribus anni completi in antea. et unc brebem scripsi ego radoaldus notarius.

† ego arechisi

† ego teudericus me subscripsi

† ego maio.

CCCCXVIII.

A. D. 990.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri iohanni et primo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius tertia indictione. Ideo que

ego marinus atrianense filius cuidam marini iudici clarefacio, quoniam pertinentes est mihi a partibus ipsius genitori meo habere rebus in locum cetaria finibus salernitane, quod ego nominatus marinus ante os dies divisi cum urso et manso et leo germani mei; unde ego modo ante supscripto notario et testes ostedi unum brebem divisionis, qualiter cum ipsi germani mei ipsa rebus nostra divisam habemus, et tradiderunt exinde mihi in sorte ipsa sortione suptana, qui est terra cum binea et bacuum uno teniente per finis, sicut inferius declaramus; et congruum est mihi nominati marini inclita ipsa mea sortione exinde vicariationis ordine iusta consuetudo nostre romanorum illut tradere et confirmare domni leoni venerabili abbati monasterio sancti benedicti, qui constructum est in locum qui vocatur cauke: simulque et bicariationis ordine tradidit ipsius domni abbati pro pars et vice iamdicti monasterii de quantum quantoque mihi et ipsius leoni germanus meus pertinentes est habere ista pars ipso flubio de citaria in ipsa costa de ipso monte qui est in pars orientis, quod commune habuimus cum ipso monasterio, cum medietate cammara illa qui nobis in sortione obbenit qui est infra ipsa rebus. et ideo ego iamdictus marinus, sicut mihi congruum est, bona mea voluntate ante supscripti idoneis testes per anc cartulam commutationis ordine, tradidit atque ad semper habendum confirmavimus tibi iamdicti domni abbati pro pars et vice supradicti monasterii tota et inclita ipsa nostra sortione de predicta rebus qui est, sicut diximus, terra cum binea et bacuum uno teniente per hec finis et mensuria: de pede fine ipso flubio: de alia parte fine iohanni filii leoni, sicut termini et media sepis discernit, et rebolvente per limitem et iterum revolbente et saliente usque in serra: de alia parte fine ipsa serra: de alia vero parte fine ipsa sortione quod ipsius ursi germanus noster evenit, sicut termiti ficti sunt, et revolbente per fine ipsius ursi et coniungente ad fine gutti filii leoni et per fine ipsius gutti descendente usque ad predicto flumen, et est per mensuria latitudo predicta rebus in pede passi triginta septem et medium passum, et in medio est latitudo per pede de ipso munticellu ab ipsa fine ipsius iohanni usque ad fine ipsius gutti germani sui passos quinquaginta septem, et de longitudo est ipsa rebus ab ipsa fine ipsius ursi germani mei in supto usque ad ipso flubio passos sexaginta, totum ad iusto passum; seu et confirmavi vobis pro pars ipsius monasteri inclita medietatem ipsa cammara cum inclita medietate de tota ipsa rebus, quod mihi et ipsius leoni germanus meus evenire debet in ipsa alia costa de cetaria qui est, sicut diximus, in pars orientis quod commune havemus cum pars ipsius monasteri, quod per ipsa divisione communiter reservabimus ad dividendum cum ipsis germanis nostris usque ad fine iohanni de comite maurone. unde de tota et inclita supradicta rebus per supradicte finis et mensurie et de medietate ipsa cammara et de inclitum illut, de quantum quantoque, sicut diximus, mihi et ipsius leoni germanus meus pertinentes est habere in ipsa costa de cetaria in pars orientis, nullam nobis vel uxoribus nostre aut cuiquam hominibus vel in quavis partibus

exinde restitit aut dicimus remanere sortionem, set totum et inclitum cum omnia infra se habentibus et suis pertinentiis et cum bice de viis suis illut tibi iamdicti domni abbati pro pars ipsius monasterii vicariationis ordine tradidimus: tantum sceptuavimus quod ad nostra potestate reservabimus vice, quod habemus in ecclesia sancti petri de eodem loco cetaria, sicut nostra et vestra continet scriptio; nam ipso alio, sicut diximus, inclitum illut vobis vicariationis ordine tradidimus ad securiter et firmiter amodo et semper pars ipsius monasteri eiusque rectores illut habendum, dominandum, possidendum, et omnia exinde faciendum quod pars ipsius monasterii voluerit sine cuiuslibet contrarietate vel requisitione. et pro confirmandam et stabiliscendam anc nostra commutatio, iusta consuetudo nostra romanorum, recepimus a te iamdictus domnus abbas terra cum binea quod pars vestri monasteri habet in locum beteri, ubi scrofele dicitur finibus salernitanis, cum cammara frabita et palmenta dua habentes finis et mensuria ipsa vestra tradictione: de super capite fine muro de castello qui aliquotiens ibidem fuit, sunt inde da fine constantini ioncatella et usque ad fine ecclesie sancti petri passos triginta tres et medium, et da inde descendente usque in mare: a pars septemtrionalis fine ipsius constantini, sicut termini discernit, et per ipsa fine pergente usque in pede et revolbente per fine ipsius constantini et rectum exiente in fine ecclesie sancti cesari, et sunt per ista fines passi septuaginta, et da inde da uno termine quod ibidem fiximus, rectum descendente usque mare et est per mensuria de suptus per facie de ipsa cammara passos viginti tres et gubito uno: de supto in pede fine ipsius constantini latitudo a fine ipsius sancti petri usque ad fine supradicti constantini passos triginta octo, et sub ipsa fine ipsius constantini latitudo a fine sancti petri usque ad fine sancti cesari passi quadraginta septem et medium, et da ipsa ripa de scrofole in susu longitudo passi quadraginta tres, et in ipsi quadraginta tribus passi est per mensuria de latitudine a fine ipsius sancti petri usque ad fine sancti cesarii passi triginta tres, totum ad iusto passum. seu et adiunximus ipsius domni abbati pro pars ipsius monasterii decem auri solidos de tari ana quadtuor tari per solidum, sicut inter nos combenit in omnis liberatione. finitoque vicaria ipsa aput nos ea ratione, per vona combenientia obligo me qui supra marinus et meis filiis et heredes amodo et semper antistandum et defensandum in pars supradicti monasteri tota et inclita supradicta nostra tradictione a pars supradicti leoni germanus meus et a pars uxoribus nostre et ab omnibus hominibus omnique partibus. si autem, sicut dictum est, taliter illut in pars ipsius monasteri defensare non potuerimus, amodo apponimus ad pars ipsius vestri monasteri, ut alia tantam rem cum suis edificiis demus in ipso monasterio, de quantum exinde perdiderit de illut quod in predicto locum in sortione obbenit ipsius leoni germanus meus, et de colludio ad pars vestri monasteri iuremus per dei misteria; et illut quod in ipso monasterio, sicut diximus, pro restaurationem dederimus, omni tempore defensemus illut in pars ipsius monasteri cum bice

de via sua a pars ipsius leoni et da uxore eius et da omnis homines omnique partibus. et si taliter omnia suprascripta in pars ipsius monasterii non adimpleverimus, et aliquit, de quod superius legitur, quesierimus remobere aut contrare, et quodcumque causationes in pars ipsius monasterii exinde preposuerimus, tunc primum omnium questio et causatio nostra sint inde tacita et bacua; et per vona combenientia obligo me et meos filios et heredes componere in pars ipsius monasteri centum auri solidos costantinos, et questio illa, que inde facta fuerit, maneat tacita et inanis, et hec cartula commutationis firma permaneat in perpetuum. verumtamen et in supradicto ordine tradidit in pars ipsius monasterii bice de fontana qui est intus sortionem ipsius leoni germanus meus, ut potestatem habeant pars ipsius monasterii ad ipsa fontana ingredere et regredere iusta ratione, et aqua exinde aurire et portare illut ubi voluerit absque cuiuslibet contrarietate. preter, quando pars ipsius monasterii de supradicta nostra tradictione voluerit inde esse auctorem et defensorem, bice nostra licentiam et potestatem habeant pars ipsius monasterii in omnibus inde causare et finem facere, quomodo aut qualiter voluerit, cum quale monimen et rationem inde habere potuerit; nam quando pars ipsius monasterii nos auctores et defensores quesierit inde habere, ego autem et meis filiis et heredes illut in pars ipsius monasterii defensemus et omnia ei adimpleamus per illo hordine et ratione, sicut superius legitur, per iamdicta obligata pena. et taliter scribere rogavimus te iaquintus notarius. actum salerno.

† ego alerisi

† ego rodelgrimus

† ego unoala.

CCCCXIX.

A. D. 990.

† In nomine domini dei salvatori ihesu christi, temporibus domni mansonis gloriosi ducis et imperialis patricii anno tricesimo secundo, et tertiodecimo anno domni iohannis gloriosi ducis filii eius, die vicesima mensis ianuarii indictione tertia, amalfi. Certum est me leo presbiter et abbas monasterio beati benedicti confessoris et eximii abbatis, quod constructum et edificatum permanet in locum qui vocatur ircli, a presenti die commutare et comcamniare visus sum vobiscum domno marino filio marini iudicis atrianensis filii ursi de iohanne de domna blattu; Nos vobis dedimus per absolutionem suprascripte gloriose potestatis ipsam vineam

suprascripti nostri monasterii, quam habuimus in veteri, ubi proprio loco scrofole vocatur, cum cammara fabrita et duobus palmentis simulque lavello infra predictam vineam habentem, que continet fines: a capite finis est ipsa ripa de castello: a pede vero usque at ipsam ripam de scrofole: ab uno latere parte orientis coniuncta est ipsa vinea cum causa constantini iuncatella filii iohannis comitis, revolvente de sub ipsa fine eius et exet usque in finem cause ecclesie sancti cesarii et per finem cause ipsius ecclesie usque at pedem: et de alio latere parte occidentis coniuncta est cum causa ecclesie sancti petri, habentem latitudinem in capite, hoc est per faciem de subtus de predicta cammara, passos viginti tres et cubitum unum: in iusu vero in pede de causa constantini iuncatelle continet latitudinem a fine de causa sancti petri usque in finem suprascripti constantini passos triginta octo: sub ipsa fine iamdicti constantini continet latitudinem a fine cause ecclesie sancti petri usque at finem cause ecclesie sancti cesarii passos quadraginta septem et medium. aliam unam mensuram fecimus in iusu in ipso loco ubi inferius reclaramus, mensuravimus ab ipsa ripa de scrofole in susu longitudinem passos quadraginta tres, et in ipsis quadraginta tribus passibus mensuravimus latitudinem per traversum et continet ibidem a fine cause sancti petri usque at finem cause sancti cesarii passos triginta tres: toti ipsi suprascripti passi mensurati sunt ad ipsum passum qui signatum est in columna marmorea ecclesie beati mathei apostoli salernitane civitatis. suprascriptam vineam vobis dedimus cum vice de viis suis et omnibus infra se habentibus et pertinentibus, unde in suprascripto nostro monasterio nichil remansit. Unde at vicem illius recepimus a te suprascripto marino ipsam rem vestram posita in cetara, que est pastinata vinea pomiferis et terra vacua et silva et talleis de insertis per has fines: a supra parte occidentis usque in ipsa serra: de subtus parte orientis usque in ipsum fluvium: de uno vero latere parte septemtrionalem ab ipsa predicta serra in iusu est finis de urso germano vestro, sicut ipsi termini sunt constituti, revolvente per pedem de cause ipsius ursi germani vestri vadet indat partem septemtrionalem usque at finem gutti filii leonis de gutto de iohanne de domna blattu, hoc est usque at ipsam serram et sicut decurret per finem ipsius gutti usque at flumen: de alio vero latere parte meridie fini finem iohannis filii suprascripti leonis de gutto, sicut termini positi sunt de susu in iusu, et revolvet per pedem de causa ipsius iohannis indat partem meridiem et vadet usque at ipsam vineam eiusdem iohannis et sic per finem eius descendet usque at predictum fluvium: fecisti nobis unam mensuram iusu at pedem per ipsam viam publicam, que est iuxta flumen, et continet latitudinem a fine suprascripti iohannis usque at finem gutti germani sui passos triginta septem et medium, et susu per pedem de ipso toro, hoc est in ipso plano ubi ipsa vinea facta est, continet latitudinem a fine iohannis usque at finem gutti germani sui passos quinquaginta septem; in susu vero iam non mensuravimus, set per omnia

habeamus et possideamus illud, sicut continent ipse scriptiones quas fecistis de divisione cum ipsis germanis vestris; longitudinem mensuravimus ab ipsa fine a pede ursi germani vestri usque iusu at flumen et sunt passi sexaginta: tali ipsi passi mensurati sunt ad ipsum passum que in columna predicte ecclesie sancti mathei signatus est. et qualiter suprascriptam re per fines et mensuram conclusisti, taliter eam habeamus et possideamus cum vice de viis suis et omnibus infra se habentibus et pertinentibus, unde vobis nichil remansit: solummodo habeant exinde viam ursus et leo germani vestri, sicut chartula de ipsa divisione proclamat quam cum ipsis fratribus vestris fecistis, et nos habeamus viam in susu per causam ursi et leoni germani vestri at auriendam aquam de ipsa fontana, ut talem licerem habeamus in predictam fontanam, qualem tu ibidem habuisti per ipsam divisionem. in simulque recepimus a te suprascripto marino quantum tu et leo frater vester habuistis in ipsa alia costa de cetara que est a parte orientis, hoc est de ipso quod vos toti fratres habuisti in communem cum ipso nostro monasterio in ipsa predicta costa a parte orientis usque at finem iohannis filii mauronis comitis, dedisti nobis exinde ipsam sortionem vestram et ipsam sortionem leonis germani vestri. verumtamen de omnibus, que in ipsa costa a parte orientis habuistis, quam et de ipsa cammara, dedisti nobis exinde ipsam sortionem vestram et sortionem suprascripti leonis germani vestri, quia vobis ab ipsa parte a predicto fluvio de cetara indat partem orientis nichil remansit: tantummodo in ipsa ecclesia sancti petri que ab ipsa parte est, habeatis ipsam licerem, qualem ibidem habent manso et ursus germani vestri secundum scriptiones quas de predicta ecclesia nobiscum factas habetis, in omnem deliverationem et in omnem decesitionem, Ut a nunc die presenti et in perpetuis temporibus plenaria suprascripta vinea, quam nobis super in commutationem tradidimus, de qua nobis dedisti super camnium solidos decem, in vestra et de vestris heredibus sit potestate habendi, fruendi, possidendi, vindendi, donandi seu commutandi, liveram habeatis potestate; et iam aliquando exinde neque a nobis, neque a posteris successoribus nostris nullam requesitionem exinde habeatis non vos non vestri heredes per nullum modum in perpetuum: insuper nos et posteri nostri successores vobis vestrisque heredibus omni tempore ab omnibus hominibus suprascriptam vineam quam vobis in vicariam dedimus, antestare et defensare promittimus: ipsas deces chartulas, quas exinde habuimus, vobis tradidimus. Quod si minime vobis fecerimus de omnibus que superius dicta sunt, componere promittimus nos et nostri posteri vobis vestrisque heredibus solidos centum, et, sicut ipsis chartulis quas vobis dedimus, potueritis conquirere super quam nos vobis reclaravimus, in vestra maneat potestate, et chartula ista firma permaneat in perpetuum.

† ego iohannes iudex testis sum

† ego lupino de iohanne de lupino de iohanne comite testis sum

† ego sergius filio de leone canella testis sum

† Ego mauro filius pantaleoni de lupino de iohanne comite testis sum

† Ego ursus filius leonis de sergio de urso de domno campulo testis sum

† Ego iohannes humilis et scriba huius civitatis hanc chartulam manu propria scripsi.

CCCCXX.

A. D. 990.

† In nomine domini tertio [1]) anno principatus domni nostri iohanni et primo anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius tertia indictione. ideo que ego marinus atrianense filius quondam marini iudici clarefacio, quoniam pertinentes est mihi a partibus ipsius genitori meo abere rebus in locum cetaria finibus salernitanis, quod ego nominatus marinus ante os dibisi cum ursu et manso et leo germani mei; unde ego modo ante subscripto notario et testes ostedi unum brebem dibisionis, qualiter cum ipsi germani mei ipsa rebus nostra dibisam abeo et tradiderunt exinde mihi in sorte ipsa sortione subtana, qui est terra cum binea et bacuum uno teniente per finis; et congruum est mihi nominati marini inclita ipsa mea sortione exinde bicariationis ordine iusta consuetudinem nostre romanorum illut tradere et confirmare domni leoni venerabili abbati monasterii sancti benedicti, qui constructum est in locum qui bocatur kauke: in simul et congruum est mihi similiter bicariare et tradere eidem domni abbati quantum ego et leo germanus meus abuimus in ipsa alia costa de cetara qui est a pars orientis, quod commune abuimus cum ipso monasterio, cum medietate de ipsa kammara qui infra ipsa rebus est. et ideo ego superius dictus marinus bona mea bolumtate ante subscripti idoneis testes per hanc cartulam commutationis ordine tradidi adque ad semper abendum confirmabi tibi supradicti domni abbati pro partibus iamdicti vestri monasterii tota et inclita sortionem nostram de predicta terra cum binea et bacuum uno teniente per ec finis et mensurie: de pede fine flubio, qualiter coniungit ad fine gutti amalfitano: de alia parte fine iohannis filii leoni, sicut termini et media sepe discernit, et rebolbente per limite et iterum rebolbente et saliente usque in serra: de alia parte fine serra: de alia vero parte fine alia sortione quod nunc retinet ursu germano nostro; est enim per men-

[1]) *Lege*: septimo.

suria latitudo supradicta rebus in pede passos triginta septem et medium passum, et in medium est latitudo per pede de ipso munticello ab ipsa fine ipsius iohanni usque ipsa fine predicti gutti passos quinquaginta septem; de longitudo est autem predicta rebus da ipsa fine ipsius ursi germano nostro in subto usque ipso flubio passos sexaginta. Seu et confirmabimus tibi supradicti domni abbati inclita medietate de ipsa kammara cum inclita medietate de tota ipsa rebus, quod mihi et ipsius leoni ebenire debet in ipso locum cetaria ista parte ipso flubio, quod per ipsa dibisione communiter reserbabimus ab ipso flubio usque ad fine iohanni de comite maurone, ad dibidendum cum ipsi germani nostri quod cum partibus vestri monasterii communiter abemus, funditus illut tibi supradicti domni leoni abbati commutationis ordine tradidi. Unde de tota et inclita supradicta rebus per ipse finis et mensuriis et de illut, quod cum partibus vestri monasterii communiter abuimus, nullam mihi vel uxori mee aut cuiqua ominibus vel in quavis partibus exinde restitit aut dicimus remanere sortionem, set inclitum illut tibi supradicti domni abbati pro partibus ipsius monasterii bicariationis ordine tradidimus cum ipsa sortione de ipsa rebus quod ebenire debet de predicta communalia ipsius leoni germani mei, quod cum partibus ipsius monasterii communiter abemus. tantum reserbabimus nostre potestati ipsam bicem quod abemus in ecclesia sancti petri de eodem loco cetaria, sicut nostre et vestre scriptionibus continunt, ad securiter et firmiter amodo et semper tu nominatus domnus abbas et successores tuos et partibus prefati vestri monasterii illut abendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod bolueritis sine contrarietate nostra aut uxori nostre, aut cuiqua ominibus et partibus. Et pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostra commutatione iusta consuetudinem nostre romanorum recepimus a te supradictus domnus abbas terra cum binea vestri monasterii de locum beteri, ubi proprio scrofole bocatur, cum kammara fabrita et duobus palmentis. et est supradicta terra cum binea in quo ipsa kammara est, per hec finis et mensuria: de super capite muro de kastello que ibidem fuit, sunt inde da fine constantini ioncatella et usque ad fine ecclesie sancti petri passos triginta tres et medium et da inde descendente usque in mare: a pars septemtrionalis fine ipsius constantini, sicut termiti discernit per fine ipsius constantini usque in pede, et rebolbente in pede in fine constantini et derictum exiente in fine ecclesie sancti cesari passi septuaginta, et da inde ab uno termite que ibidem fiximus, rectum descendente usque mare seu et est per mensuria de subtus per facie de ipsa kammara passos biginti tres et cupitum unum, et in subtus in pede de causa ipsius constantini continet latitudine a fine de causa ipsius sancti petri usque in fine suprascripti constantini passos triginta octo, et sub ipsa fine ipsius constantini ioncatella continet latitudine a fine causa sancti petri usque ad fine causa predicti sancti cesari passi quadraginta septem et medium: alia unam mensuria feci-

mus in iusu in ipso locum que inferius declaramus, mensurabimus ab ipsa ripa de scrofole in susu longitudine passos quadraginta tres, et in ipsi quadraginta tribus passibus mensurabimus de latitudine per trabersum, et continet ibidem a fine causa ipsius sancti petri usque ad fine causa sancti cesari passos triginta tres: tota supradicta mensuria de supradictis rebus fuit mensurata ad iusto passum omini, et insuper adiunsimus tibi domni abbati pro ec bicaria decem auri solidos de tari ana quadtuor auri tari boni per solidum. finitoque vero nostra bicariatione, sicut inter nos combenit, ea ratione, per bona combenientia obligo me qui supra marinus et meis filiis et eredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi suprascripti domni abbati et ad tuis successoribus et in ipso vestro monasterio tota et inclita suprascripta nostra bicariatione cum bice de bie sue et cum bice de fontana, qui est in sortione de ipsa rebus predicti leoni germani mei, et cum bice de bia ad ipsa fontana, ad ibidem ingrediendum et regrediendum cum vestre congruitatis rationabiliter et aqua exinde aurire quanta bolueritis, et portare ubi bolueritis, ab omnibus ominibus omnique partibus. et si taliter illut vobis et in predicto nostro monasterio defensare non potuerimus, unde ausi fuerimus vobis et ad partibus predicti monasterii iurare, ut nostrum non esset colludium, tunc demus vobis in predicto vestro monasterio aliam talem et tantam rem cum omnibus suis edificiis de illut, quod in sorte compreensum abet ipse leo germanus meus ibique in ipso locum quod a me et ab aliis germani mei ei in sortione ebenit, et defensemus illut nos et nostris eredibus ad partibus predicti monasterii cum bice de bia sua da omnis omines omnique partibus. et si taliter de quantum inde perditum fuerit, vobis et ad partibus predicti monasterii non restauraberimus, et taliter, sicut supradictum est, vobis et in partibus predicti monasterii non adimpleberimus, aut si aliquit de quomodo superius legitur, quesierimus remobere aut contrare, componere obligabimus nos et nostris eredibus tibi suprascripti domni abbati vel ad tuos successores et ad partibus predicti monasterii centum auri solidos constantinos, et quesitio illa que inde facta fuerit, manead tacita et inanis, et hanc cartulam commutationis firma permanead in perpetuum. quando autem vos et vestris successoribus seu partibus vestri monasterii voluerint per se inde esset auctores et defensores, tunc bice nostra licentiam et potestatem abeatis cum ista cartula et cum alia monimen et rationem, quod exinde abueritis, in omnibus per vos ipsis inde esset auctores et defensores, quomodo aut qualiter bolueritis; nam quando nos quesieritis inde abere auctores, nos autem nostrisque filiis et eredes tota et inclita suprascripta nostra bicariatione vobis in partibus predicti vestri monasterii semper defensemus et omnia adimpleamus, sicut superius legitur, per supradicta obligata pena. verumtamen oc inquit addimus, quoniam tota suprascripta rebus, qui est in partibus orientis ista parte ipso flubio de cetaria, tota et inclita ipsa sortione mea et predicti germani mei tibi nominati domni abbati per supradicta ratione per ipsa bicaria tradidi; ut inclite ipse sortionibus abeatis vos et

partibus vestri monasterii et faciatis quod bolueritis, quantum quantoque ibidem abuimus usque ad fine iohanni amalfitano filio mauroni comiti, scepto illut quod superius nostre potestatis reserbabimus pro partibus predicte ecclesie sancti petri. et taliter scribere rogabimus te ademari notarius. hactum salerno.

† ego landenolfus

† ego guido

† ego imetancus comes.

CCCCXXI.

A. D. 990.

† In nomine domini anno [1]) ab incarnatione domini nostri ihesu cristi anni sunt noncentesimo octuagesimo decimo, et dies [2]) mensis ianuarius per indictione tertia. ideo ego . . . . credendeo filius quondam nordemanni de comitatu teatinó de locum qui nominatur domo bona, et expontanea mea bona bolumtate et per hanc cartulam et per presentem tradedi bobis petri filius quondam iohanni et sabini filius quondam maioni ad vestram proprietatem vel ad vestrisque eredibus possidendum, oc est de res proprietatis mea in comitatu teatino infra finis de domo, que mihi obbeni ad meum conquisitum, et est ipsa res per mensura ad destri omini ob uno capo sunt destri quadraginta et est fine terra que mihi remansit, pede sunt destri quadraginta obto et est fine terra amiconi presbiteri, de uno lato sunt destri viginti ses et est fine bia, de alio lato sunt destri viginti septem et est fine terra que mihi remansit, et est predicta petia de terra infra predicte finis, sicut superius legitur, cum terra et binea et cum pomis et arboribus et cum omnia et in omnibus quantum infra suprascripte finis abentes tam inferius quam et superius; set in integrum et in omnibus sic vindedit et tradedit ego superescripto credendeo ipsa iamdicta res tota et integra per hac cartula, qualiter prelegitur, bobis iamdicti petri et sabini vel ad vestris eredibus ad abendum, tenendum et ad vestra proprietate possidendum . . . .

« *Huc usque perlegi potest haec charta ita maculis undique referta, ut vix interpretari* « *possint nomina quorumdam testium, quae hic adnectimus*:

---

[1]) Haec prima est inter caeteras Tabularii chartulas, quae Langobardorum Salerni Principum tempore scriptae sunt, ubi Christi anni describuntur.

[2]) *Et dies*, idest decima die.

† signum manus credendei qui hac cartula scribere rogabit et signum crucis fecit.
† signum manus ioboni rogatus a superescripto testes sum et signum crucis fecit.
† signum manus ursi rogatus a superescripto testes sum et signum crucis fecit.
† post tradita et data a testibus roborata ego leo iudice et notario complebit et finibit.

CCCCXXII.

A. D. 990.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri iohanni, et primo anno domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense februarius tertia indictione. cum exemus nos iohannes et petrus iudicibus, et una nobiscum essent subscripti idoneis hominibus, in urbem salernitanam ad singulorum causatores causas audiendas et difiniendas, ibique ante nos sunt coniunti dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte dei genitricis marie, quod domna sikelgaita principissa uxor supradicti domni iohanni gloriosi principis a nobo construxit fundamine intus ec cibitate salerno inter muro et muricino in terra suaque domne sikelgaite, que fuit terra ipsa pertinentes monasterio sancte marie et sancti benedicti situs intus supradicta cibitate salerno, et domnus radoaldus abbas supradicti monasterii, una cum eo esset toto advocatorem eius. et cum taliter, ut diximus, ipsi abbates fuerunt coniunti, quesierunt diffinitionem facerent inter se de quibus ipse dumnellus abbas causabit cum ipso domnus radoaldus abbas et cum predicto eius adbocatorem, ut ipse abbas et hominibus predicti monasterii contraxet ei et ad clericos predicte ecclesie sancte marie terra ipsa, in quibus ipsa ecclesia edificata est et que ibi coniunta adexe bidentur. et ipse domnus radoaldus taliter cum ipso adbocatorem audientes, dixerunt beritas essent, ut illis et hominibus predicti monasterii talia fecisset; set, sicut ipse dumnellus abbas dixit, pro quibus terra ipsa predicti monasterii fuit et legibus eidem monasterio exet pertinentes, et ipsius dumnelli nullam rationem exinde deberet retdere, propter quod ipsius dumnelli nullam inde exet pertinentes, et pro oc ipse dumnellus abbas ostedit unam scriptionem continentes: tertio anno principatus domni iohanni et domni guidoni gloriosi principis, mense martius quartadecima indictione: ipse domnus abbas predicti monasterii sancte marie et sancti benedicti declarabit, in predicto monasterio pertinentem exet terra bacua intus hanc supradictam cibitatem inter muro et muricino que absque ullum affectum possideret, et propter exercitum francorum que fuerunt in ac terra salernitana, de rebus iamdicti monasterii multa inculta permaneret; et dum voluit supradicta

terra bacua inter ipso muro et muricino cuilibet dare et pretium inde recipere, unde de ipsa rebus exdicti monasterii ad aliqua restaurationem perduceret, nemo imbenisset qui talia facere boleret. postea vero friderisi . . . . . filius radoaldi dixiset ei, si per combenientia dederit ei supradicta terra bacua inter ipso muro et muricino per finis et mensuria, ille daret exinde ei argentum libras quindecim. et per consilium actum petri presbiteri prior sui monasterii et cum monachi sue congregationis et cum theodericus notarius suoque adbocatorem, ipse abbas per seipsum supradicto gloriosi principi omnia per ordine nuntiasset et illis solutionem ei dedisset, terra ipsa dandum et ipso argentum recipiendum, et pro firmitatis causa inter medium illis exendum direxerunt me iamdictum petrum iudice, et pars partium inter se combocasset idoneis hominibus, ut quo utrumque fecerit, omni tempore firmum stabilemque maneret, et super ipsa terra perrexissent et probidissent et per ordinem estimassent, et magis magisque inbenisset melioratum ipso argentum, quam supradicta terra exet abpretiata et baliente; et post oc factum ipse supradictus radoaldus abbas ante ipsum iudicem et ipsi idoneis hominibus per bona combenientia tradidisset supradicto friderisi tota supradicta terra bacua predicto monasterio pertinentes de intus ipso muro et muricino per finis et mensurie: ab oriente fine guaimari comitis, indeque pedes triginta sex: a meridie fine muro uius cibitati, indeque pedes nonaginta: ab occidentis, sicut descendit labinario qui exiet per defusurio de ipso muro, indeque pedes triginta sex: de super a septemtrionalis fine bia et inde pedes nonaginta, totum ad iusta manum homini mensuratum. supradicta terra per supradicte finis et mensurie cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis et cum bice de ipsa bia predicto friderisi per bona combenientia tradidisset ad securiter et firmiter ille, et cui per eum datum paruerit, et eius heredes, et cui vel ubi per illis datum paruerit, eos abendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod voluerint; et pro confirmandam ipsa tradictione, a presentis recepisset da ipsum friderisi ipse quindecim libre argenti, sicut inter illis combenit, et per vona combenientia obligasset se ipse radoaldus abbas et suis successoribus semper inclita supradicta sua tradictione antistandum et defensandum illorum, et cui vel ubi per eis data paruerit, da omnis homines omnique partibus. et si taliter illut ei, et cui per eum datum paruerit, et ad eius heredes, et cui vel ubi per illis datum paruerit, non defensaberit da omnibus hominibus omnique partibus inclita supradicta sua tradictionem, aut si ille vel suis successoribus aut pars predicti monasterii per qualecumque ratione quesierit illut vel exinde tollere aut contrare seu remobere, et quodcumque causationes exinde preposuerit, per bona combenientia componere obligasset se ipse radoaldus abbas et suis successoribus et pars predicti monasterii illorum vel ad illorum heredibus, aut cui vel ubi per eis datum paruerit, sescentos auri solidos costantinos; et si illis vel illorum heredibus, aut cui vel ubi per eis datum paruerit, voluerit per se ipsis esset auctores de supradicta tradictione, potestatem abe-

ret cum quale monimen et rationem inde abuerit, in omnibus inde causare et finem facere, qualiter voluerit. scripta ipsa scriptio per petrus notarius, et ibidem scripti ipsum radoaldus abbas, et ipsum iudicem, et predictum adbocatorem, et ipsum prior predicti monasterii et per aliis sufficienter erat roborata. quam et ostedit ipsum dumnellus abbas una alia cartula posteriore, qualiter ipse friderisi declarabit ei esset pertinentes per datum a pars predicti monasterii sancte marie et sancti benedicti situs intus ac cibitate salerno ipsa terra bacua de intus ipso muro et muricino per supradicte finis et mensurie; et ostedit ipsa cartula, qualiter ei data fuit supradicta terra per iamdicte finis et mensurie, et, sicut eidem friderisi congruum fuit, donabit supradicte domne sikelgaite principisse uxori supradicti domni iohanni gloriosi principis tota et inclita supradicta terra inter ipso muro et muricino per supradicte finis et mensurie cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, et cum bice de ipsa bia, simulque et ipsa cartula cum omnia quantum continet, ad securiter et firmiter illa et eius heredes, et cui vel ubi per eis data paruerit, inclita supradicta sua donatione abendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod voluerit, et launegilt exinde receperat maniciones pario unum; et hobligabit se ipse friderisi et suis heredibus semper defensandum ipsius domne sikelgaite et ad eius heredes, et cui vel ubi per eis datum paruerit, inclita supradicta donatione da illi hominibus, cui per eis illut vel exinde datum aut hobligatum paruerit, et qui pro eius partibus quodcumque causationes inde preposuerit; de alii vero hominibus et partibus per se ipsis inde exet auctores et defensores cum quale rationem inde abuerit, et ipsa cartula scripta per ipsum petrus notarius roborata sufficienter. simulque et ostedit ipse dumnellus abbas alia cartula, qualiter supradicta domna sikelgaita principissa declarabit ei esset data per friderisi comes filius radoaldi supradicta terra inter ipso muro et muricino per supradicte finis et mensurie, et, deo adiubante, illa in supradicta terra ecclesia a nobo construxit fundamine et ad consecrationem perduxit in onorem beate et gloriose semperque dei genitricis virginis marie, et abbatem ibidem constituisset supradictus dumnellus, et ipsum dumnellus cum alii cleros, auxiliante deo, die noctuque laudem dei refert, sicut decet; et pro amore omnipotenti deo et ipsius gloriose virginis marie ipsa domna sikelgaita per consensum et bolumtate supradicti domni iohanni principis viri sui offeruit in supradicta ecclesia sancte marie tota supradicta terra, in quo ipsa ecclesia est, per tote supradicte finis et mensurie, omni tempore in ipsa ecclesia permanendum, et ipse dumnellus abbas eiusque successoribus illos tenendum, regendum, gubernandum et omnis sue utilitati ibidem faciendum absque omni contrarietate illius et de eius heredes; et aliut continentem. seu et ostedit alia scriptio, qualiter amatus domini gratia arhiepiscopus sancte sedis salernitane clarefecit a nobo fundamine constructa et ad culmen perducta esset ecclesia bocabulum sancte dei genetricis marie intus ac salernitanam cibitatem inter muro et muricino per domna sikelgaita principissa

uxor supradicti domni iohanni gloriosi principis in terra eidem domne sikelgaite principisse pertinentes, que fuit terra ipsa monasterii sancte marie et sancti benedicti situs intus ec cibitate salerno, et perrexisset ad eum supradictus domnus guaimarius princeps et iohannes comes germani filii supradicti domni iohanni et domne sikelgaite, et dixissent in eadem ecclesia sancte marie, deo placentem, clericos et abbatem ibi dumnellus presbiter ordinatos aberet, et ipse dumnellus abbas cum ipsi alii clerici, deo auxiliante, laudem domini cotidie aufererret; et inter aliut continentem, recepisset ipse domnus arhiepiscopus da ipsi germani libras decem de argentum, et ipse domnus arhiepiscopus pro taliter per vona combenientia tradidisset et confirmasset ad predictos germanos supradicta ecclesia sancte marie, quod ipsa domna sikelgaita principissa in ipsa terra sua bacua infra supradicto muro et muricino ad culmen et ad dedicationem perduxit, et omnes alias ecclesias, que subiecte et pertinentes sunt et fuerint in eadem ecclesia sancte marie, ut omni tempore essent in potestate ipsorum germani et de illorum heredes tenendum, regendum, gubernandum, presbiteros et clericos, quales et quantos voluerint, ibidem ordinandum et permanendum, quomodo et qualiter voluerint. et si, quod absit, ipsi germani vel illorum heredes in eadem ecclesia sancte marie absque omni serbitio et datione abbatem et clericos semper non abuerit ordinatos, ut in suo vigore et ordine permanerent, potestatem aberet ipse dumnellus presbiter et abbas diebus vite sue ecclesia ipsa tenere cum clericis quantos ibidem abere voluerit, et ordinem ecclesiasticum ibidem facere, qualiter voluerit, absque cuiuslibet contrarietate vel requisitione, et in ipse alie ecclesie, ut superius dictum est, subiecte et pertinentes de ipsa ecclesia sancte marie presbiteros ordinandum, qualiter voluerit. et si ipse dumnellus abbas, bibente se, boluerit facere et abere abbate in ipsa ecclesia sancte marie, qui post illius hobitum illam et supradicte alie ecclesie tenere et regere et gubernare deberet, potestate aberet eos facere et ordinare, qualiter voluerit; et si ipse abbatem, qui per ipsum dumnellus in ipsa ecclesia ordinatus fuerit, post hobitum ipsius dumnelli alium abbatem constituere voluerit, potestatem aberet ibidem abbate facere et ordinare, quomodo et qualiter voluerit, ut omni tempore de abbate in abbatibus et de successores in successoribus in eadem ecclesia adimpleantur et constituantur in suo arbitrio et potestate; et si de abbate in abbatibus, de successores in successoribus taliter factum et completum non fuerit, congregationes clericorum, qui in eadem ecclesia fuerint, potestatem aberet semper abbates inter se eligerent et facere et ordinare, qualiter voluerit de congregatione in congregatione, et omnibus modis ipse ecclesie subiecte et pertinentes eadem ecclesie sancte marie ordinarent, ut inordinate non remanerent; et quale presbiteros et clericos per ipsi germani et per illorum heredes in eadem ecclesia sancte marie vel per ipsi abbatibus aut successoribus vel ipsis abbatibus ordinati fuerint, vel ad ipsi presbiteri, qui in supradicte alie ecclesie, ut dictum est, fuerint ordinati, nullam angariam aut serbitium pars

predicti arhiepiscopii illorum imponerent, neque ad cruces vel codices lebandum, aut battismum faciendum, aut illis escommunicare, aut qualibet molestationem eorum facere, set omni tempore in suo vigore et arbitrio persisterent absque omni pertinentia et dominatione partibus predicti arhiepiscopii. et ipse domnus arhiepiscopus et suis successoribus annualiter in diem sanctum iobis daret ad clericis vel ad ipsis abbatibus iamdicte ecclesie sancte marie formata et per die sabati sancti grisma et oleum sanctum absque omni serbitio et datione, et potestatem aberent, quando meruerint, cereum benedicere et battismum facere et omnia ecclesiastico ordine, quomodo et qualiter voluerit, et aqua sanctaficata per bicos bicinantes spargere, et cruces ponere, et mortuos sepelire, et infirmos bisitaret et communicaret, et de causa ipsius ecclesie et de ipsis abbatibus et clericis, et que per ipsi germani et per illorum eredes et per aliis in eadem ecclesia datum et offertum fuerit, de sua causa stabile vel mobile nullam quereret tollere aut contrare; set omni tempore exet in potestate de ipsis abbatibus et clericis, qui in ipsa ecclesia sancte marie fuerint, faciendum quod voluerit; ut neque ipse dumnellus abbate, neque ipsis aliis abbatibus vel successoribus aut clericis de ipsa ecclesia aliqua molestationem paziantur a partibus predicti arhiepiscopii: similiter et ipsi alii presbiteri, qui ordinati fuerint in ipse alie ecclesie subiecte et pertinentes predicte ecclesie sancte marie, nullam molestationem patiantur ab ipsum arhiepiscopum vel da eius successores. verumtamen, si heredes de supradicti germani per supradicto ordine in ipsa ecclesia sancte marie absque dationem voluerit ordinare abbates, potestatem aberet semper abbatibus et clericis ibidem ordinare et abere per illo ordine, sicut superius legitur, ita ut nullum serbitium quererent inde tollere vel abere; et si heredes illorum aliquit serbitium vel dationem exinde tulerit, aut si ipsa ecclesia in illo ordine, sicut superius legitur, non ordinaberint, tunc sic aberet potestatem ipsis abbatibus et successoribus et ipsa congregationes ecclesia ipsa ordinare, et tenere, et regere, et gubernare et facere, qualiter superius legitur; et obligabit se ipse domnus arhiepiscopus et suis successoribus, si taliter omnia suprascripta non adimpleberint et aliquit de ea que superius legitur, quesierit remobere aut contrare, componere obligabit se et suis successoribus ipsorum germani vel ad illorum heredibus vel ad ipsis abbatibus quadtuor milia auri solidos costantinos. scripta ipsa cartula per aghenardus notarius, et ibidem scripti ego qui supra amatus domini gratia arhiepiscopus, ego dauferius arhidiaconus et abbas cappelle palatii, ego qui supra petrus iudex, ego iohannes clericus et arhipresbiter, ego qui supra disigius, ego alfanus, ego maio, ego qui supra toto scriba palatii. Cum autem tota supradicta monimina fuit relecta, interrogabimus ipsum abbatem predicti monasterii et predictum eius adbocatorem, si beracem esset ipsa scriptionem quam ipse dumnellus abbate ostedit, emissa ipsius friderisi da ipsum domnus radoaldus abbas de ipsa terra inter ipso muro et muricino per supradicte finis et mensurie: ipse domnus radoaldus abbas una

cum ipso suum adbocatorem aput locum loquentes et iterum benientes palam omnibus audientes manifestaberunt et dixerunt, ut ipsa scriptio in omnibus, sicut continet, beracem esset. iterum interrogabimus illis, forsitans aliqua rationem aberet ab ipsum friderisi, aut da ipsa domna sikelgaita postea emissa de ipsa scriptionem, que ipsius friderisi emissa fuit de supradicta terra per iamdicte finis et mensurie, aut si aliqua rationem aberet, qualiter de terra ipsa contendere baleret: ipse domnus radoaldus abbas una cum ipso suum adbocatorem manifestaberunt et dixerunt, ut neque ab ipsum friderisi, neque ab ipsa domna sikelgaita, neque a quibuslibet persona hominum aut cuiuslibet partibus nullam scriptionem aut qualibet rationem abere, quomodo de ipsa terra per supradicte finis et mensurie contendere potere per nullum modum, eo quod per testum de supradictis scriptionibus sic esset pertinentes ipsius dumnelli abbati, sicut ipse scriptionibus continentur. et ec finita, ipse dumnellus abbas cepit causanter contendere, ut deberet ei componere ipse abbate predicti monasterii compositionem illam, quam ille obligabit componere ipsius friderisi et cui per eum ipsa sua tradictio data paruerit, vel ad eius heredes, aut cui vel ubi per illis data paruerit: ipse abbate predicti monasterii cum ipso suum advocatorem dixerunt non deberet ei compositionem, pro quibus manifestaberunt illut ei contrasset ipsa compositionem de ipsa scriptionem, pro quibus ipse friderisi nec ipsa domna sikelgaita illut eidem dumnelli abbati dedit. ipse dumnellus abbas dixit, ut a quo ipsa domna sikelgaita dedit in ipsa ecclesia sancte marie quod fecit in ipsa terra, supradicta terra per iamdicte finis et mensurie, et abbatem illum ibidem constituisset, et ille ad suam potestatem terra ipsa et ipsa ecclesia retineret, omnia eius exet potestati, sicut supradicte scriptionibus continunt. et dum multa ex oc contentionem abentes inter se, per colloquium vonorum ominum perbenierunt exinde ad combenientia, sicut inferius declarat, et nos et illis ec omnia supradictorum gloriosi principibus rectulimus; et illis angnoscente, quod pars partium vonum ebenirent, solutionem dederunt talia inter se faciendum. regresi da illis utrumque combocantes subscripti idoneis hominibus, ante nos et illis ipse dumnellus abbas sublaxabit ad ipsum abbatem predicti monasterii supradictam compositionem, quamque sit, ab eum tollere, ut pars predicti monasterii securiter inde maneret; et ipse domnus radoaldus abbas cum predictum suum adbocatorem per bona combenientia obligabit se et suis successoribus qui fuerint in eodem monasterio sancte marie et sancti benedicti, qui ibi dedicatum est ubi ad corpus dicitur, amodo et semper antistandum et defensandum ipsius dumnelli abbati vel ad eius successores qui fuerint in ipsa ecclesia sancte marie, que superius diximus ipsa domna sikelgaita a nobo construxit fundamine, tota et inclita supradicta terra per supradicte finis et mensurie cum bice de ipsa bia da omnis homines omnique partibus. et si taliter illut non defensaberit, vel aliquit exinde remobere aut contrare quesierit, et quodcumque causationes exinde preposuerit, per vona combenientia componere obligabit se ipse domnus radoaldus abbas et suis

successoribus ipsius dumnelli abbati vel ad ipsis eius successoribus sescentos auri solidos costantinos. et pro pars predicti monasterii sancte marie et sancti benedicti, in quo ipse domnus radoaldus abbas preest, scribere fecimus te petrus notarius qui interfuisti.

† ego desigius

† ego qui supra ioannes iudex

† ego qui supra petrus iudex

† ego madelfreda

† ego alfanus.

CCCCXXIII.

A. D. 990.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri iohanni et primo anno principatus domni guaimarii eius filii gloriosi principibus, mense martius tertia indictione. Ideo que nos iaquintus et ursu germani filii quondam iohanni et maraldus filius quondam petri qui sumus thie het nepotes, sicut nobis congruum est, per anc cartulam bicariationis ordine per largietatem et absolutionem supradicte gloriose potestatis, qui nobis dandum direxid per truppoaldu storesaizo, tradidimus tibi iohanni atrianensi filio campuli una pecia de terra nostra vacua, que abemus intus anc salernitanam cibitatem ad ortum magnum suptus archiepiscopatum salernitano per finis et mensuria: de tribus partibus fine de eredes pandoni, et de una parte fine platea qui intrant in casili et in curte alfani comitis; et est per mensuria: da pars septemtrionis et da meridie ana pedes viginti unum; et da pars orientis per ipsa platea et ab occidente sunt ana pedes sedecim et summisse unum ad iusta manum omini mensuratum. ec tota et inclita ipsa terra per iamdicte finis et mensuria ipsa percurrit, tibi supradicto iohanni vicariationis ordine tradidimus, ad securiter ac firmiter amodo et semper tu tuisque eredibus illut abendum, dominandum, poxidendum, omnia inde faciendum que tibi tuique eredibus placuerit, absque omni requisitionem et contrarietatem nostram qui supra iaquinti, ursi et maraldi et de nostros filios et eredes aut cuiqua ominibus. et pro confirmanda et stabiliscenda hanc nostra vicariationem a presentis per alia cartula, que aput nos scripta retinemus, recepimus a te supradictus iohannes una pecia de terra vacua que abetis intus anc cibitatem inter muro et muricino, quod paratum abetis da urso presbiter germano tuo et da halii germani tui per finis et mensuria: ha septemtrionis fine anditum, sunt inde pedes duodecim: ab occidente fine tua que iohanni, sunt

inde pedes biginti nobem: a meridie fine facie de muro suptano uius civitatis, sunt inde pedes duodecim: ab oriente fine que modo retinet filii venedicti de pandola, et inde sunt pedes triginta unum, totum mensuratum ad tale pedem manum omini quantum ipsa cartula, que aput nos scripta emisisti, est in capite latam. finitoque vicaria ipsa aput nos ea quidem rationem, per vona convenientia nostre bolumtatis guadia tibi iohanni dedimus, et nos ipsis tibi mediatores posuimus; et per ipsa guadia obligamus nos et nostros filios et eredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique eredibus et cui per vos illut vel exinde datum paruerit, da pars uxoribus nostre et da omnis omines omnique partibus, et non aliquit vobis tollere aut contrare seum remobere queramus. si autem, *etc: Sequitur consueta formula; composita poena quinquaginta auri solidorum constantinianorum.* et taliter scribere rogabimus te ursu notarium. actu salerno.

† ego qui supra truppoald stolsaiz

† ego adelbertus

† ego teudeudericus me subscripsi.

CCCCXXIV.

A. D. 990.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri iohanni et secundo anno domni guaimarii gloriosi principibus, mense aprelis tertia indictione. ante me petrus iudex causabit leo atrianense qui vocatur flagilla . . . . et cinnamus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi dicentes, ut ipse abbas et hominibus quod ille portabit, malo ordine intrasset in terra ipsius leoni de intus hanc salernitanam cibitatem, et abscidisset inde una holiba et illut ei contrasset. ille autem una cum romoaldus notarius adbocatorem suum dixerunt, ut intus hanc cibitate terris et casis et holibeta . . . . ipsius ecclesie pertinentes; set nesscire de quale ipse leo causabit; unde inter eis iudicabi et utrisque illis guadiare feci pariter super rebus ipsa pergere cum iudice et notario, et ipse leo monstrare de quale terra et holiba cum eo causabit, unde et ipse leo plicaret se cum sua ratione, et pars ipsius ecclesie similiter plicaret se cum sua ratione iuxta legem inter se inde finem facerent: unde per partes mediatorem posuherunt leo atrianense filius boni. et taliter pro parte ipsius ecclesie scribere fecimus te petrus notarius qui interfuisti.

† ego qui supra petrus iudex.

CCCCXXV.

A. D. 990.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri iohanni et secundo anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense aprelis tertia indictione. Ego superius dictus iohannes Domini gratia princeps quam et ego sikelgaita domini Gratia principissa qui sumus amboque vir et uxor, clarefacimus, quoniam a nobo fundamine construximus ecclesia vocabulum sancte dei genitrix semperque virginis marie In terra nostram de intus ec civitatem inter muro et muricino, quod ego iamdicta principissa paratum abeo a friderisi comes filio radoaldi et ipsius friderisi per combenientia datum fuit a pars monasterii sancte marie et sancti benedicti, qui situm est intus anc salernitanam civitatem ad ortum magnum. nunc autem compulsi sumus dei omnipotentis misericordiam, ut de rebus nostra deo et in prefatam sancta ecclesia optuleremus; et Ideo nos superius nominati Iohannes et sikelgaita domini Gratia principissa, sicut nobis congruum est per anc cartulam nostre voluntatis, tamen ego sikelgaita domini Gratia principissa per consensum et volumtate supradicti domni Iohanni gloriosi principi viro meus et una cum illum, in cuius mundium me palamfacio esse, pro cristi et salbatori nostro misericordia, quam et pro remedium salutis anime nostre optulimus deo et im prefatam ecclesia sancte marie primis omnium terra ipsa in qua constructa est, et terra bacua qui ante ipsa ecclesia est usque medio labinario qui exie per defusurio de ipso muro. Ideo, sicut diximus, illut in eadem ecclesia optulimus, qualiter illut paratum abeo ab ipso friderisi comes et qualiter ipse friderisi illut per combenientiam tultum abuit a pars monasterii sancte marie et sancti benedicti, velut ipse scriptionibus continunt; seu et optulimus ibidem alia terra cum casa qui edificata est frabita qui est in fronte de palatio vetere, quod retinet dauferi fllius petri comitis, quod paratum abemus a guaiferio filio madelmi. Ideo, qualiter illut paratum abemus ab ipso guaiferio, sic inclitum illut in eadem ecclesia optulimus; seu et optulimus in eandem ecclesia curtem nostra de locum liciniano[1]) quod paratum abemus da petrus filio truppoaldi qui vocabit capistrellum, et cum medietate ipsa ecclesia sancti eustasii qui in eodem loco constructa est, et cum medietate rebus pertinentem ipsius ecclesie sancti eustasii, quam et terra cum vineam aliam de heode loco liciniano qui est a super bia campanina, et quantum in ipso montem de eodem loco liciniano ab ipso petrus paratam abeo, seu et quantum ab ipso petrus paratum abemus in locum

[1]) *Liciniano*, locus extra Salernum.

sepi [1]) et in aucilianum, [2]) et lauritum, [3]) et cerra, [4]) et ubicumque de ipsa rebus predicti petri fuerit inventus de quantum nos ab ipso petrus paratum abemus, scepto casa de intus hec civitatem, totum funditus, qualiter illut paratum abuimus, eos in eandem sancta ecclesia optulimus; seu et offeruimus in eadem sanctam ecclesiam una curte de terra cum vinea quod paratam abemus da truppoaldus filio domni petri episcopi qui est in locubia [5]), cum cannietum et salicetum, qualiter illos paratum abemus: similiter et curte nostra de locum muntorum quod paratam abemus da iaquintus sculdais filio petri, qui est terra cum arbustis et abellanieta et aliis arboribus, quam et due alie pecie de terris cum arbusto et castanieta et abellanieta de quantum quantoque ab ipso iaquinto paratum abemus in eodem loco muntorum, totum funditus, sicut diximus, illut in predicta ecclesia offeruimus. Similiter et offeruimus ibidem alia curte nostra quod paratam abemus in locum mariliano [6]), quam et alia curte nostra quod paratam abemus da heredes de hominibus qui bocabat cacainsancti, qui est in locum apus monte; seu et alia curte nostra in eodem loco apus monte quod paratam abemus da costantinus filio tofilati, vel ubicumque in eodem loco de ipsa rebus quod ab ipso constantino paratam abemus, inbentus fuerit; seu et quantum paratum abemus da ecclesia vocabolum sancti stefani et de ecclesia vocabolum sancte marie, que edificata est in eodem loco apus monte propinquo ipso castello, cum rebus et pertinentiis suis que nunc exinde paratum abemus, vel quod in antea parare potuerimus, funditus illut in prefata ecclesia sancte marie, quod nos construximus, optulimus; seu et offeruimus ibidem unum molinum qui edificatum est in flubio lirino propinquo fuso quod paratu abemus da heredes landoari, qualiter conciatum et edificatum est, cum ferraturia sua et cum vice de bia sua; seu et tertiam parte de unum molinum quod paratum abeo da garofalus presbiter, qui edificatum est in flubio sarno, qualiter conciatum est, cum ferraturia et cum vice de bia sua inclita ipsa tertiam partem; et si amplius exinde parare potuerimus, illut in eadem ecclesia offeruimus; seu et offeruimus ibidem unum calicem de argentum et due patene similiter de argentum, et unum turibulum similiter de argentum, seu et quadtuor circitoria serica et quadtuor copertoria similiter serica, quam et offeruimus ibidem codices quem inferius declaramus: duobus liber comites, unum indifanario de die et unum de nocte, et alium ambrosianum, una omelia quadragintam et alia feriale, et unum collectarium qui abet de apocalipsin et de moralia iop, eptati-

[1]) *Sepi*, vicus supra Salernum.

[2]) *Aucilianum*, pagus in Comitatu S. Severini.

[3]) *Lauritum*, in Lucania.

[4]) *Cerra*, fortasse idem ac Cerentina.

[5]) *Locubia*, locus extra Salernum.

[6]) *Mariliano* (hodie Marigliano), apud Nolam in Campania.

cum unum et unum salomon, una moralia iop et dua questionaria, et gestarulum [1]) unum, et unum manule serico, et sestacem unum: hec omnis suprascripta rebus stavilem, et pannos sericos et calices, et patenes, et codicibus in eadem ecclesia sancte marie, que nos a nobo construximus fundamine, illut optulimus. tamen ipsa rebus stavilem ibi offeruimus cum omnis monimen de ipsis rebus pertinentibus et cum vice de biis et anditis suis, qualiter illut paratum abuimus, cum omnibus suis pertinentiis sic inclitum illut in eandem sancta ecclesia offeruimus ad securiter et firmiter amodo et semper pars ipsius ecclesie eiusque rectores easdem rebus abendum, quod superius diximus, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum, quod pars ipsius ecclesie placuerit, absque omni contrarietatem et requisitionem nostra qui supra principes et de nostros filios et heredes aut cuiquam hominibus. preter ipsum molinum de locum lirini flubio, quod superius ibi offeruimus, non abeant potestatem pars ipsius ecclesie per quavis rationem vel umano ingenio illut dare seu thignare vel in qualibet partibus alienare, set semper permaneat in ipsa ecclesiam; et si partibus ipsius ecclesie per qualecumque rationem vel ingenio ipsum molinum cuilibet partibus dare presunpserit, presentaliter rebertar ad potestatem de nostros heredes, et ipsa heredes nostras per unc scriptio siant obligatas per omnes vices, quantos ipsos iam supradictos molinum datum paruerit et ad eorum potestatem pervenerit, easdem molinum in eandem ecclesia mittendum et reducendum sub eius dominium in iamdicta rationem. De qua nos supradicti iohannes et sikelgaita domini Gratia principes obligamus nostrosque filios et heredes; tamen ego supradicta mulier per consensum et volumtatem supradicti domni iohanni gloriosi principi viro meus et una cum illum obligamus nos nostrique filiis et heredes amodo et semper antistandum et defensandum inclita supradicta nostram libationem, qualiter superius diximus, in predicta sancta ecclesia ab omnibus hominibus omnique partibus. preter, quando per se ipsos voluerint partibus ipsius ecclesie fieri autores et defensores, licentiam et potestatem abeant vice nostra in omnibus inde causare et finem facere, qualiter voluerint, et per se illut defensare; nam si nos iamdicti principes nostrosque filios et heredes quesierint partibus ipsius ecclesie abere autores et defensores, partibus ipsius ecclesie remittant ad nostram potestatem omnis monimen de ipsis rebus stavilis pertinentis, quod modo ad defensionem ad partibus ipsius ecclesie pro ipsis rebus dedimus, et nos illos defensemus, sicut iam diximus, ab omnis homines omnique partibus. De qua nos iohannes et sikelgaita domini Gratia principes obligamus nos nostrique filiis et heredes, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare, et taliter omnia suprascripta non adimpleberimus ad partibus ipsius ecclesie, tunc per bonam combenientiam obligamus nos nostrique filiis et heredes ad

---

[1]) *Gestarulum*, idest *gestatorium*.

componendum ad partibus ipsius ecclesie (*deest pretium*) auri solidos costantinos; et, sicut dictum est, omnia suprascripta in partibus ipsius ecclesie adimpleamus: tantummodo omnis suprascripta nostra offertionem in iamdicta ecclesia offeruimus tali ordinem, ut si qualibet partes surrexerit qui eandem sancta ecclesia a partes de nostros filios et heredes per legem veracem advincuta fuerint et de potestatem de nostros heredes per legem per qualibet ingenium tulta fuerit, ut non pareat in antea quod nostros heredes eandem ecclesia defensare potuerint, tunc potestatem abeant nostros filios et heredes eandem supradicta omnis rebus stavile et movilem, quod superius ibi offeruimus, illut exinde tollere, et sup suam potestatem rebocare, et ecclesia in alia rebus nostram construere, et omnis suprascripta rebus siant obligatos nostros filios et heredes per unc scriptum dandum in predicta ecclesia quod construxerint, in eo tinore, sicuti nos illos dedimus et pro nostre redenptionis anime offeruimus in ipsa ecclesia sancte marie quod modo construximus. quam et optulimus in eandem ecclesia una planeta serica cum lista de auro, et unum ammictum, et unum orario de serico, et uno facitergio maiore cum serico, et una zippa[1]) de serico, seu et unum manuale, nec non et decem capita de iumentem, et unum ammessarum[2]), et quinquaginta capita de scurie, et quinquaginta oes, ad securiter ac firmiter pars ipsius ecclesie ec omnia suprascripta abendum et faciendum que voluerit per illo hordinem, sicut et ipso aliut quod superius ibi offeruimus, et sic per nostros heredes defensatos per supradictam obligationem. et taliter scribere fecimus te romoaldus notarius.

† ego madelfreda

† ego adenolfus

† ego desigius.

CCCCXXVI.

A. D. 990.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri iohanni et secundo anno domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense magius tertia indictione. In sacratissimo salernitano palatio ante me petrus iudex causabit landenolfus·castaldus filius petri per absolutionem ipsius genitori suo cum andrea filio mundi dicentes, ut ipse andreas malo ordine introisset in

---

[1]) *Zippa*, idem ac zipo ut in Du Cange, tunica ex maculis contexta.

[2]) *Ammessarum* valet *admissarius*, equus.

rebus eius de locum capaczana, et fobee ibibem fecisset, et arbores et sepe inde abscidisset, et frudium exinde tulisset et illut extermitasset, et rebus ipsa ei contrasset. ipse andreas dixit in ipso locum rebus abere et tenere, set nescire de quale rebus cum eo causabit. unde inter eis iudicabi et utrisque illis guadiare feci; pariter super rebus ipsa pergerent cum iudice ei notario et ipse landenolfus monstrare ei de quale rebus cum eo causabit, et per partes plicarent se cum suis rationibus, et iusta legem inter se inde finem facerent; et ad ipsa diffinitionem ipse landenolfus plicaret ipso genitorem suum et ipse andreas similiter plicaret ipsum mundum genitorem suum, et sic inde ipsa diffinitionem inter se facerent. unde ipse landenolfus posuit mediatorem sicembardus filius cadelaiti, et ipse andreas posuit mediatorem alfanus filius petri: et taliter pro parte ipsius andree scribere.fecimus te petrus notarius qui interfuisti.

† ego qui supra petrus iudex.

CCCCXXVII.

A. D. 990.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri iohanni et secundo anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense iunius tertia indictione. declaro ego manso atrianense filius quondam marini iudici ex cibitate salernitana ante subscripti nobilibus, quoniam ipse genitor meus ex successione ei habere pertinuit rebus in locum cetaria salernitane finibus et ego nominatus manso de ipsis rebus dibisam habeo cum germanis meis, et aliqua pars inde commune habeo usque aqua que dicitur de fleschetole cum pars monasterii sancti benedicti, qui situm est in locum ercle ubi cauche vocatur territorio amalfitano, in quo nunc vir venerabilis leo abbas preesse videtur, et cum ipsi germanis meis inde commune habeo. Unde quoram subscripto notario et predictis nobilibus brebem de ipsa dibisione firmatum ostedi, et aliqua pars inde declarabimus: continebant, fuissent emissum sexto anno principatus supradicti domni iohanni et primo anno principatus supradicti domni guaimarii eius filii, mense iunius secunda indictione. ego nominatus manso dibidit cum urso et marinus et leo atrianensi germani mei rebus nostra que commune habemus in locum cetaria hactum salerno ; et ego nominatus manso eos dibidi et fecit esse tribus sortionis de rebus illa quod habemus illa pars ipso flubio de cetaria, et alia sorte fecit esse ista pars ipso flubio. una ex ipse sortionis fecit esse terra cum binea et bacuum uno teniente per hec finis: de pede fine ipso flubio, qualiter coniungit ad fine gutti amalfitano: de alia parte fine iohanni filii leoni, sicut termiti et media sepe discernit, et

rebolbente per limite et yterum rebolbente et saliente usque serra: de alia parte fine ipsa serra: de alia vero parte fine ipsa alia sortione, sicut terminatum est, et qui compreenserit ista sortione, refundere et dare ad ille qui compreenserit ipsa sortione de ista pars ipso flubio, solidos de tari octo. et alia sortione fecit esse da ipsi termiti in supra, et de alia parte fine serra, et de alia parte fine ipsa alia sortione, sicut terminatum est, et de alia parte fine ipsius gutti; et qui compreenserit ista sortione, refundere et dare ad ille qui compreenserit ipsa sortione ista pars ipso flubio, solidos quadtuor. et alia sorte fecit esse da ipsi termiti in supra usque serris, et de alia parte ad fine ipsius gutti coniuntum est; et qui compreenserit ista sortione, habere bia per ambo ipse sortionis subtane cum omni congruitati sue iusta ratione inde ingredere et regredere possa; et qui compreenserit ipsa sortione mediana, habeat bia, sicut dictum est, per ipsa sortione subtana, ut fontana que est in ipsa sortione suprana commune esse cum illis qui compreenserit ipse sortioni subtane, ut unusquisque per ipsa bia ingrediant et regrediant usque ad ipsa fontana. et ipsa alia sortione fecit esse, sicut diximus, ista pars ipso flubio per hec finis: de pede fine ipso flubio: de alia parte fine predicti monasterii que a nos ei in sortione obbenit, qualiter rectum badit per . . . . . . termite fiximus, et saliente usque serra: de alia parte fine ipsa serra : de alia parte fine cristone qui cum ipso flubio coniuntum est. Unde primitus quidem compreensit ipse marinus ipsa sortione que est terra cum binea et bacuum per supradicte finis, et refudit ipsi octo solidi; et da inde compreensit ipse leo ipsa sortione suprana usque serra per illo ordine, sicut dictum est ; et ipse ursus compreensit sortione mediana, et refudit ipsi quadtuor solidi; et ego nominatus manso compreensit ipsa sortione de ista pars ipso flubio cum ipsi solidi, faciendum exinde per partes nos et nostris heredibus omnia quod voluerimus. et aliut continebad in ipso brebem : scripto brebem ipsum per antipertus notarius in quo scripti sunt pando, sichembardo et maraldo. nunc autem congruum est mihi ipsa mea sortione, qualiter hab ipsi germani mei obbenit mihi in sortione per ipsa dibisione, cum sortione mea de alie terris vacue et cum silbis que cum pars predicti monasterii et cum ipsi germani mei et quartam partem de ipsa cammara, que in eodem loco propinquo ecclesia sancti petri que in eodem loco cetaria constructa est, illos venumdare ipsius leoni abbati pro pars et bice predicti monasterii. et ydeo ego superius nominatus manso per largietate et absolutione suprascripte potestatis per hanc cartulam venumdedimus tibi nominato leoni abbati predicta rebus de iamdicto locum, qualiter, sicut dictum est, mihi est aut fuerit pertinentes, tam per ipse finis seu extra ipse finis per totis ipsis locis de predicto locum cetaria, cum sortionis nostre de predicta rebus que, ut diximus, commune habemus, et cum quartam partem de ipsa cammara, et cum omnia intro se habentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de biis suis et aquarum usibus, totum et inclitum illut tibi nominato

leoni abbati venumdedi, securiter et firmiter amodo et semper tu tuisque successoribus et pars vestri monasterii illos habendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum que vobis placuerit. Unde pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostra vindictione nunc a presenti recepi a te nominatus leo abbas auri solidos numerum triginta ana quadtuor auri tari voni per unoquoque solidum in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit. finitoque pretium ipsum aput nos ea quidem ratione, ego superius nominatus manso guadia tibi leoni abbati dedi, et mediatorem tibi posui ursu atrianense filius quondam sergi qui vocabad voccabitello; et per ipsa guadia obligo me meosque filios et heredes iamdicta nostra vindictione antistemus et defensemus tibi tuique successoribus et pars vestri monasterii a pars uxori mee et da omnis homines omnique partibus. si autem, etc: *Sequitur consueta formula. Compensatio definita fuit per quinquaginta aureos solidos constantinianos pro pactis non servatis, reservato iure causandi.* tantum in ipsa ecclesia sancti petri licead me bicem habere quale et unum de ipsi fratri mei. et taliter scribere rogabimus te romoaldus notarius. hactum salerno.

† ego unoala

† ego petrus me subscripsi

† ego lodelgrimo.

CCCCXXVIII.

A. D. 990.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri iohanni, et secundo anno domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense agustus tertia indictione. memoratorium factu a me cinnamus presbiter benerabilis abbas rector ecclesie sancti maximi, eo quod ante idoneis hominibus, qui subterscribti sunt, una mecum adessent landoarius comes advocatorem meum de dominiis unum de ipsa ecclesia, dedimus et tradidimus ad lavorandum et pastenandum una clusuria de terra et frugiandum benedicti filius iohanni de locum airole et vonizzi liber homo avitator de nuceria, qui est ipsa clusuria cum aliquantis arvoribus vitati et aliquante plante de abellane et vacuum unu teniente, quem pars iamdicte ecclesie sancti maximi habet in locum agella nucerine finibus, que est propinquo cantone de civitate antica que fuit nucerina, que habet finis ipsa clusuria et mensuriis: a pars meridie fine via publica, sunt inde per mensuria passi centum triginta sex: a pars occidentis fine via antica, sunt inde passi sidecim: a pars septemtrionis, quomodo aliquantum poiu discernit, fine de heredes gaidenardi de eo-

dem locum nucera, sunt inde passi sexaginta unum, et revolvente per fine de heredes ipsius gaidenardi et exiente in fine de heredes pandoni, qui est in partibus septemtrionis, sunt inde per ipse finis passi sexaginta: a pars idem septemtrionis, quomodo poiu discernit, fine terra ecclesie sancte marie plevis nucerie, sunt inde passi viginti octo: a pars orientis fine de heredes cinnami filius adelvoni clerici et fine sergi et petri germani filii iohanni, sunt per ipse finis passi quinquaginta duo et medium: revolvente per ipsa fine ipsorum sergii et petri in partibus orientis usque in fine terra supradicte ecclesie sancte marie, sunt inde passi decem et hocto, et revolvente per ipsa fine terra sancte marie in partibus meridie, sunt per ipsa fine passi viginti quadtuor: iterum revolvente per ipsa fine sancte marie in partibus orientis usque in fine de heredes machenolfi, sunt per ipsa fine passi viginti, et iterum revolvente per ipsa fine de heredes ipsius machenolfi in partibus meridie, et exiente usque in ipsa via que est priore fine, sunt per ipsa fine passi decem et octo; tota ista supradicta mensuria ad iusto passum hominis mensuratum. hec bero rex per supradicte finis et mensuriis totum et inclitum illut ipsorum benedicti et vonizzi dedimus et tradidimus tali namque ordine, ut amodo et usque tridecim annos ipsi nominati benedictus et vonizzo et eorum heredes, quantum infra ipse finis et mensuriis vacuum est, liceat eis fobee et omnis sua utilitate iusta ratione ividem facere, et plantare ividem arvores et vites et abellanietum, ubi eos meruerit; et amodo et usque decem anni de ipsum abellanietum quot illis ividem plantaberit, et ipsi arvoribus vitati, quomodo ividem habet, et de illut quot pastenaberit arvores et vites, non queramus nos aut pars uius ecclesie usque ipsum constitutum, quod sunt completi ipsi decem anni, frudium qui inde exierit, aliquit inde queramus eorum tollere aut habere, set sue potestatis eos habere et facere de ipso frudium omnia quot eorum placuerit, asque omni nostra et pars ipsius ecclesie contrarietate. tantum de ipse plante de abellane, que modo eis dedimus, amodo et usque ipsi decem anni omne annum suis temporibus tota ipsa clusuria cum ipsum abellanietum de subter eos lavorare et seminare, et terraticum, secundum consuetudinem de ipso locum, eos nobis et in partibus ipsius ecclesie dare, et ipse plante de abellane omne annum suis temporibus eos colligere et siccare, et medietatem eis nobis dare, et medietatem sivi eos habere. da ipsi decem anni usque tres anni frudium, que de supradicta clusuria de super de ipsum arbustum et abellanietum que ividem abuerit et per eis adcreberit, totum per nobum tempus suis temporibus bindemiare, et vinum qui inde exierit, ad palmentum eos inter nos dividamus in tertiam pars: nos et pars de iamdicta ecclesia tollamus inde tertiam pars, et ipsi benedictus et vonizzo et eorum heredes tollant inde due sortis; et ipsa nostra sortione adducant nobis illis ad parieti sancti maximi in eodem locum nucera ubi aliut vinum reponimus, et illis reponat eos in nostrum organeum quod illis debunt conciare, sicut est consuetudo, et ipsum

abellanictum suis temporibus eos colligere et eis siccare, et inclita tertiam partem nobis dare, et illis inde due sortis tollere et ipsa illis nobis dare ad ipsi parieti. ad completi ipsi tridecim anni abeant tota ipsa clusuria inclita infra ipse finis et mensuriis arbustum et abellanietum surtum et operatum, sicut de tantos annos fuerit et meruerit locus ipse, et per circuitu abeat ipsa clusuria clusa ad vona clusamen, sicut meruerit, et abeant potestatem ipsi benedictus et vonizzo et eorum heredes in rebus ipsius ecclesie ipsa lignamen facere; et da ipsi tridecim anni in antea, dum illis et eorum heredes ipsa clusuria eam tenere voluerit, omne annum suis temporibus de super et de subter ipsum arbustum lavorare et cultare cum ipsum abellanietum, et vinum qui inde exierit, et quante abellane de ipsum abellanitum collixerint, eis siccare et in predicta ratione, sicut superius legitur, nobiscum vel cum pars dicte ecclesie eos dividere, et in predicta ratione ipso vinum per vindemie tempore cum ipse abellane nobis ad ipsi parieti adducere et adimplere, sicut prelegitur; et ideo missum nostrum, que ividem per vindemie tempore direxerimus, illis eum nutrire ad sua bivenda, sicut meruerit et potuerit, et ipso terraticum que omne annum de ipsa clusuria exierit, in tertiam pars illos dividamus, sicut superius legitur de ipso vinum et abellane. unde per vona combenientia guadia ipsi supradicti benedictus et vonizzo nobis dedit et se ipsis mediatori et madelmus filius leocari de sancto martianu [1]) nobis posui; et per ipsa guadia obligaberunt se suique heredibus, ut si hec, que prelegitur, eos nobis et in pars prephate ecclesie sancti maximi eos non adimpleberint et aliquit inde quomodocumque per qualecumque ratione aliquit inde contradixerint, componere obligaberunt se suique heredibus nobis et im pars iamdicte ecclesie sancti maximi viginti solidos aureos costantinos, et que prelegitur in predicta ratione eos ad pars nostra et ad pars ipsius ecclesie adimplere. si autem ipsi nominati benedictus et vonizzo de ac terra exierit per qualibet impedimentum, ipsa clusuria de terra cum arbustu et abellanietu redead at potestate esdicte ecclesie; et si infra duo et tres anni redierit in ac terra et in predicta ratione ipsa rebus illis et eorum heredibus tenere voluerit, nos illam in predicta ratione eorum demus. et hunc brebem scribsi ego ildericus subdiaconus et notarius qui interfui.

† ego qui supra leo

† ego aio

† ego petrus diaconus.

---

[1]) *Sancto Martianu*, hodie San Marzano, vicus intra Nuceriae et S. Severini fines.

CCCCXXIX.

A. D. 990.

Summarium =

† Anno septimo principatus Ioannis et secundo principatus Guaimarii filii eius, mense Augusto tertia indictione.

De eadem locatione predictae terrae et abellaneti et clusuriae apud locum Agellae in finibus Nuceriae agit haec charta iisdem anno et mense et indictione conscripta, quibus antecedens; et est declaratio Benedicti filii Ioannis et Vonizzi, qua eodem pacto iisdemque muneribus per tredecim annos terram et clusuriam et abellanetum in locationem accipiunt a Cennamo presbytero et abbate et rectore ecclesiae sancti Maximi. Idem notarius Ildericus hanc chartam exaravit. Adsunt firmae testium.

† ego qui supra landoari

† ego cennamus presbiter et abba

† ego grimo presbiter et primicerius.

CCCCXXX.

A. D. 990.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri iohanni et secundo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense september quarta indictione. memoratorium factu a me petrus filius mauronti, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia guadia mihi dedit feri filius iohanni et mediatorem mihi posuit iaquintus filius petri, et per eadem guadia obligabit se suoque filios et heredes tali ordine, ut amodo et usque octo anni completi non tollere de nostra potestate terra sua, quod habet in locum campiliano salernitanis finibus per hec finis et mensuriis : a pars meridie fine flubio pecentino, sunt inde passi centum biginti : da pede fine sua, sicut limite discernit, sunt inde passi decem et octo : de super pars fine via, sunt inde passi centum triginta : a pars orientis fine sua, sunt inde passi centum quattuor, totum ad iuxto passum homini mensuratum. infra ipse finis et mensuriis liceat me et meis heredibus eos laborare et pastinare vinea et cannietum, seu salicetum et pomiferis,

et fobee, et casa, et reditum et omnis nostra utilitatem ibidem facere et illut nobis et ad nostris heredibus defensare cum vice de via sua da omnis homines omnique partibus; et amodo et usque quattuor anni completi omnis frugium et laborem et vinum et quicquid ibidem fecerimus, totum illut nobis habeamus et nulla sortionem nobis exinde tollere querat: da ipsi quattuor anni in antea usque ipsi octo anni completi demus eis vel ad eius heredes medietatem ipso vinum, et nos nostrisque heredibus tollamus eos medietatem. ad completi autem ipsi octo anni habeamus eos vinea facta et lebata et operata et cultata de super et de supto, sicut locus ipse meruerit ut bene pareat laboratam et cultatam, seu cannietum et salicetum et pomiferis; et plicaret se ipse feri suoque filius et heredes ad illut dibidere mecum vel cum meis heredibus per medium equaliter: ille et eius heredes tollat eos medietatem, et ego autem et meis heredibus tollamus eos medietatem; et ipsa medietas que nobis inde hebenerit per firmam scriptionem secundum legem bonam factam, illut nobis vel ad nostris heredibus tradere et confirmare et defensare cum vice de via sua da omnis homines omnique partibus; et quando ad dibisionem venerimus, quantum de ipsa terra, casa, aut reditum, aut palmentum aut ortum habuerimus, illut nobis habeamus, et aliut tantum terra cum vinea eorum demus; et si ipsam sortionem nostram de ipsa rebus, si eos sic daturo aut bindituro habuerimus, ut de nostra potestate esset distractum, non habeamus potestatem eos dare cuicumque vel in quabis partibus per qualecumque ratione. preter ipsius feri vel ad eius heredes eos demus ad iuxto baliente pretium que iuxte fuerit appretiatum, et faciamus illi scire ad ipsos hemendum per tertio constitutum usque diebus triginta sex; et si infra ipsa constituta noluerit eos hemere, sicut dictum est, tunc post ipsa constituta liceat nos et nostris heredibus eos dare cui boluerimus; nam si infra ipsa constituta cuicumque sine illorum volumtate eos dederimus, tunc absque pretium rebertas ad potestate illius et ad eius heredes. et si taliter omnia que supra legitur, nobis nostrisque heredibus non adimpleverit, tunc per ipsa guadia obligabit se ipse feri suoque filius et heredes ad componendum nobis vel ad nostris heredibus quinquaginta auri solidos constantinos, et omnia, sicut superius legitur, per inbitis nobis adimpleat. et hunc brebem scripsi ego iohanne notarius qui interfui.

† ego andreas

† ego sandus

† ego ahino

† ego ahenardu.

CCCCXXXI.

A. D. 990.

† In nomine domini sebtimo anno principatus domni nostri iohanni et secundo anno principatus domni nostri guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense octuber quarta indictione. Memoratorium factu a nos petrus et trutpoaldus germani filii quondam ermetanci, et grimoaldus et landenolfus germani et filii quondam cacconi, deo[1]) quod ante subscribti testes per bona conbenientia guadia nobis dedit sikhenolfus filius ciceri per absolutione ipsius ciceri genitori suo et ipsum astantes, et mediatorem nobis posuit bifanius filius quondam petri; et per ipsa guadia obligabit se suoque erede tali ordine, ut amodo et usque conpleti quactuor anni tenere ad laborandum et seminandum huna pecia de terra nostra bacua quod abemus in stricturie, locum hubi derropate dicitur, per ec finis: a pars orientis fine nostra: ha pars settemtrionis fine bia hantica que pergit in gauro: ha pars occidentis fine flubio pecentino: a pars meridie fine medio ballone. infra has autem finis eos annualiter tenporibus suis lavorare het seminare de quale semente ividem meruerit, et de quod ividem seminaberit, deant nobis exinde terraticum secundum consuetudine de ipso locum, et nos defensemus ipsius ipsa terra hamodo et usque ipso constitutum da omnis omines omnique partibus, et non queramus illut ipsius sikenolfi tollere aut contrare usque ipso constitutum. quod si taliter omnia que supra legi, ipse sikenolfus vel suis eredibus nobis vel a nostris eredibus non adinpleverit, vel aliquit exinde nobis contradixeri, tunc per ipsa guadia obligabit se suoque erede ad componendum nobis vel a nostris eredibus decem auri solidos constantinos et per invitis ita adinplere. et unc brebem scribsi ego petrus clericus et notarius, qui interfuit. actum stricturiis.

† ego Urso clericus et diaconus

† ego ioannes

† ego atenolfus.

---

[1]) *Deo*, pro *de eo*.

CCCCXXXII.

A. D. 990.

† In nomine Domini octabo anno principatus domni nostri iohanni, et tertio anno [1] principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense octuber quarta indictione. memoratorium factu a me cennamus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, una mecum adesset romoaldus notarius adbocatorem meum, eo quod ante subscripti testes tradidi iohanni portario filio quondam petri terra, ubi nunc ille modo casam edificatam abet per licentiam meam, de intus hanc salernitanam cibitatem propinquo ipsa ecclesia per ec finis et mensuria: de subter parte fine bia puplica, sunt inde pedes biginti; a pars occidentis fine anditum qui discernit a pars ipsius ecclesie, quod retinet petrus presbiter, et sunt inde pedes quadtuordecim: de super parte fine ipsius ecclesie, est inde bedes biginti: a partibus orientis similiter fine ipsius ecclesie, sunt inde pedes quadtuordecim; totum mensuratum ad iusta manum omini. per ipse finis et mensuriis totum et inclitum cum omnia intro se abentes et cum bice de bia sua ei ad residendum tradidimus tali ordine, ut amodo et usque biginti quadtuor anni completi ad vestra et de vestris eredibus sint potestatem, et de ominibus quem ibidem miseritis, et fobeas et omnis vestre utilitatis ibidem faciendum, et per omnis annum deant exinde censum ad pars ipsius ecclesie unum aureum tari bonum de moneta pesante. ad completi ipsi biginti quadtuor anni ille autem suique eredibus et ominibus que ibidem miserint, potestatem abeant exinde disturbare media ipsa casa et tollere inde ipsa lingnamen et omnis sua causa et portare ubi boluerint, et ipsa alia media casa conciata, qualis illis diebus fuerit, inclita supradicta terra per supradicte finis et mensurie rebertar in ipsa ecclesia. et si taliter etc: *Sequitur consueta formula compensationis viginti auri solidorum constantinianorum, interposito mediatore Petro notario filio quondam Sellicti.* et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† ego disiiu

† ego alderissi notarius me subscripsi

† ego romoaldus.

---

[1]) Septimo anno Ioannis et secundo Guaimarii; nam a mense Novembri incipit VIII annus Ioannis et a mense Martio III annus Guaimarii.

CCCCXXXIII.

A. D. 990.

† In nomine domini octabo anno principatus domni nostri iohanni et secundo anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense december quarta indictione. Memoratorium factu a me leo presbiter et abbas ecclesie sancte marie de cibitate . . . . . . , eo quod ante supscripti hidoneis hominibus tradidit mihi at tenendum et regendum dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte marie, quem domna sighelgaita principissa a nobo fundamine construsit in curte sua de intus anc salernitanam cibitatem inter muro et muricino, ad tenendum et regendum unum molinum, quod pars ipsius ecclesie abet in eodem loco, ubi proprio spinacze dicitur, cum mole et serraturia et preordinatum, qualiter comune illut conciabimus, ut curam et bigilationem inde abeamus sicut meruerit, et omnis molitura quam inde tulerimus, medietatem illut ei demus et medietatem nobis abeamus; tantum per omnis mense faciamus nos de ipsa molitura scire ad ipsi decem anni completi ipso molinum at potestatem ipsius ecclesie rebertas. tantum per annum, quando hibidem necesse fuerit, mole et ferraturia comuniter ibidem demus, et tradidit mihi iscle exinde at tenendum et laborandum ortora. unde in eo ordine guadia nobis ipse abbas dedi et mediatorem mihi posui iohannes filius truppoaldi; et per ipsa guadia obligabit se ipse abbas, ut si aliquit inde remobere aut contrare quesierit et talia mihi non adimpleberit, tunc per ipsa guadia componere obligabit se suosque successores et pars ipsius ecclesie biginti auri solidos costantinos. et unc brebem scripsi ego cicerus notarius qui interfui.

† ego teodericus me subscripsi

† ego petrus

† ego domnellus presbiter et abbas

† ego iohannes notarius me subscripsi.

CCCCXXXIV.

A. D. 990.

† In nomine domini domno basili divina gratia imperator augusto deo propitius Tricesimo quarto anno imperii eius, et vicaesimo nono anno cum eo regnante domno constantino frater eius sanctissimis imperatoribus nostris, mense december quarta indictione. Ideo que nos viri nomine iohanne clericum et iudicem et truppualdo filius quoddam petri iudicem, qui sumus commorantes intus cibitatem lucerie, clarefacimus enim ante presentia polcari iudicem et nobiliores hominum qui hic subtus conscripti sunt, quia habemus ad communiter una pecia de terra illa pars flubio salsulam esta pars flubio perticata ex predictum genitorem nostrum illam retinemus, quem ipsa terra vacua congruum nobis est bindere vobis mari, poterissi et adi veri germani et filii quoddam garempoti bona etenim nostra volumptatem. Quam et ego mulier nomine auria filia quoddam azzari relicta que fuit petri iudicem matriniam scilicet iohanni et truppualdi una cum optabiano verus germanus meus unanimiter declaramus, quia habeo ibi quartam partem pertinentem in ipsa predicta terra emissum a predicto petro iudicem vir meus per suum scriptum murgincahp ab illo michi firmatum. Nunc vero congruum michi est una cum optabiano fratre meo nec non et cum iohanne clerico et truppualdo filiastri mei bindere ad communiter ipsam terra bona etenim meam volumptatem. Incipientem primo primo per haec fines; de prima pars quod est ab ipsa via publica, inde sunt ad passum iustum mensuratum hominis mediocris persona passi quadraginta et tres: de secunda pars quod est a fine martini nepote gentii et ursimele, inde sunt per longitudo passi nonaginta quinque: de tertia vero pars quod est a predicto flubio perticata, inde sunt passi cum ipse revolte sue centum sex: A medio limite et fine ipsa terra leoni iudicem, inde sunt passi triginta opto: A medio limite et fine ipsa vineam ursilei et nanduini filii iohanni cum ipse revolte sue usque im prioras fines passi quinquaginta quinque. Inter iste namque finis et mensure que prelegitur, que nos nominati iohanne clerico et truppualdo optabiano scilicet et auria ad communiter benundedimus vobis mari, poterissi et adi emtoribus nostris et vos a nos integram comparasti; sic decernimus nos, ut neque nobis, neque ad nostris heredibus, neque quartam partem uxorum nostrorum, neque ad nullum quempiam hominem nichil exinde reserbavimus nec dicimus remanere aliquam portionem. Set una cum mediis limitibus et cum via et andita sua, cum trasita et exita sua, et cum inferius et superiusque suis integram ipsam terram benundedimus vobis cuiusdictis mari, poterissi et adi emptoribus nostris possidendum. De quo pro constabiliscendam hanc nostra benditionem recepimus a vos qui su-

pradicti emptoribus nostris finitum pretium duo aurei solidi constantini boni deithati et nobem millia ex rame bona: finitum dicimus aput nos receptum haberet ipsum pretium ; Ea videlicet ratione, ut amodo et semper tam vos emtori meis quam et vestris heredibus supradicta nostra benditionem in integrum, sicut supra legitur, habere et possidere valeatis et faciatis exinde quemammodum vobis vel ad vestris heredibus placuerit; et hoc repromittimus, nos et nostris heredibus obligamus vobis et ad vestris heredibus, ut hanc nostra benditionem nos vobis ab omnibus hominibus antistare et defendere promittimus per invitis. quod si noluerimus, aut si nos ipsis per quavis ingenium illut tornare aut remobere quesierimus, primis omnium questio nostra inanis et vacua remaneat et duplum supradictum nos vobis componere obligamus, et quod hanc nostra benditionem aput vos fuerit remelioratam, sub estimationem hominis pretium vobis restituamus: de colludio autem si a vos pulsati fuerimus ad sancta dei mysteria, satis vobis faciamus secundum legem, et hanc cartulam nostre benditionis in supradicta ratione firmam et stabilem permaneat in perpetuo tempore. Unde a presente nos qui supra nominati iohanne clerico et iudicem et truppualdo, optabiano scilicet advocatorem aurie vobis qui supra mari, poterissi et adi guadia dedimus, et mediatores vobis posuimus ragengardo filio rodelgardi et ermengardo filio iohannelgari diaconus, eo tinore, ut omni tempore nos qui supra nominati emtoribus vestris defendamus vobis vel ad vestris heredibus ipsa terra per ipse finis et mensure ab omnibus hominibus et a quartam partem uxorum nostrorum et ab omnibus eorum parentibus, in cuius mundium esse dinoscitur. quod si noluerimus illam vobis antis stare et defendere ab omnibus hominibus, obligamus nos et nostris heredibus vobis vel ad vestris heredibus per eadem guadia et per districti mediatoribus ad componendum vobis quinquaginta aurei solidos constantinos, et per invitis antisstemus atque defendamus vobis ipsa terra ab omnibus hominibus. quem te alarico clerico et notario hanc cartulam nostre benditionis ascribere rogavimus, qui et interfuit. Actum in cibitate lucerie indictione feliciter.

† ego qui supra polcari iudes

† ego iohannes subdiaconus

† ego falcu ita nobi.

CCCCXXXV.

A. D. 991.

† In nomine domini octabo anno principatus domni nostri iohanni et tertio anno domni guaimarii filio eius gloriosi principibus, mense martius quarta indictione. memoratorium factum a me gaido filius quondam leoni, eo quod ante bonorum hominibus qui subterscripti sunt, dedit et tradidi mihi domnus cennamus presbiter et abbas hecclesie sancti maximi, et una cum eum essent landoari comes qui est unum de dominiis ipsius hecclesie, ad lavorandum et tenendum, et dominandum et frugiandum una pecia de terra cum arbustis vitatis, quem ipsa iamdicta hecclesia sancti maximi habet in locum nuceria propinquo hecclesia sancti petri et sancti benedicti per hec finis: a pars occidentis fine de heredes herchemperti et petri: a pars meridie fine terra domnica et fine terra sancti laurentii et fine terra domnica, quomodo ipse rebolte discernunt, et fine de hominibus atrianensi: a pars orientis fine bia publica: a pars septemtrionis fine de heredes benedicti et fine de heredes ermengardi, quomodo aliquantum rebolbit, et exiente usque ad fine de heredes predicti erchemperti et petri qui est priore fine. unde pro taliter per bonam convenientia et sua bona volumptate guadia mihi ipse domnus cennamus presbiter et abbas cum ipso suo advocatore dederunt et mediatorem mihi posuerunt iohannes filius madelfrit tali ordine, ut amodo et usque sex frugia recollecta, quod sunt sex vindemie, ipse domnus abbas et posteriores suos et pars iamdicte hecclesie defensaret mihi qui supra gaidoni, vel ad meis heredibus tota et inclita ipsa supradicta pecia de terra cum arbustis vitatis per supradicte finis cum vice de via sua da omnis homines, et non eam nobis tollere aut contrare queras ante ipsum supradictum constitutum. et nos autem vel nostris heredibus licentiam et potestatem abeamus in ipsa eadem rebus fobee et omnis nostras utilitatem facere, et eos de super et de subter lavorare et cultare suis temporibus, et ubi merueri, arbores et vites plantare et propagīnare, ut bene paread lavoratum et cultatum, et apto tempore suo eos vindemiemus, et per ipse vindemie faciamus scire pars ipsius hecclesie eiusque rectoribus vel missos eorum et ad palmentum ipso vinum omnem annum per medium dividamus cum ipsum dommus abbas et cum missos eorum, et ipsa sortionem eorum de ipso vinum nos illos eorum portemus et reponamus in organeo eorum ad ipsa turre de ipsi filii ruscinii et erchemperti. quod si etc. *Pro multa: decem aurei solidi constantiniani.*

† ego guiso notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego qui supra landoari

† ego leo
† ego radoaldu.

CCCCXXXVI.

A. D. 991.

† In nomine domini octabo anno principatus domni nostri iohanni et tertio anno domni guaimari filio eius gloriosi principibus, mense magius quarta indictione. ideo que ego petrus presbiter filius quondam iohanni de locum nuceria, de sicut mihi congruum est, bona mea volumptate ante presentia leoni iudici et subscripti testes per hanc cartula venumdedit tibi iohanni filius cuidam ursi de locum barbacianu, ubi faiana dicitur, una pecia de terra mea cum arbustis, quem habeo in dictum locum faiana in ipsa curte vestra ubi abitatore sitis, per hec finis et mensurie: de tribus partibus a meridie et oriente et a septemtrione fine tua qui supra iohanni et de fratri tui: de capu a parte occidentis fine ipsa via carrara, que intrant in ipsa curte vestra ubi abitatori sitis, et est per mensuria longitudo passi decem et octo, et latitudo passi nobem ad iusto passum hominis mensuratum. hec vero clausum, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, cum proprie finis et vice de via sua et cum omnia infra se habentibus trasactibus nomen a funditus illos tibi qui supra iohanni integrum venumdedit; unde nec mihi qui supra petri presbiteri vinditori, neque quarta uxori mee, nec cuiqua hominibus nihil restitit nec dicimus remanere sortionem. et pro confirmandam et staviliscendam hanc mea vinditione nunc a presentis recipi a te qui supra iohannes emtorem meum statutum pretium, idest aurei tari boni numerum septem in omnem deliverationem, sicut inter nobis convenit. finitoque vero pretium ipsum apud nos ea ratione, ut a nunc diem presenti et perpetuis temporibus tu qui supra iohannes quam et tuis heredibus predicta mea vinditione, ut superius legitur, in omnibus securiter et firmiter eos abere et possidere valeatis, et faciatis exinde omnia quod volueritis absque omni contrarietate mea et de uxore mea, vel de nostris filiis et heredes, aut cuiqua hominibus a nostris partibus. ex qua promisi, et per bonam convenientia guadia tibi qui supra iohanni dedit et mediatorem tibi posuit me ipsum; et per eadem guadia obligo me qui supra petrus presbiter et meis filiis et heredes tibi qui supra iohanni quam et ad tuis heredibus predicta mea vinditione, ut superius legitur, a partibus uxori mee et da omnis homines, cui per nos vel exinde datum aut obligatum esse paruerit, antistare et defensare promittimus. quod si minime etc. *Formula*

compensationis decem auri solidorum constantinianorum pro pactis non servatis. quam te guisonem notarium scribere rogavimus. actum nuceria.

† ego qui supra leo

† ego leo

† ego petrus diaconus.

CCCCXXXVII.

A. D. 991.

† In nomine domini octabo anno principatus domni nostri iohanni, et tertio anno domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense magius quarta indictione. memoratorium factu a nos disiio et lando germani filii inghelgardi presbiteri, eo quod ante subscriptorum testium tradidimus adque dedimus pro vice nostra et de nostris consortes petri magistri da cilianu [1]), qui facit materie da barche, ipsa montania nostra cum silva et quertietum que habemus in locum falezzu et cetara et carvonara et ferolitu, et liceat eum inde lignamen abscidere at faciendum inde materie da barcha amodo et unum annum completum. unde modo dedit nobis inde quinque auri tari, et amodo et usque ipsum constitutum non queramus nos ipsa silva et quertietum eidem petri contrare aut tollere, set da omnis homines illam ei defensemus. unde guadia ipse petrus nobis dedit et mediatorem nobis posui ademari filius teoderici, ut ad completum ipsum annum daret nobis alii quinque auri tari; si autem ipsi tari in ipsum constitutum nobis non dederit, obligavit se at duplum eis nobis dare. et hunc brebem scribsi ego ildericus subdiaconus et notarius.

† ego leo presbiter

† ego constantino presbiter

† ego ioannes presbiter.

---

[1]) *Cilianu* forte idem ac *Celianum* apud Iuvenacium in Apuliis.

CCCCXXXVIII.

A. D. 991.

† In nomine domini octabo anno principatus domni nostri iohanni, et tertio anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense magius quarta indictione. ideo que nos guido filius bone memorie guaimarii comitis et aloara filia quondam landoari comiti, qui sumus vir et uxor, clarefacimus, quoniam ipse guaimarius genitor et socerum nostrum a nobo construxit fundamine ecclesia bocabolum sancti martini in rebus sua ulter flubio lirino propinquo ipsa carraria, et nos, deo auxiliante, intus anc salernitanam cibitatem in terris nostris a subtus platea qui pergit ad porta qui dicitur elini, nobo construximus fundamine ecclesia bocabolum sancti mighaelis archangeli, et inspirabit nobis dei omnipotentis misericordiam, ut pro nostre salutis anime offerire in eadem ecclesia sancti martini aliquantum de ipse terris nostre de intus hanc predicta cibitate a subtus ipsa ecclesia sancti mighaelis circa puteum qui ibidem est. et ideo ego iamdicta aloara per consensum et bolumtate istius guidoni viro meus, in cuius mundium me subiacere palamfacio, unanimiter nos amboque vir et uxor guido et aloara pro amore omnipotenti deo et nostre salutis anime per hanc cartulam obtulimus deo et in prefatam ecclesiam sancti martini de iam supradictis terris de intus ec cibitatem per as finis et mensuria: a partibus orientis fine nostra, ubi ipso puteum est, sunt inde pedes decem et septem minus uncie quadtuor: a pars meridie, qualiter proprium parietem de ex nostra offertione discernit, sunt exinde pedes biginti septem: a partibus occidentis similiter fine nostra, et inde sunt pedes quindecim et summisse: a pars septemtrionis similiter fine nostra, et inde sunt pedes biginti septem minus uncie tres, totum mensuratum ad talem pedem manum omini, quantum chartula ista in capite est lata [1]). per ipse finis et mensurie totum et inclitum cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, et cum bice de bia et andito suo et cum sericidio a foras ipsis parietibus extra ipsa mensuria in suo cecidente et cum bice de ipso puteum in supradicta ecclesia sancti martini offeruimus ad securiter et firmiter omni tempore in ipsa ecclesia permanendum, et sacerdotes, qui per nos et nostris eredibus in eadem ecclesia sancti martini ordinatus fuerit, eos tenendum et dominandum, et ad residendum dare, et omnis sue utilitatis ibidem faciendum illis et ominibus quam ibidem ad residendum miserint, et aliquando per nulla ratione flad substractum de ipsa ecclesia. de qua obligamus nos et nostris eredibus omni tempore defensandum in ipsa ecclesia sancti martini inclita supradicta nostra offertione da illi ominibus et partibus, cui

[1]) Mensura huius membranae metrо aequiparata constat centimetris triginta quatuor et millimetris duobus.

per nos illut vel exinde datum aut obligatum seu manifestatum paruerit, et qui pro nostra parte in pars ipsius ecclesie inde emiserit aut preposuerit quodcumque causatio. et Si taliter eos non defensaberimus, aut si per qualecumque ratione de potestate predicte ecclesie illut vel exinde tollere aut contrare quesierimus, vel alique causationes exinde preposuerimus ad pars predicte ecclesie, componere obligabimus nos et nostris eredibus ad ipsi sacerdotes quinquaginta auri solidos constantinos, et ec supradicta nostra offertione firma permanead, et questio et causatio nostra sint exinde tacita et bacua. verumtamen, si supradicta nostra offertione quomcdocumque substracta fuerit de potestate predicte ecclesie, potestatem abeamus nos et nostris eredibus exinde causare absque omni colludio et ad nostra potestatem illos reducere, et iterum in ipsa ecclesia rebertere, omni tempore permanendum in ipsa ecclesia in iamdicta ratione. quam te ademari notarium scribere rogabimus. hactum salerno.

† ego qui supra wido

† ego guaiferius.

CCCCXXXIX.

A. D. 991.

† In nomine domini octabo anno principatus domni nostri iohanni et tertio anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense iunius quarta indictione. in sacratissimo salernitano palatio ante supradicta gloriosa potestate, et ibique ante eius vestigiis astarent ego petrus iudex, causabit constantinus atrianense filius sellicti et leo presbiter filius sergi dicentes ei, ut ipse leo presbiter et ominibus eius malo ordine et sine ratione introisset rebus ipsius costantini de locum lirno illa parte ipso flubio lirno finibus salernitanis, et fobeas ibi fecisset, et frudium inde tulisset et rebus ipsa ei contrasset. ipse leo presbiter respondit dicendum, plures rebus tenere in eodem loco, set nescire unde cum eum causabi; unde inter eis iudicabi et utrisque illis guadiare feci, ut pariter super rebus ipsa pergere cum iudice et notario, et ipse costantinus monstraret ipsius leoni presbiteri unde cum eum causabit de quale rebus, et per partes plicaret se cum suis rationibus et secundum legem inter se exinde finem facere. unde ipse costantinus posuit mediatores ursus atrianense filius leoni, et ipse leo presbiter posuit mediatores falco presbiter filius maraldi presbiteri. et taliter pro parte ipsius costantini hoc scribere fecimus te petrus notarius qui interfuisti.

† ego qui supra petrus iudex.

CCCCXL.

A. D. 991.

† In nomine domini octabo anno principatus domni nostri iohanni et tertio anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense agustus quarta indictione. brebem emissum a me cennamus presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti testes, una mecum adesset romoaldus notarius adbocatorem ipsius ecclesie, coniunti sumus cum falco et grimo clericus germani filii iohannis propter terra cum abellanietum, quod ipse genitor eorum pastenabit, quod pars ipsius ecclesie abet in locum misciano rotense finibus, et pro qua in ipso constitutum, que ipso brebem de ipsa pastenatione continet, non abuit illut operatum, tunc inclitum illut remiserunt ad potestate predicte ecclesie; modo quidem bolumtarie nostre per bona combenientia remisimus adque tradidimus eorum tota et inclita ipsa terra cum ipso abellanietum per ec finis et mensuria: de una parte fine castanietum ipsius ecclesie, sunt inde passi quinquaginta septem et pedes duos: a pars occidentis similiter fine ipsius ecclesie, et inde sunt passi quadraginta pedes duos: de alia parte fine bia antiqua qui discernit a rebus predicte ecclesie, sunt inde passi septuaginta unum, totum mensuratum ad iusto passum omini. per ipse finis et mensurie inclitum illut eorum ad laborandum tradidimus; unde pro taliter guadia nobis dederunt et mediatores nobis posuerunt se ipsis tali ordine, ut amodo et semper illis et alii germani illorum et eorum eredes predicta terra cum abellanietum sue potestatis tenere et dominare, et per tempore totum illut arare et studiare, sicut meruerit, et ubi meruerit, illut cludere, et annualiter illut colligere et secchare; et faciant nos scire per tempore vel successores nostros, ut ibidem dirigere missum nostrum et tote ipse abellane nobiscum dibidere in tertiam partem: missum predicte ecclesie tollad inde tertiam partem, et illis due sortis; et dum ibidem steterit missum predicte ecclesie pro ipse abellane inter se dibidendum, illis autem eum notrire secundum suam possibilitatem; et quale tempore illis et ipsi germani sui vel illorum eredes illut tenere non boluerint, tunc inclitum ipso abellanietum remittas ad potestate predicte ecclesie. et si aliquando tempore de illis vel illorum eredes de ac terra salernitana exierit pro aliubi ad abitantum, aut si talem fecerint culpam unde legibus in serbitium ceciderit, tunc inclitum ipso abellanietum rebertar ad potestate predicte ecclesie; et si infra tres anni ic ad abitandum benerint, aut si de ipsa culpa liberati fuerint, tunc inclita rebus ipsa ad eorum rebertas potestatem, ad abendum et tenendum illut in suprascripta

ratione. berumtamen, sicut diximus, quale tempore ipso abellanietum tenere non boluerint in suprascripto ordine, tunc inclitum illut rebertas ad potestate predicte ecclesie. quod si etc.

Sequitur consueta formula: compensatio definita fuit per quinquaginta aureos solidos constantinianos. et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† ego dauferi

† ego petrus notarius me subscripsi.

CCCCXLI.

A. D. 991.

† In nomine domini octabo anno principatus domni nostri iohanni et tertio anno domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense agustus quarta indictione. memoratorium factu a nos garofalus filius quondam leoti et disiio filius inghelgardi presbiteri, eo quod ante subscribtorum testium tradidimus et dedimus iohanni filius campuli de aliola finibus amalfitanorum silva nostra que communiter abemus cum nostris consortibus in locum cetara et falertiu, qui sunt quertieta et aliis arvoribus, qui sunt per as finis: a pars orientis fine terra ecclesie sancti cisari et capu aqua, sicut fine nostra discernit: a pars meridie fine pede monte de falerzu, sicut balle discernit, et descendente in flubio de cetara et prebaricante ipso flubio et coniungente in ballone maiore, et per ipso ballone saliente in toru de imbrici et rectum exiente in flubio de carvonara: de superna pars fine serre. infra ipse finis dedimus ipsius iohanni, ut inde liceat eum lignamen abscidere ad forcas facere, unde pro ipsa lignamen dedit nobis inde duo auri tari. unde per vona combenientia guadia ipse iohannes nobis dedit et mediatorem nobis posui marinus filius petri de eodem locum aliola, tali ordine, ut amodo et usque unum annum completum liceat eum ividem introire usque ipsum constitutum ad ipse forche inde faciendum: ad completum ipsum annum recotere se de ipsa selva. quod si taliter eos nobis non adimpleberit, componere nobis se obligavi decem solidos costantinos et que prelegitur, eos nobis adimplere. et hunc brebem scribsi ego ildericus subdiaconus et notarius.

† ego leo presbiter

† ego constantino presbiter

† ego ioannes presbiter.

CCCCXLII.

A. D. 991.

† In nomine domini hoctabo anno principatus domni nostri iohanni et tertio anno principatus domni guaimarii eius filii gloriosi principibus, mense octuber quinta indictione. ydeo que ego guaimarius comes filius vone memorie guaiferii qui imperatus vocabad, sicut mihi congruum est mea vona volumtate per hanc cartulam ante presentia petri iudici et alios subscriptos testes per vona combenientia commutationis ordine tradidimus tibi domnello presbitero et abbati ecclesia sancte dei genetricis marie, quem domna sichelgaita gloriosa principissa uxor supradicti domni iohanni principis a nobo fundamine construxit intus hanc salernitanam cibitatem in curte sua inter muro et muricino, una tecum adesset theodericus adbocator ipsius ecclesie, terra in quo ipse tribus obside de ipsa ecclesia constructe sunt et casis lingnitiis ibi dedicate in eodem loco retro ipsa ecclesia, quam mihi pertinet per meis rationibus per hec finis et mensuriis: hab oriente fine ipsius domni principis, est inde per mensuria a muro subtano istius cibitatis et usque in via carraria pedes triginta sex et uncie quadtuor: a septemtrionis fine ipsa bia carraria, est inde pedes quadraginta: hab occidente descendente per fronte de ipsa ecclesia et rectum coniungente in cantone de posterola, qui in ipso muro subtano dedicate fuit in illo cantone qui est hab oriente, et inde pedes alii triginta sex: a meridie fine ipso muro, et inde pedes alii quadraginta, et due partis . . . . mensuratum ad talem pedem, quantum ista cartula in capite est lata. [1]) hanc vero terra per iamdicte finis et mensuriis, in quo, ut diximus, obside ipse de ipsa ecclesia constructe sunt, et cum omnibus intra se habentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de bia sua tibi iamdicto domnello presbitero et abbati pro vice ipsius ecclesie per vona combenientia commutationis ordine tradidimus, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuique successoribus et pars ipsius ecclesie illut habendum, dominandum, possidendum et omnia inde faciendum que volueritis, absque omni nostra nostrorumque eredibus et filios contrarietate vel requisitione: tantum liceant homines ipsi, qui case ipse lingnitie ibi facte habunt, illas inde exsigere et yre cum eas et cum omnibus suis mobilibus ubi voluerint. Unde pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostra commutatione, per alia cartula, que aput nos scripta retinemus, recepimus a vos terra in quo hebrey case lingnitie edificate abunt, que pars ipsius ecclesie habuit in eodem loco inter muro

---

[1]) Mensura huius membranae metro aequiparata constat centimetris triginta et uno, et uno millimetro.

et muricino, per hec finis et mensurie: ab oriente sicut discernit medio defusurio, qui in muro suprano istius cibitatis factum est, et rectum descendente et coniungente in via puplica, sunt inde pedes triginta unum: a meridie fine ipsa bia, et inde pedes quadraginta nobem: hab occidente fine leonti hebrey, et inde pedes alii triginta unum: de super a septemtrionalis fine ipso muro suprano, et inde pedes alii quadraginta nobem, mensuratum ad supradictum pedem; ita ut et ipsi hebrey licentia habead ipse casis similiter inde exsigere et yre cum eas et cum omnibus suis mobilibus ubi voluerint; et ante ipsum iudex et subscriptos ydoneos testes in omnibus meliorata comparuit esse supradicta terra nostra, que in partibus ipsius ecclesie dedimus, de illa que hab ibso abbate recepimus. de qua per vona combenientia obligo me qui supra guaimarius comes et meos filios et heredes amodo et semper prephatam nostram tradictionem, ut dictum est, tibi tuique successoribus et in pars ipsius ecclesie antistemus et defensemus ab omnibus hominibus omnique partibus; et qualis tempore pars ipsius ecclesie voluerit per se inde esset autores vice nostra, potestatem habead, cum quale monimen et rationem inde habere potuerint, in omnibus inde causare et finem facere et eos sivi defensare; nam, quando nos nostrique filios et heredes quesieritis inde habere autores, nos autem nostrique filios et eredes defensemus et adimpleamus vobis vestrisque successoribus et in pars ipsius ecclesie omnia, quantum et quomodo superius legitur. si autem, sicut dictum est, taliter illut vobis non defensaverimus, aut si nos nostrique filii et eredes quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illum vel exinde vobis vestrisque successoribus tollere aut contrare, seu remobere, per vona combenientia componere obligo me meique filios et heredes ad componendum tibi tuique successoribus et in pars ipsius ecclesie trecentos auri solidos costantinos: et tali ordine te romoaldus notarius scribere rogabimus. actum salerno. verumtamen hoc memoramus, quoniam ipsa terra, quam superius nos tibi domnelli presbiteri et abbati tradidimus, est per longitudine secus ipsa bia carraria pedes quadraginta unum et uncie due, et secus ipso muro similiter per longitudine pedes alii quadraginta unum, et due partis de ipsum pede; et ipsa terra quam a vos recepimus, hab oriente incipiente a cantone, qui est a parte occidentis de ipso defusurio et qualiter descendit rectum usque in ipsa bia, et sunt inde pedes triginta duo: a meridie secus ipsa bia habet inde longitudine ipsi pedes quadraginta nobem, et alii quadraginta nobem per longitudine secus ipso muro suprano, totum mensuratum ad supradictum pedem per supradicta obligatione. et taliter subiunsit ego supradictus romoaldo notarius.

† ego desigius

† ego qui supra petrus iudex

† ego petrus

† ego guaiferius.

CCCCXLIII.

A. D. 991.

† In nomine domini nono anno principatus domni nostri iohanni, et tertio anno domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense nobember quinta indictione. memoratorium factu a nos disiio et lando germani filii cuidam inghelgardi presbiteri, eo quod ante alfanus comes et subscribtorum testium tradimus adque dedimus petri monaghi filius quondam campuli de aliola finibus amalfitanorum terris et cum silvis de monte de carvonara et montis de locum cetara finibus salernitana, que communiter habemus cum consortibus nostris per as finis: a pars orientis fine terra ecclesie sancti cisari et fine capu aqua, sicud fine vestra discernid: a pars meridie fine pede de monte de falerzu, sicud balle discernit, et descendente in ipso flubio de cetara et prebaricante in ipso flubio et coniungente in ballone maiore et per ipso ballone saliente in toru de imbrici et rectum exiente in flubio de carvonara: de superna pars fine serre. infra ipse finis ipsius petri monaghi pro vice nostra et de nostris consortibus ei tradimus ad roncandum et cisine faciendum, et lavorandum, et seminandum usque tres frudia, et omne annum daret nobis inde terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. unde per vona combenientia guadia ipse petrus monaghus dedit nobis et mediatorem nobis posui guiso filius ursi de locum mitilianu, tali ordine, ut si hec omnia, que prelegitur, eos nobis non adimpleberit, componere obligavit se nobis decem solidos aureos costantinos et que prelegitur, eos nobis adimplere. et hunc brebem scribsi ego ildericus subdiaconus et notarius.

† ego qui supra alfanus

† ego leo presbiter.

CCCCXLIV.

A. D. 992.

† In nomine domini nono anno principatus domni nostri iohanni et tertio anno domni guaimari filio eius gloriosi principibus, mense ianuarius quinta indictione. memoratorium factum a me cennamus presbiter et abbas, qui sum rector et custos hecclesie sancti maximi, eo quod ante presentia leoni iudici et subscripti testes manifestaverunt se cicerus et sparanus germani

filii orseprandi de locum angre, et leo filius menuti, et iohannes filius quondam iohanni, qui sunt ambo cognati generi martini et sunt toti consortifices de una pecia de terra vacua, quem ipsa hecclesia sancti maximi habet in dictum locum angre ubi proprio casale dicitur, per hec finis et mensurie: a pars occidentis fine bia publica, sunt inde per mensuria passos sexaginta sex: a pars meridie similiter fine bia publica, sunt inde passi triginta quinque: a pars orientis fine de heredes petri et rodelgardi, sunt inde passi sexaginta sex: a pars septemtrionis, quomodo limite discernit, sunt inde passos quadraginta unum, totum ad iusto passum hominis mensuratum. de hec vero clausum per supradicte finis et mensurie ipsi nominati cicerus, sparanus, leo, iohannes, toti quomodo sunt consortifices, per bona comvenientia manifestaverunt, ut supradicta hecclesia sancti maximi esse pertinentes per suis rationibus et scriptionibus, et neque per testes, neque per monimen, neque per nulla quoque inventa ratione de ipsa pecia per iamdicte finis et mensurie causare aut contendere non poterent; pro eo quod se manifestaverunt hore suo toti ipsi suprascripti cicerus, sparanus, leo, iohannes, ut tota ipsa pecia per supradicte finis et mensurie prephate hecclesie sancti maximi esset pertinentes, et si illos lavoraverint, deant inde per ratione serbitium ad pars iamdicte hecclesie sancti maximi vel ad eius rectoribus, sicut inter eis convenit. † ego guiso notarius interfui et hunc brebem manifestationis scripsi.

† ego qui supra leo.

CCCCXLV.

A. D. 992.

† In nomine domini nono anno principatus domni nostri iohanni et tertio anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense februarius quinta indictione. Declaro ego guilielmus presbiter filius quondam ragemperti abere rebus in locum lauritu communiter cum sortifices meos per finis: de una parte fine bia hantica, et ab ipsa bia rectum pergente et coniungente in ribus qui dicitur cerra, et per ipsa cerra saliente et prebaricante. . . . . qui per ipsa rebus decurrit, et pergente per ipsa cerra, et coniungente in ribus, ... periens aqua decurrit; et da pars septemtrionis fine ipso ribus, et a capite de ipso ribus rectum descendente et coniungente in unum turellu et ab inde saliente in plescora, et da ipsa plescora saliente et coniungente usque media serra; et da pars orientis descendente per media ipsa serra et coniungente in balle, et per ipsa balle descendente et coniungente in bia publica, que

deducit a super monticellu de casa arsana, et per ipsa bia coniungente in ribus altu et per ipso ribus descendente et coniungente in via hantica; et da pars meridie pergente per ipsa bia et exsiente de ipsa bia, et rebolbente in pars septemtrionis et pergente per cilium de monticellu qui dicitur calbu, et coniungente usque ipsa bia, qualiter rebolbit per ipso munticellu, et per ipsa bia que deducit ad ipso ribus altu pergente in pars occidentis usque ipsa bia antica, quod est priore fines. infra iste finis quartam pars mihi est exinde pertinentes abere et tres sortis ad ipsi consortes meos; seu et palamfacio abere rebus in supradictum locum lauritu communiter cum ipsi consortes meos extra ipse finis, et congruum est mihi inclita ipsa quartam pars de tota ipsa rebus infra supradicte finis, seu quantum extra ipse finis abeo cum omnis sortionem meam de monimen indeque pertinentes, benumdare ad pars ecclesie sancte marie, quem supradictus domnus iohannes princeps et domna sichelagita principissa a nobo fundamine construsserunt in curte sua de intus anc salernitanam cibitatem inter muro et muricino. Et ideo, sicut mihi congruum est, per anch cartulam mea bolumtate pro pars predicte ecclesie benumdedit tibi dumnelli presbiteri et abbati predicte ecclesie tota et inclita ipsa quartam pars de tota ipsa rebus infra ipse finis, et quantum extra ipse finis abeo in ipso locum hcum omnis sortionem meam de monimen indeque pertinentes, ad securiter et firmiter amodo et semper pars ipsius ecclesie eiusque rectores illut abendum, dominandum, possidendum, omnia inde pars ipsius ecclesie eiusque rectores faciendum que boluerit, absque omni requisitione et contrarietatem mea qui supra guilielmi presbiter et de meos eredes aut cuiquam ominibus. et pro confirmandam et stabiliscendam anc mea bindictione a presentis pro pars supradicte ecclesie recepi a te supradictus abbas statutum pretium, hi sunt auri tari boni numerum viginti quadtuor, sicut inter nos conbenit in omnis deliberatione. finitcque pretium ipsum aput nos ea quidem ratione, mea bolumtate guadia pro vice exdicte ecclesie tibi supradicto abbati dedi et me ipsum mediatores exsivit; et per vonam conbenientiam per ipsa guadia obligo me et meos heredes amodo et semper antistandum et defensandum ad pars predicte ecclesie inclita ipsa quartam pars de tota ipsa rebus infra ipse finis, seu et quantum extra ipse finis abeo cum omnis sortionem meam de monimen indeque pertinentes, ab omnibus ominibus omnique partibus, et non aliquit inde ad pars ipsius ecclesie tollere, aut contrare seu remobere queramus. si autem, sicut dictum est, taliter ipsa rebus cum ipsa sortionem meam de monimen indeque pertinentes ad pars ipsius ecclesie non defensaberimus, vel aliquit causatio exinde ad pars ipsius ecclesie emiserimus aut preposuerimus, tunc ante omnia questio et causatio nostra et de nostros eredes adbersus pars ipsius ecclesie sit exinde tacita et bacua, et hcentum hauri solidos constantinos per bona conbenientia per ipsa guadia componere obligo me et meos heredes ad pars ipsius ecclesie, et, sicut dictum est, illut in ipsa ecclesia defensemus. tamen, quando pars ipsius ecclesie per se boluerit inde exet

auctores et defensores, tunc bice nostra potestatem abead pars ipsius ecclesie cum ipsa monimen indeque pertinentes et cum quale alia rationem exinde abere potuerit, per se inde exet auctores et defensores, quomodo aut qualiter boluerit; nam, quando nos pars ipsius ecclesie quesierit inde abere auctores, remittant ad nostra potestatem ipsa sortionem meam de monimen que abuerit, et nos ipsa rebus in ipsa ecclesia defensemus et omnia ibidem adimpleamus, sicut supra dictum est; et post finem factam ipsa monimen ad pars ipsius ecclesie remittamus ad abendum illam homni tempore in supradicto ordine; tamen amodo de supradicta sortionem meam de monimen, quod tibi supradicto abbati pro pars de ipsa ecclesia benumdedi, amodo potestatem abeatis vos vestrorumque successores et pars predicte ecclesie de monimen pertinentes de supradicta rebus causare et recolligere et omnis legem et iustitiam exinde recipere, qualiter vultis, vice nostra ad tenendum et abendum illam in iamdicta ratione absque omni requisitione et contrarietate nostra et de nostros eredes per supradicta guadia et obligata pena. Et taliter scribere rogabimus te petrus notarius. actum salerno.

† ego petrus

† ego desigius

† ego teudericus me subscripsi

† ego arechisi

† ego qui supra wilielmo presbiter.

CCCCXLVI.

A. D. 992.

† In nomine domini nono anno principatus domni nostri iohanni et tertio anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense februarius, quinta indictione. Declaro ego amatus domini misericordia archiepiscopus sancte sedis archiepiscopatum salerninano, quoniam pars predicti nostri harchiepiscopii abet terra baciba et silba in beteri a foras cibitatem exinde ista . . . parte flubio ex ipso beterem, et da pars septemtrionis et da meridie coniunta est ad rebus iohanni atrianense filii gucti, et a pars orientis coniunta est ipsa rebus ad bia publica, que badit ad nuceria, et est per mensuria ista parte et illa pars, da sicut discernit rebolta de ipso flubio, et ex illa parte, sicut discernit ballone et petra, in subter usque ad fine ipsius iohanni passos quinquaginta octo ad iusto passum; et da ipsa bia publica est usque in pars occidentis, quantum potuerimus ire, sicut continet scriptio, qualiter ipsa rebus in

ipsum nostrum archiepiscopatum datum est per odelmannus aurifex, et bolueramus illut dare conmutationis hordine et abcepta exinde terra arbustata in locum mitiliano. et dum causa ista per plures dibulgavimus et dibulgare fecimus, nemo invenimus qui talia facere bolere. nobisseme autem benit ad nos supradictus iohannes atrianense filius iamdicti gucti qui dissit nobis; si per vonam conbenientiam conmutationis hordine dederimus ei predicta terra ipsius nostri archiepiscopii, ille autem dare exinde nobis supradicta terra sua cum arbusto in ipso locum mitiliano a subtus ecclesia sancti cesari pertinentes iamdicti nostri archiepiscopii. nos autem talia audientes cepimus exinde abere colloquium cum romoaldus notarius nostrumque adbocatorem et cum cleros honoratos nostri archiepiscopii. inito consilio, conparuit omnibus nobis talia faciendum, et, ut prebideremus, si bonum ad pars nostri aschiepiscopii ebeniret, per me ipsum et cum ipsum nostrum adbocatorem et cum clero nostri archiepiscopii et cum doctos homines dominum timentes super ipsa terra perressimus, et cum summo studio illut prebidimus et extimabimus; set magis magisque conparuerit omnibus nobis, ut melius exet illut quod ipse iohannes nobis dare vult, de illut qui a nos tollere querit; et, ut illut firmiter perficere baleamus, ec omnia suprascripta per me ipsum supradictorum gloriosorum princìpum notificavimus. ipsi vero a deo conserbatis principibus angnoscentes, quod vonum ad pars nostri archiepisscopii ebeniret, solutionem nobis dederunt anc conmutationem faciendum; etiam et de suis presentiis inter medium nostrum exsendum diresserunt missum suum iohannes iudex suoque fidelem, et nos a nostris partibus reminiscentibus et obserbantibus eaque in lex longobardorum de commutationis hordine acfictum, pars partium inter medium nostrum exsendum conbocabimus idoneis omnibus, ut, quo utrumque faceremus, homni tempore firmum stabilemque manerent. quo ita factum, ego supradictus amatus domini misericordia archiepiscopus, una mecum adexet ipse adbocatorem nostrum, ante ipsum missum supradictorum principibus et subscripti idoneis testes per anc cartulam vicariationis ordine tradidimus adque ad semper abendum confirmabimus tibi supradicto iohanni ipsa terra baciba et silba per supradicte finis et mensuria ipsa percurrit, ad iusto passum cum bice de ipsa bia illut tibi supradicto iohanni tradidimus, ad securiter ac firmiter amodo et semper ec omnia suprascripta tu tuisque eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia inde faciendum que tibi tuique eredibus placuerit sine cuiuscumque contradictione. et pro anc conmutationem firmandum a presentis recepi a te supradictus iohannes ipsa terra tua cum arbusto et pomifera sua in iamdictum locum mitiliano a subtus ipsa ecclesia sancti cesari pertinentes predicti nostri archiepiscopii per alia cartula, que aput nos scripta retinemus, per finis et mensuria: ha pars septemtrionis fine bia publica, abet inde passos septuaginta quadtuor; et da pars orientis fine, sicut medio poiu discernit, sunt inde passi quinquaginta quadtuor ; et da pars meridie similiter fine bia publica

et per ipsa bia coniungente usque ad ipsa bia quod est priore fines, et est inde per mensuria passi triginta quadtuor ad iusto passum: finitaque vicaria ipsam aput nos, de qua per vonam conbenientiam ego supradictus amatus archiepiscopus obligo me et meis subcessoribus et pars predicti nostri archiepiscopii amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique eredibus inclita supradicta nostra traditione per supradicte finis et mensuria ipsa percurrit cum bice de ipsa bia da omnes omines omnique partibus. si autem, sicut dictum est, taliter illut tibi tuique eredibus non defensaberimus, aut si ego vel meos successores, haut pars nostri predicti archiepiscopii quomodocumque per qualecumque ratione illut vel exinde tibi tuique eredibus tollere aut contrare seu remobere quesierimus, componere obligo me supradictus amatus archiepiscopus meosque successores et pars predicti nostri archiepiscopii quinquaginta auri solidos costantinos. et taliter scribere rogabimus te petrus notarius. actum salerno.

† ego qui supra iohannes

† ego petrus diaconus

† ego sassus clericus

† ego petrus iudex

† ego iohannes me subscripsi

† ego teudericus me subscripsi.

CCCCXLVII.

A. D. 992.

† In nomine domini nono anno principatus domni nostri iohanni et quarto anno domni guaimari filio eius gloriosi principibus, mense aprelis quinta indictione. ante me leo iudex causavit ildericus subdiaconus et notarius cum licto filius bosoni dicendum ei, ut malo hordine et sine ratione introisset in rebus eius de locum nuceria, que fuit rebus ipsa deodati filius lupi, quod dicebam ipse ildericus per cartula donationis haberet a parte landoari comitis filius bone memorie lamberti, et fobee ibi fecisset ab una usque ad decem, et clusamen inde abscidisset, et rebus ipsa termitasse et extermitasse. quo audito ipse licto talia adversus se ipsum ildericus causandum, responsum ei retdidi dicendum, ut nescire de quale rebus cum eum causavit. nos prefato leo iudex, dum taliter ipse causationes audivimus et agnovimus, ideo inter eis iudicavimus, et per partes illis guadiare fecimus, ut pars partium plicare se cum suis rationibus, et cum iudice et notario super ipsa eadem rebus et monstraret ipse

ildericus de quale rebus et clusamen cum eum causavit; et ubi taliter eos monstraverit, ideo iusta legem presens inde finem facerent; unde de ipsa guadia ipse licto posuit ipsius ilderici mediatorem iohanne cognato eius filius madelgaizi, et ipse ildericus posuit eius mediatorem machenolfus filius petri. et taliter tibi guisoni notario scribere precepimus, quia interfuisti.

† ego qui supra leo.

CCCCXLVIII.

A. D. 992.

† In nomine domini nono anno principatus domni nostri iohanni et tertio [1]) anno principatus domni guaimarii eius filio gloriosi principibus, mense aprelis quinta indictione. memoratorium factu a nobis petrus et truppoaldus germani filii ermetanci, eo quod ante scripti testes guadia nobis dedit disiio filius iohanni et mediatorem nobis posuit mirando filius iannelhisi; et per ipsa guadia obligabit se suoque filius et heredes tali ordine, ut amodo et usque quattuor anni tenere ad laborandum rebus nostra quod habemus una pecia suptus ecclesia sancte marie da bico [2]) per hec finis: de super capite fine via in pars occidenti: a pars meridie fine semita que pergit erga balneum et coniungente in fluvio pecentino: in pars orientis fine ipso fluvio pecentino: in pars septemtrionalis fine limite et termiti; alia pecia de terra ubi arcatura dicitur: in pars occidentis fine ipso fluvio pecentino: in pars meridie fine ballone: in pars orientis fine medio poio: in pars septemtrionalis fine nostra et de consortibus nostris; alia pecia de terra ubi canneczulo et nuce tenerella dicitur, per hec finis: de duabus partibus fine ipso fluvio pecentino: in pars orientis fine nostra et de consortibus nostris: in pars septemtrionalis fine ribus; alia pecia de terra ubi ad ponticelli dicitur, per hec finis: in pars orientis coniunctum ad rebus nostra et de consortibus nostris, ubi ad istricare dicitur: in pars septemtrionalis fine ribus: in pars occidentis fine via: in pars meridie fine medio ballone; alia pecia de terra ubi ad clusure dicitur, per hec finis: in pars septemtrionalis fine limite: in pars occidentis fine ipso fluvio pecentino, in pars meridie fine ballone, qui aliquantum discernit a rebus nostra et de consortibus nostris erga ipso fluvio pecentino: in pars orientis fine via, que discernit a rebus nostra et de consortibus nostri. infra ipse finis medietatem liceat illum et eius heredes

---

[1]) Lege: *quarto.*

[2]) *S. Maria da bico*, hodie *a Vico* in comitatu Iufunensi in Principatu Salernitano.

eos laborare et seminare et omnis bictaleum [1]) qui ibidem fecerit, totum illut sibi abeat et nulla sortionem eis exinde tollere queramus; preter annualiter deant nobis vel ad nostris heredibus exinde terraticum de decem modia unum: de ipse cerque [2]) que ibidem sunt, deant nobis vel ad nostris heredibus exinde excaticum [3]) secundum consuetudo ipsius locis: de ipse nuci qui ibidem sunt, annualiter vigilare et colligere et seccare et per medium ipse nuci dihidere, nobis autem et nostris heredibus dare medietatem, et ille et eius heredes tollat eos medietatem; et ipsa medietas nostra de ipse nuci cum ipso terraticum et excaticum ipse disiio et eius heredes annualiter usque ipso constitutum adducat illut nobis vel ad nostris heredibus intus hanc salernitanam civitatem ad domum nostra: ad completo autem ipso constitutum, tunc ipsa rebus rebertas ad potestate nostra et de nostris heredibus. et si taliter omnia que supra legitur, nobis nostrisque heredibus non adimpleverit, tunc per ipsa guadia obligabit se ipse disiio suoque filius et heredes ad componendum nobis vel ad nostris heredibus biginti auri solidos constantinos et omnia, sicut superius legitur, per inbitis nobis adimpleat. et hunc brebem scripsi ego iohanne notarius qui interfui.

† ego rodelghisi

† ego aldemari

† ego maraldus.

CCCCXLIX.

A. D. 992.

